







ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS COMŒDIÆ

CUM SCHOLIIS

ET VARIETATE LECTIONIS

RECENSUIT

IMMANUEL BEKKERUS

PROFESSOR BEROLINENSIS

ACCEDUNT

VERSIO LATINA

DEPERDITARUM COMŒDIARUM FRAGMENTA

INDEX LOCUPLETISSIMUS

NOTÆQUE

BRUNCKII, REISIGII, BECKII, DINDORFII, SCHUTZII, BENTLEII
DOBREII, PORSONI, ELMSLEII, HERMANNI, FISCHERI
HEMSTERHUSII, KUINOELII, HOPFNERI
CONZII, WOLFII, &c. &c.

VOL. IV

LONDINI

SUMTIBUS WHITTAKER, TREACHER, ET ARNOT

R. PRIESTLEY

J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ

MDCCCXXIX

NOTÆ

IN

ARISTOPHANEM.

ΕἸΡΗΝΗ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Argum. p. 241. l. 1. *κεκμηκότας* ed. Kust. ut Ald. Dind.

— 3. post *ἰδὼν* et *χρόνος* cola perperam ponuntur; verba *ἰκ.*—*χρ.* sunt in parenthesi posita, et *ἰδὼν συνέγραψε* cohærent. Ibid. recte legitur in Ald. etc. K. *διϊππεύκει* (quasi, perequitaverat h. e. elapsum erat). Dind.

— 5. Ald. K. *τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν*. Debebat certe in Lips. scribi, *τ. πρὸς αὐτὰς φ.* Dind.

— 6. Ald. K. *τῆς προτέρας ἔχθρας*, perpetua mutatione. Dind.

— 7. Post *γεωργὸν* in Ald. K. recte additur *τινα*. Tum in iisdem verissime, *μάλιστα τῆς εἰρήνης ἀντιποιούμενον* (h. e. maxime appetentem pacem, pacis studiosum). Aut librarius aut qui codicem contulit, *ἀντὶ* propter scripturæ modum non recte legit. Dind.

— 11. Sine sensu legitur *ἐκτρέχει* (ut in Ald.) Restituendum e K. *ἐκτρύχει* (cur res Græcorum adeo affligeret). Post *πράγματα* comma est ponendum. Recte autem *ποιήσας* e cod. editum pro vulg. *ποιήσαντα*. Nam non cum *Δία* sed cum *ἐκτρύχει* cohæret hoc partic. Dind.

— 13. *ποιήσοι* Ald. K. Sed recte *ποιήσει* nunc legitur. Dind.

P. 242. l. 3. Præmittitur in K. *Ἄλλως*. Post *διδασκαλίαις* ita pergit ed. K. cum Ald. *ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίχαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον* etc. nec *ἑτέραν* abesse potest. Dind.

— 5. Recte A. K. *ἀνεδίδαξεν* (iterum edidit). Nihili est *ἀνεδείδαξεν*. Post *ἀνεδ.* comma ponendum et deinde *ἥτις* cum K. scribendum. Dind.

— 7. K. *δύο εἶπε δρ.* Melius est *οἶδεν*. Dind.

— K. *ἐπὶ τοῖς Ἀχ.* Tum post *Βαβυλ.* comma reponendum et *Εἰρήνῃ* (majuscula litera) scribendum, post hoc vocabulum autem plene est interpungendum. Nam sequentia novam continent sententiam, occurrere passim versus quosdam e Pace Arist. laudatos, qui in ea, quæ nunc legitur, fabula non reperiantur, unde eam bis editam et diversimode esse colligitur. Dind.

Collata fuit hæc fabula ad Mss. codices duos, quorum præmissus syllabus notis in Vespas. Argumentum in neutro exstat. Brunck. Duos inducit famulos vel potius vernas, quorum alter scarabæo præbet, alter præparat *τὰς ὀνίδας* pro cibo: proprius enim huic animalculo cibus stercus est asininum, et inde nomen indeptum est, *παρὰ τὸν κάνθωνα*, qui asinus, et *ὀρὸν* vel *θορὸν*, quod est *σπέρμα*, unde *θορίζειν* seminare vel generare, quod Æschylus Amymone dixit *θρώσκειν*. Nam et nascitur et vivit e stercore, ut merito *κοπριῶνα* vocaverit Hippocrates. Est au-

tem insecti genus non grandius tipulla, quam τίφην vel σίλφην faciunt. Dixi αἴρειν pro προσφέρειν, ut et inferius. Nam alias contrarium habet sensum et est ἀφαιρεῖσθαι. Cæterum qui versum hunc inter proverbia recensuerunt, næ illi proverbiorum nomine verba omnia et sententias comprehendunt. Pinsere solent farinas, quod μάττειν et φυρᾶσαι vocant, unde μάζα, quæ proprie offa est vel cibus ex lacte et frugibus, ut offa illa, quæ apud Maronem [Æn. vi. 420.] Cerbero paratur. Hesychius farinam vult esse mixtam et subactam aqua et oleo. Galenus in de Alimentis [lib. i. c. 19. p. 31!. t. iv. Basil.] postponit μᾶζαν pani hordeaceo eamque multum habere πιτυρῶδες et κοπρῶδες significat et ab Athenn. dictam esse τριπτὴν, quomodo vocavit Praxagoras, Philotimi præceptor. *Turundam* vertendum putavi, quæ a terendo dicta, et qua ratione olim *merendam* et *præbendam* dicebant, quod ita etiam visum esse magno Scaligero in not. ad Varr. de re rust. [iii, 9. 20.] magnopere gaudeo. Sed quod apud Varronem Turnebus *rutundam* legebat, hic locum fortassis habeat, quia rutundæ istæ turundæ. Abusive autem vocat μᾶζαν τὸ ἀποπάτημα. Pinsi enim stercus credibile non est. Fl. Chr. αἶρ', αἶρε μάζαν Orion Theb. Etymol. c. 21. 20. Dind. Afferunt Suidas v. μᾶζα t. ii. p. 480. Bekkeri Anecd. i. p. 358, 6. Zonaras t. i. c. 93. Eustathius ad Homer. p. 1734, 11. Id. Suidas vv. αἶρε et αἴρειν p. 657. Pors.

2. Lege ET. OI. ἰδού. OIK. δὸς αὐτῷ. Bent.

3. Jussus alter ab altero vernula stercus adferre scarabæo, quod ille μάζαν facete appellat, officium istud hic exsecratus priori ait: *utinam tu nunquam suaviorem hac mazam comedas.* Perierat lepos omnis prava scriptura φάγοι pro φάγοις. Frequentissimus hic librariorum error est, maxime in versuum fine. Brunck. Itaque φάγοις recepit Brunck. Sed codd. non addicunt. Quare recte φάγοι restituit Inv. Respondet comice κάκιστ' ἀπολουμένῳ. Dind. μάζαν edidit Brunck. Id.

4. Proprie μᾶζα est offa ex farina et oleo vel etiam lacte, et dicitur a μάττειν, unde etiam conjunctim dicitur μᾶζαν μάττειν, ut in Eqq. 55. ἐμοῦ μᾶζαν μεμαχότος, et 1100. μαζίσκας διαμεμαγμένας, 1163. μαζίσκην ἐξ ὀλῶν μεμαγμένην. Hic autem improprie et ridiculi causa μᾶζα accipitur pro turunda stercorea. Quemadmodum etiam verbum μάττειν improprie de pinsendo stercore usurpat Plut. 304. ἔπεισεν—μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἔματτεν αὐτοῖς. Berg. Suidas: ὄνιδες, τὰ τῶν ὄνων ἀποπατήματα. Brunck.

5. ἣν νῦν δ' ἤφερες. Attico interrogandi more νῦν dixit pro ἀρτίως. Καταφαγεῖν autem est, heluonum more devorare (unde καταφαγᾶς, *heluo*), non simpliciter ἐσθίειν, sed ἀθρόως et confertim: ut indicet, voracissimum esse animalculum. Sed quod sequitur ἐνεκάψε videtur esse, ita avide vorare, ut sorbere videaris. Usus est Alexis Comicus in Lebete: ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον. Sane κάπτειν antiquis est edere, et κάπη dictum præsepe, quia inde cibum sumant jumenta. Hinc βουκάπαι, boum præsepia et καπετὰ, κτηνῶν τροφή: ne putemus κάπηλον dictum a vino, sed a cibo. Teleclides etiam dixit, ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων. Quid si inde *capere* nostrum? Inde vero compositum ἐγκάπτειν, i. e. exedere, ut dictum de moreto, 'tute hoc intristi, tibi est exedendum.' Ab ea mente ἔγκαφος est ἐλάχιστον ψωμίον, quasi quod plene edendo non sufficiat. Fortassis autem κάπτειν dictum per contractionem τοῦ καταφαγεῖν. Sed miror, quod Suidas ἐνέκαμψα [ἐνέκαψα] exponit ἐνέπνευσα nisi legis ἐξέπνευσα. Nam Hesychium τὸ ἐγκάπτειν scribentem esse ἐκπνεῖν potius audio, cum κάπος sit eodem auctore πνεῦμα, et in sorbendo flatu opus sit. Videndum etiam apud Athenæum lib. ix. doctorum convivarum, cum Porphyrionem ait σκάπτοντα πίνειν, num κάπτοντα potius legendum. [κάπτων δὲ πίνει legitur in ed. Schweigh. iii. p. 433. et jam in ed. Casaub. p. 388. D. Dind.] Nam Plinius scripsit, solum eum morsu bibere: neque enim audio Gesnerum, qui legit δάκνοντα. Fl. Chr. ἣν νῦν γ' ἤφερες. Sic A. Vulgo νῦν δ'—Est autem ἤφερες pro ἔφερες, ut ἤμελλον, ἠδυνάμην, aliaque similia. Berglero scribendum videbatur, νῦν δὴ 'φερες, quod æque bonum sit, ni melius. Brunck. Lectio νῦν γ' ἤφερες est mendosissima: quod ut illam approbarem dixi, ἄῤῥητον ἄμεινον. Unice vera est Bergleri emendatio, quam recipere debebam. Eodem librarii errore scriptum fuit δ' ἤφερες, ac toties apud alios poëtas et apud Nostrum etiam, Vesp. 665. δ' ἤπειτα pro δὴ 'πειτα. Ad eum modum hic scribi debuit δὴ 'φερες, ut Acharn. 137. μὴ 'φερες. Vesp. 86. εἰ δὴ 'πιθυμεῖτ' εἰδέναι. Similia exempla passim obvia, quorum nullius mihi tum in mentem venisse nunc miror. Valet autem νῦν δὴ, quod modo monui ad Nub. 786., idem quod ἀρτίως. Suidas: νῦν δὴ, ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Vide Grævium ad Lucian. Solœc. p. 123. Id. νῦν δὴ 'φερες codex Rav, Bergl., Reisk., Brunck. in notis. νῦν δ'

ἤφερες edd. ante Brunckium. νῦν γ' ἤφερες A., Brunck. in textu. Dind. Lege δὴ 'φερες; Pors.

6. κατέφαγε edd. ante Kust.—ΟΙΚ. Β. ἦ κατέφαγεν; ΟΙΚ. Α. μὰ τὸν — — πυκνάς. Bentl. Dind.

7. Lege περικυλίσας. vid. Thesm. 658. et 774. Bent. ἐνέκαψα in Vesp. 797. et ἐπέγκαψον in Eqq. 490. ἀνακάψαι Avv. 580. Ibid. simplex κάπτω v. 246. et in Eccles. 683. ubi κάπτειν ἄλφιτα. Hinc παυσικάπη, de qua mox ad v. 14. Berg. περικυλίσας. Sic scribi debuit. In B. περικυκλίσας, in A. περικυκλίσσας. Vulgo περικυκλήσας. Brunck. περικυκλίσας edd. ante Port. περικυκλήσας Port., Kust. Dind.

8. Dele ΟΙ. Bent.

9. κοπρολόγοι. Videtur, inquit glossographus Græcus, hæc oratio respicere rhetores, quos ut sordidos et spurcidicos notat, aut cooperarios conservos advocare in auxilium. Nam cum manu altera nares premat, altera intritum illud non alliatum faciat, quærit eos, qui stercoribus consueti sunt olfaciendis. Fl. Chr.

10. εἰ μή με βούλεσθ' κ. τ. λ. V. Eccl. 370. Ibid. 1045. ibid. 1063. Idem significat περιορᾶν. Vid. Vesp. 437. In futuro autem utuntur verbo περιόψεσθαι. Acharn. 55. Thesm. 705. Nubb. 124. et alibi. Berg. De περιιδεῖν cf. Dawes. M. Cr. p. 265. Dind.

11. Ut Latine *alter* de duobus, sic ἕτερος Græcis vulgo dicitur. Hic tamen de pluribus Attico more, neque observata communi differentia. Quod autem ait ἠταιρηκότος, [v. g. Ganymedis; infra 724. Berg. Subint. μᾶζαν scil. excrementorum pueri cinædi. φησὶν ἐπιθυμεῖν scil. scarabæus; significat se appetere. Dind.] non est consulendus Apollo Pythius super vocis hujus interpretatione, quæ ἐπὶ πορνείας fere semper usurpatur, unde ἑταῖραι. Latini vero consuetos vel flagitatos vocant τὰ παιδικά. Sic postea Ganymedis oletum vocat *ambrosiam*. Videtur autem poëta noster insimulare Athenienses hujus nefandæ libidinis, quam soleant et patrare et pati. Imo arbitror rusticatim hic tangi quemdam (Cleonem puta) quem scarabæi similem faciat Aristophanes, et qui stercoris triti consuetudine fructum, ut ait ille, fullonium incitet. Nam canthari pedibus convolventes τὰς σπίλας ἀποσπερματίζουσι. Fl. Chr.

14. Solebant enim servi inter pinsendum vorare. v. Scholia. Hinc iis collare quoddam ligneum latum circumponebatur collo ne manus ori admovere possent, quod dicebatur παυσικάπη, a παύειν *prohibere*, et κάπτειν *vorare* dictum; de quo Jul. Pollux vii, 20. τό γε μὲν τοῖς οἰκέταις τοῖς ἔνδον ἐργαζομένοις ὑπὲρ τοῦ μὴ κάπτειν τῶν ἀλφίτων περιτιθέμενον παυσικάπη ὀνομάζεται, τροχοειδὲς μηχάνημα ὄν, τῷ τραχήλῳ περιαρμοζόμενον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν. Berg.

15. χ' ἀτέραν. Post ἄλλην dixit καὶ ἑτέραν pro καὶ ἄλλην, quod, ut diximus, Atticum est. Notandum est autem, antiquos tres tantum numeros præcipuos habuisse, ἕν, δύο, τρία, postea dixisse χ' ἅτερον pro καὶ ἕτερον, unde Latinum quatuor, et quinque, καὶ ἕν κε. Hæc ego jam dudum didici a magno dictatore, Julio Cæsare [Scaligero] ex ejus libris 'de caussis linguæ Latinæ,' et mihi visus est dixisse nobilissimus senex: 'I puer atque tuo citus hæc subscribe libello.' Sed et hoc addam, vocem Latinam *cætera* detortam videri a Græco καὶ ἕτερα. Fl. Chr.

16. Legebatur καὶ τρῖβ' ἑτέρας γε. Cod. Rav. et Venet. recte omittunt γε. Addidi ἔθ'.—Brunck. tacite μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ μὲν οὔκ. Dind.

17. Ferre, inquit nequeo odorem; translatione a navigiis pondere aquarum gementibus sumta et eorum sentina, quæ dici *haustrum* potest. Sic enim vas illud vocat, in quo terit pinsitque τὸ ἀποπάτημα. Sunt autem graveolentes ἀντλίαι, vel ex Pisida, ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας, citante Suida. Fl. Chr. Anthiam nunc vocat mactram illam, in qua pinsebat stercus, propter tetrum odorem, per metaphoram ab antliis navium, quibus sentina exhauritur, quarum odor est teterrimus; nam aqua diu consistens in fundo navium pessime olet. Schol. ad Eqq. 432. ἰστέον δὲ, ὅτι ἱστάμενον καὶ χρονίζον τὸ ὕδωρ κάκιστον ὀδώδει, unde antlias etiam δυσώδεις dicit Pisides apud Schol.: ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας. Est autem proprie, οὐχ οἷός τ' εἰμ' ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας, i. e. vincor labore. Sed servus iste apud Aristoph. metaphorice loquitur et vult dicere, se odorem mactræ ferre non posse, unde Scholia: ὑπερέχειν· ἀντὶ τοῦ ἀντέχειν καὶ περιγίνεσθαι τῆς ὀσμῆς. Scholiastes Eurip. Hipp. 767. ubi χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα συμφορᾷ, fere Comici nostri verbis utitur, cum ἀπὸ μεταφορᾶς, inquit, τῶν ἐν νηῒ μηκέτι τῆς ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένων. Berg. Ista sic interpretatur Hemsterh. ad Lucian. i. p. 109. 'Ego enim tantum offarum subigendo non valeo, quantum ad istum scarabæum implendum sit satis;' ratus scilicet nomine ἀντλίαν ipsum scarabæum significari. Sed quis unquam laboravit, ut sentinam impleret? solent navigantes eam exhaurire. Non ista mihi videtur metaphoræ ratio: melius, meo ju-

dicio, Scholiastes, οὐ δύναμαι ἀντέχειν etc. — καὶ ἀντλίαν τὸ ἀγγεῖον λέγει, ἐν ᾧ ἐφόρα. Brunck. εἶμι περιανέχειν Suid. v. ἀντλία. ὑπερέχειν in v. Pors.

18. Vulgo legitur, αὐτὴν ἄρ' οἴσω. In B. αὐτὴν γὰρ οἴσω, unde dedi αὐτήν γ' ἄρ' — Nunc vero legendum esse video, αὐτόν γ' ἄρ' hoc sensu: *ipsum itaque scarabæum una cum sentina abreptum intro feram.* Nam composito προσλαβὼν indicat duas res intro ferendas se sumturum, tametsi unicæ in vulgata lectione mentio. αὐτὴν librarius scripsit pro αὐτὸν, quia ad ἀντλίαν referri pronomen credidit. Istud autem αὐτὸν ostendit, cur poëta γ' ἄρ', non ἄρ', scripserit. Hæc dicens famulus scarabæum et vas stercore asinino plenum e scena domum infert, postea reversus cum conservo fabulatur. Brunck. Si lectio προσλαβὼν retinetur, sane necessarium est, ut αὐτὸν rescribatur. Et postea in domo est scarabæus 30, 49. Sed utrum antea in scena fuerit nutritus, dubitare licet; et improbabile est. Nam, si jam antea in scena fuisset visus scarabæus, non potuisset servus 73. s. de eo, tanquam re nova, dicere, et censendus esset servus mox intrasse et rediisse et rursus vidisse quid scarabæus ageret, nec οἴσω per se est, intro feram, sed, *auferam*. Præferendum igitur συλλαβὼν e Rav. et αὐτὴν retinendum puto, hoc sensu: ipsam igitur sentinam s. mactram (cum alimentis jam paratis scarabæo) correptam auferam. Dind. αὐτὴν ἄρ' οἴσω συλλαβὼν cod. Rav. et Venet. Id. συλλαβὼν Suid. v. ἀντλία. Pors.

19. Suid. ἐς κόρακας. ubi Ms. σαυτόν γε. τε ed. Med. Pors.

20. τετρημένην perforatas nares scil. ne fœtore offendantur. Brunck. ὑμῶν δέ γ', εἴ τις οἶδ', ἐμοὶ κ. Dind.

24. ὥς περ divisim scribendum puto, *quando* quidem. Dind.

25. Quod Latini *misere*, i. e. *valde*, φαύλως dixerunt, Schol. Græcus exponit συντόμως. Sed si vehementiam vox illa indicat, συντόνως potius legerem apud illum Schol. Nam et sic puto Euripidem de Polyphemo Cyclope dixisse [Cycl. 397.] φαγεῖν ῥυθμῷ τινι. Neque Suidas id negare videtur, qui ait ἐρείδειν apud Atticos dici, cum aliquid magno nisu et vehementia fit.. Alias φαῦλον ap. Græcos multa significat. Nam et rude et impolitum sæpe et μοχθηρὸν et magnum, ut Sophocles in Captivis, Εἰ μικρὸς ὢν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω. Quin contra pro *parvo*, *vili* et *abjecto*. Demosth. contra Cononem, φαύλας πληγὰς dixit. Est etiam ῥᾴδιον, εὔκολον et εὐχερὲς, qua notione hic accipi potest: ut et idem Comicus dixit Eqq. 404. εἴθε φαύλως ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν. Id est, facile, et sine nisu aut labore. Est igitur hic φαύλως ἐρείδει, quod aliter dixerimus ἁπλῶς καὶ περιέργως μασᾶται. Est autem metaphora a remigantibus, qui remis innituntur. Itaque sive συντόμως sive συντόνως exponas τὸ φαύλως, nihil interest. Nam vel statim et facile erit, vel σφόδρα et πάνυ. Hesychius emendandus: Ἔρειδε, συντόμως ἐσθεὶς· lege ἔσθιε. Neque dubito, quin respexerit ille Grammaticus ad ea quæ sequuntur 31., ἔρειδε, μὴ παύσαιο. Sed et Suidas ipsum ἐρέσσειν dicit esse συντόνως ἐσθίειν. [Sed Kuster. i. p. 852. Ἐρείδειν conjicit. Ἐρέσσειν tamen et Photius p. 16. Dind.] Suspicor ergo alludere Aristophanem per verbum ἐρείδειν, quod etiam est συνουσιάζειν ad nefandam libidinem et notari incestos mores Cleonis; de quo inferius plura. Fl. Chr. Photius p. 16. Ἐρείδειν, τὸ ἐσθίειν σφοδρῶς ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν συντόνως. Dind. *Il l' avale sans façons.* φαύλως significat *facile*, ut Lys. 566. Thesm. 711. et alibi ap. Comicum sæpe. φαύλως φέρειν, *leviter ferre*, *parvi facere*. φαῦλον πρᾶγμα, *levis momenti negotium*, *res nihili*, Lys. 14. Mimnermus ap. Stob. p. 423. Floril. Grotii: ὁποῖοι δὴ φιλοῦσιν ἰατροὶ λέγειν | τὰ φαῦλα μείζω, καὶ τὰ δεῖν' ὑπέρφοβα, | πυργοῦντες αὐτούς. ἐρείδειν autem, ut παίειν Acharn. 835. valet συντόνως ἐσθίειν. Porro φαύλως ἐρείδοντι opponitur scarabæus βρενθυόμενος i. e. θρυπτόμενος, *delicias faciens*, *male tangens dente superbo*. Brunck. Pro τοῦτο legendum putabam οὗτος ὑπὸ, ut ad scarabæum referatur. Quod autem ait βρενθύεται, intolerandam superbiam et arrogantiam Cleonis notat: quem præterea scarabæum facit et παιδεραστήν. Sic in Nubb. 362. hoc verbi usurpat de Socrate: βρενθύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς: quod citatur etiam a Laërtio. Fl. Chr. Nihil mutandum: τοῦτο cum indignatione ponitur: istud sc. monstrum. δ' abesse nequit. Dind. Suidas v. φαύλως t. iii. p. 587.— τοῦτο (sic) γ' ὑπὸ Vet. in Scaligeri Excerptis. Id.

26. In Lys. 889. δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται. Berg. Redditur, *fastidit*, fait le dedeigneux, Francog. Dind.

28. γογγύλην μεμ. Mulieres enim, ne videantur edaciores, turundas rotundas faciunt instar raparum, quæ quia rotundæ, γογγύλαι et στρογγύλαι dicuntur, unde γογγυλίδες Theophrasto, et verbum γογγυλίζειν, quod est μεταστρέφειν, ut in Thesmoph. 67. γογγυλίσας καὶ συστρέψας τουτὶ τὸ πέος. Apud Hesychium, in multis optimum Grammaticum, usurpatur pro γογγρύζειν et γρυλίζειν, i. e. *grunnire*, nisi codices sunt mendosi. Nam putem legendum γογγρυλίζειν pro γογγυλίζειν.

Quorsum enim rotunditas ad grunnitum? Fl. Chr. Apparet mulieres esitare solitas offas rotundas, ut etiam Schol. dicit. Berg. ὥσπερ ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμιγμένας sine Aristophanis nomine Athen. Vulgata scriptura utitur Suidas v. γογγύλιον. Conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 103. et Not. ad Hesych. p. 845. Dind. Suid. γογγύλιον. Pors.

30. παροίξας τῆς θύρας. Modice aperire januam, ut sit semiadaperta. Euripides aliter Iph. Aul. 857. τίς ὁ καλῶν πύλας παροίξας; Berg.

31. s. μὴ παύσαιο — ἐσθίων — λάθῃς. Phœnicides Comicus ap. Athen. x. p. 415. —οὗτος, ὥσπερ οἶδας, ἐσθίει, Μέχρις ἂν διδῷ τις, ἢ λάθῃ διαῤῥαγείς. Ibid. p. 416. Anaxilaus Comicus: Διαῤῥαγήτω ἅτερος δειπνῶν τις εὖ, μὴ Κτησίας μόνος. Berg. ἕως [omisso τέως] σεαυτὸν ἂν λάθῃς διαῤῥαγείς. Vulgo fœda cum scabie: τέως, ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς. Nusquam apud Comicum occurrit ἕως cum subjunctivo sine ἄν. Parum me movet Priscianus, apud quem in ed. H. Putsch. p. 1206. leguntur ista: "Attici τέως, ἕως, quomodo et nostri *interea dum*. Aristophanes Εἰρήνῃ: μὴ παύσαιο μήποτ' ἐσθίων | τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς. Virgilius in iii. Georg. 'Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, Singula dum capti circumvectamur amore.'" Quid enim inde colligas, nisi mendam inveteratam esse et jam ante Priscianum natam? Tum libri suspecta est fides: namque in Aldina edit. fol. 241. recto elumbis ille versus non legitur, immo ne mentio quidem ulla est particularum τέως ἕως. Brunck. V. Dawes. Miscell. Crit. p. 274., ubi hæc ejus sunt verba: "Utrumque τέως et ἕως nusquam alias apud poëtas Atticos in eadem sententia legitur: sed neque ἕως cum forma subjunctiva absque ἂν conjungitur.—Repono eliminato τέως, revocato jamdudum exule ἂν: ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς δ. Fecerat opinor librariorum incuria, ut vocula ἂν post cognatam syllabam desideraretur. Deinde autem imperitus nescio quis corrector lectionem hodie obtinentem commentus est." Dind. Fœdius corrupit Inv., qui e Rav. recepit, τέως, ἕως αὐτὸν ἂν λάθῃς δ., nec vidit ἕως tum in unam syllabam coalescere et senarium perdere, ne quid de pron. αὐτὸν dicam. Idem antea pro μήποτ' reposuit μηδέποτ', quod hic locum non habet. Id. μηδέποτ' Suid. v. ἐρείδειν. Pors.

32. Dawes citat vulgatum ut exemplum τέως ἕως conjunctorum Priscianus xviii. p. 1206. Sed locum omittit Priscianus Aldi f. 241. a. Pors. Schol. Platonis Ruhnken. p. 85. [τέως] ἐν τῇ Εἰρήνῃ εὕρηται ἀντὶ τοῦ ἕως. λέγει δὲ ὁ ἱπποκομῶν τὸν κάνθαρον, Ἔρειδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ' ἐσθίων, Τέως ἕως αὐτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς. Unde liquet confusas esse duas lectiones, τέως σεαυτὸν, et ἕως σεαυτόν. Dobr. αὐτὸν scholiastes Platonis: σαυτὸν apud Siebenkeesium: — λάθοις Reisig. λάθῃς libri omnes et scholiastes Platonis. ΔΙΑΛΑΘΕΙϹ ΔΙΑΡΡΑΥΗϹ Prisciani codex Monacensis. Brunck. recepit infelicem Dawesii conjecturam. Dind.

33. Hæc dicit, dum introspicit conversus ad alterum servum. Dind. Suidas v. οἷον t. ii. p. 670. Id.

34. παραβαλὼν τοὺς γομφίους, *laxans anteriores dentes*. Non vulgare est in hoc significatu hoc verbum. Sed ex vett. Grammaticis docemur, παραβάλλεσθαι esse παύσασθαι, translatumque esse a remis. Ait enim Suidas παραβαλεῖν esse remum laxare. Paulo post, ne discederet a metaphora, dixit συμβάλλοντες et προσβολὴ, ubi σύμβάλλειν est connectere et qui funes illos nectebant, dicti sunt σχοινιοσύμβολοι. Omnino innuit corporis incurvationem, quam pandiculationem possumus vocare. Sic συμβαλεῖν ἔπη κακὰ dixit Sophocles Aj. 1332. pro λοιδορεῖν, quia verba conseruntur, imo disseruntur et mutantur. At vero προσβολὴν 39. dixit pro pœna vel dira dearum ira et vere ζημίᾳ. Nam et antiquum proverbium habemus (puta ὀνειροκριτικὸν), quod sic habet: Κόπρῳ καθεσθεὶς ζημίας ἕξεις τρόπους. Sane mihi videtur respexisse ad illud παλαιστὴς παραβαλών. Est enim προσβολὴ athletarum junctura et cohæsio. Fl. Chr. ὡς παλαιστὴς Suidas v. παραβαλὼν in edd. Med. et Ald. Dind.

36. s. Citat Schol. Eurip. Orest. 322. Sunt autem isti σχοινιοσυμβολεῖς *restiones*. Berg. Sensus: ita caput et manus (pro pedibus, quibus pilulas stercoreas voluit) manducando scarabæus circumagit, ut, qui crassos funes in usum navium onerariarum contorquent. χρῆμα mox scarabæus iste dicitur, ut Lat. res. Dind.

38. καὶ ante κάκοσμον om. Suid. βορόν. Pors. βορὸν χρῆμα ex h. l. Bekker. Anecd. i. p. 30, 12. Dind.

39. Duplex inest his sensus; primo, cujus dei attributum est hæc avis? sive, cui deorum est propria? quia singulis diis aliquæ aves attribuuntur, ut Junoni pavo, Minervæ noctua, etc. Deinde, 'cujus pestis et ira Deum?' ut loquitur Virgilius. Vox enim προσβολὴ etiam *pœnam* significat. Vid. Schol. Synesius epist. 57. εἰ δαιμόνων εἰσὶ προσβολαὶ τὰ γινόμενα δι' Ἀνδρονίκου (si illa, quæ per Andronicum fiunt, afflictiones sunt a dæmonibus proficiscentes). Antipho Tetralogia ii. Orat.

3. ['Εκκατηγ. φώνου p. 674. t. vii. Orr. Gr. Reisk. τὰς θείας προσβολάς. Dind.] Berg. Male hæc distincta sunt. Illud enim οὐκ οἶδα, quod sequitur, distinguendum ὑποστιγμῇ et ad priora referendum, ut dicat: *neque scio, quis deorum nobis hoc monstrum invexerit; neque enim Veneris est aut Gratiarum.* Itaque verba hæc adhuc sunt alterius famuli, quæ continuanda etiam videntur ad illa usque: ἐγὼ δὲ τὸν λόγον 50. Fl. Chr.

40. Distinctæ personæ ad fidem codd. Vulgo, posito interrogandi signo in fine præced. versus hic et seqq. duo alteri famulo continuantur. Notum est singulis deis singula animalia a veteribus attributa fuisse, quæ eorum ἀγάλματα vocabantur. Hoc designare videtur vernula nomine προσβολή, quia animal deo προσβάλλεται, vel, ut est in Avv. 563, προσνέμεται· προσνείμασθαι δὲ πρεπόντως Τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων, ὃς ἂν ἁρμόζῃ καθ' ἕκαστον. Scarabæum autem dicit Jovis Fulguratoris esse ἄγαλμα s. προσβολήν, quia, ut fulmine nihil nocentius, ita hoc animali, cui spurcissimum pabulum præbere cogitur, nihil norit intolerabilius. Aliter hunc locum interpretatur P. Burmannus in Dissert. de Jove Fulguratore c. vi. Brunck. Non videtur Veneris attributum esse, ἐπεὶ αὕτη μὲν μύροις χαίρει, ὁ δὲ δυσώδης ἐστί, ut inquit Scholiastes. Berg. P. Burman. ita reddit; *tale mirum ni sit monstrum expiandum Jovis Katæbatæ.* Tum addit: Quibus verbis egregie poëta insignem et immanem hujus animalculi voracitatem exprimit, quod esset τέρας Διὸς Καταιβάτου, i. e. quod esset *fulmen*: nam, ut Jovis fulmen solet omnia consumere et devorare, in quæ incidit, ita hoc animal omnia objecta avide ingurgitabat et plura semper expetebat.—τέρας Διὸς proprie *fulmen*; deinde fulmen s. κεραυνὸς metaphor. præsertim a Comicis pro voracissimo homine. Non autem simplicem voracitatem, sed et impetum notat, quo celerrime omnia conficeret.—Schol. et Christiani explicationem repudiat. Dind.

41. Lege OI. τοῦ γάρ ἐστ'. ET. οὐκ. Bent. Ita Br. e Mss. Dind. Οὐ μὴν Χαρίτων. Quia non est animal χάριεν nec ἀστεῖον. Berg. τοῦ γὰρ ἐστὶ est interrogatio τοῦ ἑτέρου, secundi servi; sequentia sunt rursus τοῦ οἰκέτου, primi servi. Reisk. Vid. Reisig. Comment. in Vespas, p. 484. χύτου πότ' ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολή, οὐκ οἶδα Suidas v. προσβολή. Dind.

42. Jupiter καταιβάτης et descensor indigitabatur, sive quia fulmina de cælo in terram mittat, sive quia descendat in amores mulierum. Fuit autem ara dicata Jovi καταιβάτῃ, teste Pausania in Eliacis prior. Romulus Amazæus *Elicium* vertit. Sane ludit poëta in voce Καταιβάτου, propter scarabæum, qui infimis ficis et spurcis oletis vescitur. Fl. Chr. Quasi dicat, *Jovis in fulmine descendentis;* ut Virgil. de pluvia, 'Jupiter et læto descendit plurimus imbri.' Julius Pollux ix, 41. καὶ κατελθεῖν ἔλεγον τὸ βέλος καὶ τὸν Δία τὸν ἐπ' αὐτῷ Καταιβάτην. Latine dici posse videtur viris doctis *Jupiter Elicius.* Etiam ipsum fulmen ita dicitur ap. Æsch. Prom. 359. ἀλλ' ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος Καταιβάτης κεραυνὸς (fulmen caducum) ἐκπνέων φλόγα. Berg. Fo. οὐκ ἔστι τὸ τέρας τοῦ Διός: vid. Thesm. 411. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὔ, et 854. οὐκ ἔσθ' ὅπως οὔ. Bent. τὸ τέρας τοῦ Διὸς codex Venet., Scaligeri Excerpta. Dind. Καταιβάτου Pauw. ad Theophrast. Charact. p. 82. Pors.

43. Hic habes Protasin. Nam accingit se ad narrationem, sed interim notat Athenienses tanquam avaros, litigiosos et derisores, et occurrit objectioni, quam fingit fieri a spectatoribus, inter quos juvenes insimulat arrogantiæ et δοκησισοφίας. Eo tamen properat semper, ut Cleonem, quem Attico melle (quod est λοιδορεῖν) perlinit, non a se sed a quibusvis potius ostendat vituperari. Profecto mira est hujus Comici in fabulis suis œconomia. Fl. Chr. εἴδη. Scribendum omnino ἤδη, ut habet editio Farrei. Berg. Frob. εἴδη. Ald. ἤδη. Bent. In textis ed. Paris. legitur ἤδη, sed in marg. γρ. εἴδη, Dind. Aut εἰς δὴ aut ἤδη, ut in ed. Brubach. Reisk. Pro ἤδη in Kust. edit. excusum fuit εἴδη, operarum errore. Brunck. Imo error ex ed. Genev. 1607. repetitus est. Dind. 43—49. Οἰκέτῃ A.: 50—59. 61. 64—81. Οἰκέτῃ B. tacite tribuit Brunck. Id.

44. τόδε πρᾶγμα τί; *quid hoc rei est?* Perperam vulgo τὸ δὲ—Brunck. δοκησίσοφος dicitur, qui sibi videtur sapere. Dind. Suid. δοκησίσοφος. Pors. Brunck. verba τόδε πρᾶγμα τί; ita construit, ut πρᾶγμα ad τόδε referat, quod ad τί pertinet. Reisig.

46. Ionicum dixit non pro Græco solum, sed Atheniensi, qualis erat Cleon. Sic apud Thucydidem (principem historicum in orationis structura, qui bellum hoc Peloponnesiacum vere, ut puto, depinxit, demegorias fortassis finxit) lib. 5. ait Brasidas, Græcorum ille alter pistillus, ad Lacedæmonios: καὶ ὅτι Δωριεῖς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι i. e. Ἀθηναίοις. Fl. Chr. [Sed h. l. Ἰωνικὸς proprie est accipiendum, ut vel sequentia verba, Ionica dialecto pronunciata, docent. Dind.] Ex h. l. inducor ut credam, Dionysiis τοῖς κατ'

ἄστυ vernis prodiisse hanc fabulam. Nam Lenæis Liberalibus aderant soli Athenienses eo, quod hieme celebrabantur, quod dixit Aristoph. in Acharn. 507. Οὐ γάρ— αὐτοὶ Ληναίῳ τ' ἀγών. Id est, *Non enim me nunc calumniabitur Cleon, quod Extraneis præsentibus de urbe male loquor; Soli enim sumus et in Lenæo fit certamen.* Cum igitur hic dicat, Ionem quendam adstare, verisimile est, Liberalibus vernis eam fabulam actam fuisse, quando jam mari aperto navigabant Iones Athenas. Nam, ut ait Schol. ad fabulam Aves: τῷ ἔαρι ἐν ἄστει τελοῦσι τὰ Διονύσια, i. e. *vere in urbe celebrabant Liberalia.* Palmer.

47. δοκέω. Hoc Ionicum est pro δοκῶ· fingit autem, Ionicum hominem hæc dicere, et est Mimesis. ἐς Κλέωνα. Qui erat coriarius. Male autem olent coria non minus ac scarabæus iste aut ejus esca. Hinc ad Cleonem in Eqq. 887. οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιστον ὄζων; Berg. ὡς Κλέωνα Suid. αἰνίττεται. ὡς Suid. ed. Pors.

48. τὴν σπατίλην ἐσθίει. Putat Scholiastes ἐσθίει dictum pro ἤσθιεν, quia tunc, cum hæc scriberet Aristophanes, mortuus erat Cleon, ut apparet ex sequentibus. Neque sane nova est hæc temporis mutatio apud poëtas, præsertim quum sæpe, ut et apud Æschylum, videas ἀναχρονισμούς, quæ non sunt errata memoriæ, sed præcepta œconomiæ. At σπατίλην dixit, quia Cleon βυρσοδέψης et σκατοφάγος. Nam coria et pelles apparabantur non sine humano stercore, estque σπατίλη id ipsum, σπέλεθος vel βόλιτος, sordes et abjecta coriorum, dicta ἀπὸ τοῦ σπᾶσθαι, quia trahantur et eradantur. Hesych. recte exponit σπάθος *corium*, δέρμα et σκῦτος, ut ab eadem mente σπαθητὰς ἐσθῆτας *paveratas vestes* dictas existimem idemque etymon. Interim emendandum puto Scholiasten Græcum, qui σπατίλην ait esse τὸ ἀπόξυσμα τῶν βυρσῶν τὸ μικρὸν, ὃ ἐκβάλλεται. Etiam apud Suid. pro μικρὰ δέρματα reponendum fortean μιαρά: etsi scio posse excusari lectionem τῶν μικρῶν. Dico tamen, quod sentio, neque me adhuc sententiæ pœnitet. Fl. Chr. Hæc de Cleone, qui mortuus erat, quando exhibita fuit hæc fabula, Ionicus homo dicere non potest. Legendum videtur ἤσθιεν. Suidas: σπατίλη· ἡ τῶν ἀνθρώπων κόπρος· καὶ τὰ μικρὰ δέρματα, τὰ ἐκβαλλόμενα ὑπὸ τῶν σκυτέων. σπατίλη γὰρ τὸ δέρμα, παρὰ τὸ σπᾶσθαι. σκατοφάγος δὲ ὁ Κλέων, ἐπεὶ βυρσοδέψης ἦν καὶ μετὰ κόπρου τὰς βύρσας εἰργάζοντο. Brunck. Scribe ἔσθιεν, augmento Ionice sublato. Ionem enim introducit hæc dicentem; præsens tempus autem, ἐσθίει, non conve-nit, Cleone pridem mortuo, ut ex pluribus fabulæ locis colligitur. Palmer. Restituas Ionicam formam ἀναιδέως ex Rav. Cæt. pro vulg. ἐσθίει neque ἤσθιεν reponere cum Brunck. neque ἔσθιεν cum Palmer. sustinuerim. Fefellit bonos viros, quod hæc de Cleone intelligerent, cum de scarabæo sint accipienda. Cleonem dicens perspicuitatis causa non κεῖνος, sed usurpasset οὗτος Comicus, Hotib. ἀναιδῶς: Lege ἀνέδην. Bent. ἀναιδέως cod. Rav. et Venet. Reliqui libri ἀναιδῶς, præter Juntinam ii., quæ αἰναιδῶς. Elmsl. ad Acharn. p. 72. ed. Lips. conjicit, ὡς κεῖνος ἡδέως σπατίλην ἐσθίει. Quod articulum ejiciendum esse censet, non improbabilis conjectura est. Dind.

51. ἀνδράσιν. Dind.

52. καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν φρ. Sic optime A. Vulgo ὑπὲρ τούτοισιν ἀ. Ad loquendi normam oportuisset ὑπὲρ τούτους. In ἀνδράσι ultima brevis sequente tenui cum liquida numeros innumeros reddit. Brunck. Rav. ὑπὲρ τούτοισιν. Dind. καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδρ. cod. manuscr. biblioth. R. M. apud Florentem in Addendis p. 88. Id.

53. ὑπερηνορέουσιν pro ὑπερακμάζουσι dictum puto, i. e. ætate provectioribus: alias valet superbis et supra hominem sapientibus. Fl. Chr.

55. οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς. Legerem ὑμεῖς, et notat Athenienses, tanquam litigiosos fori tricones et qui judicandi insania laborant, ut ille in Vespis Philocleon. Fl. Chr.

56. δι' ἡμέρας. Supra v. 27. δι' ὅλης ἡμέρας. Vide ad Ran. 261. In Avv. 265. καίτοι κέχηνά γ' ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπων. Berg. δι' ἡμέρας μὲν cod. Rav. Dind.

57. κεχηνος (sic) Juntina ii. Dind.

59. τὸ κόρημα. Translatio ab everriculis vel scopis, quibus vestimentorum vel ædium sordes purgantur. Scribendum autem puto μὴ 'κκόρει, geminato κ, ut sit pro μὴ ἐκκόρει, et sic videtur legisse Suidas. Nam si simpliciter κόρει dixisset, ambigua esset significatio, quia κορεῖν etiam est ἐπιμελεῖσθαι, unde κόροι et κόραι, pueri et puellæ, quod magna cura et studio indigent: et νεωκόροι dicti non, qui templa vel ædes verrunt et purgant, sed, qui tuentur et custodiunt, fortassis ἀπὸ τῆς ὥρας, i. e. cura, interposito κ. Quamquam non me latet, κόρην derivari secundum Grammaticos vel ἀπὸ τοῦ καθαίρειν, et pupillam sic vocari quasi χόρην, ut per quam fluat facultas videndi. Sed h. l. ἐκκορεῖν dixit pro, vacuefacere et desolare vel funditus perdere, ut dixit Menander ἐκκορηθείης i. e. ἄρδην ἀπολεσθείης. Aliquando est abigere, ut in illo: ἐκκόρει κόρη κορώνην, quod in nuptiis olim accini solitum testa-

tur Orus Apollo. Videtur aliud esse *κόρημα*, aliud *σάρον*, etsi a Grammaticis confunduntur sæpe. Nam illud *verriculum* est, quod nos vocamus *Balay*, hoc autem (*σάρον* puta) scopæ, i. e. virgulæ purgatoriæ; Byzantii vocabant *κάλλυντρον*. Apud Hesych. nescio quid sit *ἀκίσαρον*, et redeo ad imperitorum querelam: *corruptus est locus*. Ait enim Hesych., Ionem Argivis dixisse, *ὡς παλαιὸν ἀκίσαρον·* fortasse scripserat *ὡς παλαιὸν ἄκικυς σάρον*, i. e. infirmus ut veteres et dissolutæ scopæ, scilicet senium debile significans. Fl. Chr. *κόρει.* Sic quidem libri nostri, sed mendose. Scriptum oportuit *μὴ 'κκόρει.* Vide Eustath. locum quem protulimus ad Nub. 44. Brunck. Hoc recipi debuerat e Rav. Dind. *μὴ 'κκόρει* ex Suida v. *κόρημα* Kust. ad Suid. ii. p. 349. recte, et ita Eustath. in Homer. Iliad. N. p. 951, l. 42. ed. Rom. =929, 41. Bas. *κόρει* Suid. Ms. Pors.

60. *ἔα, ἔα.* Hæc separatim legenda, neque versum adjuvant; parepigraphe vocatur, ut apud Ausonium *Hui* et sæpe apud Tragicos. Nos plura ad Æschyli Prometheum. Fl. Chr. Has voces, quæ vulgo famulo continuantur, Trygæo tribuo. Brunck.

62. Incipit loqui Trygæus, vinitori conveniens nomen. Est enim *τρυγητὸς*, *vindemia*; *βουλεύει* autem Attice pro *βουλεύῃ*, ut in Rann. 469. *ἔχει μέσος* pro *ἔχῃ*, et *μάχει* pro *μάχῃ*. Et alibi sic sæpe. Fl. Chr. Sophocl. in Aj. 586. *ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί*; ubi Scholia, *ἐπιθυμεῖς δρᾶσαι.* Sic *ἐργασείεις*, *quid facere paras?* ap. eumd. in Philoct. 1239. Sic *πολεμησείειν, παραδωσείειν, ἀπαλλαξείεις*, omnia ap. Thucydidem: et in glossis *δειπνησείω*, *cœnaturio*. Berg. Dawes. M. Crit. p. 260. Dind. *ποθῶν* pro *ποθ' ἡμῶν* Suid. *δρασείεις*. Pors.

63. Lege *σεαυτὸν* ut Suid. in *Λήσεις*: at *σεαυτῷ* in *'Εκκοκκίσας*. Bent. *ἐκκοκκίσας* pro *ἐρημώσας* dictum, translatumque a granis mali Punici: *excucinare* dicerem vel potius *exciccare*: nam *κόκκος ciccus*, mutato *o* parvo in *i*. Nos Franci proprie, *egrainer*. Fl. Chr. *λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκ.* Sic bene duo Codd. Solius B. in margine adscripta impressorum mendosa lectio *σεαυτοῦ*. Supra 32. *ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς διαρραγείς*. Nub. 242. *πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος*; Notissima phrasis nec aliud quid magis obvium, ut mirer editores mendam non deprehendisse. *σεαυτοῦ* cum *πόλεις* conjunxit Berg.: *evertes imprudens urbes tuas*. Brunck. Vid. Lysist. 364. Berg. *ὦ Ζεῦ λήσεις σεαυτοῦ τὰς πόλεις ἐκκοκκίσας* grammaticus Ms. in catalogo codicum Nanianorum p. 493. Dind.

64. Pro vitioso *ἔττι* in textis *ἔστι* reponendum. Pleonasmus qui inesse videbatur in verbis *τοῦτ' ἐστὶ τουτὶ τὸ κ. αὖθ'* efficere potuit ut substitueretur *τ. ἐ. δῆτα τὸ κ. α.* Dind. *τοῦτ' ἔστι τοῦτο τὸ κακὸν* Reisig. *τοῦτ' ἔστι τουτὶ τὸ κακὸν* cod. Rav. *τοῦτ' ἔστι δῆτα τὸ κακὸν* reliqui libri. Id.

65. *τῶν μανιῶν.* Pro singulari, *τῆς μανίας*, sed sæpe plurali numero utuntur Attici. Mox ubi legitur *πρὸς αὐτὸν*, malim *αὑτὸν*, spiritu denso. Fl. Chr.

66. *ἡ χολή.* Hinc *χολᾷν insanire* Nub. 833. Berg. *τὰ δ' εἶπε* cod. Rav. Dind.

67. *πρὸς αὑτόν.* Sic bene A. Vulgo *πρὸς αὐτόν*. Brunck. *αὐτὸν* recte Ald. Pors.

69. Monstrose Suidas v. *ἀναρριχᾶσθαι* pro *κλιμάκια* exhibet *καὶ μακρά.* Similiter corruptus idem v. *βαάξ. μαλακός.* Lege *βλὰξ, μαλακὸς*, ut recte in sua serie infra legitur. Georg. Lecapen. *ἐπιμερισίαις* Mss. fol. 35. b. *τὸ δὲ ὄνομα ὁ βλὰξ δηλοῖ τὸν ἀβέλτερον καὶ ἀνόητον, ὡς ἀπὸ τοῦ μαλάσσω μαλάξω, μάλαξ. καὶ ἀπὸ τούτου βλάξ.* Vide Ruhnken. ad Timæi Lexicon p. 44. Pors.

70. Pedibus et manibus reptare per parietes vocat *ἀναρριχᾶσθαι* vel ab araneis quasi *ἀραχνιᾷν*: nam *ἀραχνιῶ* per *ὑπερβιβασμὸν* aut literarum transpositionem *ἀναρριχῶ*, vel translatum a genere illo cophinorum, qui *ἄρριχοι* dicuntur, quique funibus trahi et duci solent: sunt autem vasa viminea. Fl. Chr. Plures verbi derivationes persequuntur Etym. h. v. Zonar. i. 206. et Eustath. ad Il. p. 1533.—Thomas Mag. i. 61. *ἀναριχᾶται, 'Αττικόν. δηλοῖ δὲ τὸ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀντεχόμενον ἀναβαίνειν. γράφεται δὲ δι' ἑνὸς ρ'.* Add. Mœris p. 63. s. ibique Sallier. et Piers., ubi per duplex *ρ* scribitur explicaturque, *προβαίνειν ἀνέρπων.* Dind. *ἀναρριχᾶτ'* Etymolog. M. c. 99, 29. *ἂν ἀναρριχᾶται εἰς οὐρανὸν* Etymolog. Gudianum c. 50, 54. *πρὸς ταῦτ' ἀναρριχᾶται ἂν πρὸς τὸν οὐρανὸν* Philemon Lexic. Technol. p. 149. *ἀναριχᾶσθαι* scribi jubent grammatici. Dind. Suid. *ἀνερριχῶντο.* Pors.

71. *ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς.* Etiam Atticam phrasin accipiunt genitivum sic positum, et sic Suid. sed non male jungatur cum *καταρρυείς*. Fl. Chr. Berglerus vertit: donec confregit capitis partem delapsus. Brunck.: donec præcipiti casu cervices defregit sibi. Dind.

72. Abire cum infortunio est *ἐκφθαρῆναι*, et, ut ait Callimachus, *ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέεσθαι*, vel *ἔρρειν*, ut dictum in Ranis 1216. de Œdipo; ait enim illic Schol. esse, *μετὰ φθορᾶς ἐλθεῖν.* Contra *εἰσφθαρῆναι* est intrare directa, ut loquitur Plautus. Sic videtur Æschylus in Septem

Theb. 254. dixisse: Οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀνασχήσῃ τάδε; Hic simpliciter est *egredi:* tamen videtur id verbi dixisse, quia in capite vulnus acceperat. Fl. Chr.

73. Ætna mons celsissimus. Itaque aut Ætnæum pro grandi intelligit, vel cantharos *Ætnæos* maximos fuisse verum est, proinde ut equos Ætnæos, quos ad cursum pernices fuisse aiunt. Sic asinos Antronios magnos interpretor, Hesychium obiter emendans: Ἀντρώνιος ὄγκος, lege ὄνος. Nam vicem equi utitur scarabæo Trygæus. Sane Sophocles πῶλον Αἰτναίαν dixit, i. e. ὑπερμεγέθη. Apud Oppian. habes i. de pisc. 512. inter pisces Cantharos et Ætnæos. Nescio an illic præstet pro magnis accipere; nam, si pisces sunt Ætnæi, fortassis ἐτναίους scribendum esset. Quid sit ἔτνος, non obscurum est, ut docet Hesychius, qui ἕψημα θηρῶδες vocat, ubi lego ἀθηρῶδες; nam ἀθὴρ vel ἀθάρα genus pultis. Ego in re ignorata assensionem cohibeo. Sed illi canthari pisces et ab hoc magno cantharo sic dicti sunt et colore eodem sunt ad castaneum accedente ingratoque, ut ait Ovidius, sunt succo. Fl. Chr. Prægrandem vult dicere; nam Αἰτναῖος per se *magnum* significat. Sophocles Œd. Col. 304. γυναῖχ' ὁρῶ στείχουσαν ἆσσον ἡμῶν, Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν, ubi Scholia ἀντὶ τῆς μεγάλης. A monte Ætna. Plautus Mil. Glor. iv. 2. 73. 'Ætna non æque est alta.' Berg. Αἰτναῖον. Schol. ὑπερμεγέθη. μέγιστον γὰρ ὄρος ἡ Αἴτνη. Brunck.

74. ἱπποκομεῖν quod proprie est equum curare, equisonem esse, h. l. est curare simpliciter, sed usus est poëta eo verbo, quia cantharus equi loco futurus erat. Dind.

75. Blanda manus attrectatione aliquem mulcere et velut adulari vocabant καταψᾶν et καταψῆσαι. Usus est Polybius in pueris, quorum caput blande expansa et aperta manu percurrimus, cum indolem laudamus aut indicium amoris facimus et benevolentiæ. Philostratus de equis dixit καταψῆσαι ὦτα καὶ χαίτην. Sic Virgilius: 'Et plausæ sonitum cervicis amare.' Quamquam καταψᾶν non est ille plausus, sed potius χειρῶν ὁμάλισις, quam plausus sequitur. Inde ψήκτρα strigilis. Venuste autem et facete Comicus Trygæum invehentem facit scarabæo ceu equo, quem ἱπποκομιστικῶς et pullum et Pegasillum vocat, πωλίον et Πηγάσιον. Notus cum Pegaso suo Bellerophontes cœli adfectator; tum sine Pegasi alis non lustrat cœlum et terram Aurora. Videtur autem imitatus hoc versu Euripidis ex Belleroph. versum: ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν. Nam fabulam eo titulo docuit Euripides. Et sane ad hujus Tragici versus sæpius alludit Aristophanes quam cæterorum. Fl. Chr.

76. Cod. Venet. et Rav. omittunt μοι. —Codex Venet. πτερωτόν. Dind.

77. Ordo: ὅπως λαβών με πετήσει εὐθὺ τοῦ Διός. Deest autem ὅρα, vide, aut simile, ut in Nubb. 1461. νῦν οὖν, ὅπως, ὦ φίλτατε, τὸν Χαιρεφῶντα τὸν μιαρὸν καὶ Σωκράτη ἀπολεῖς μετ' ἐμοῦ. — εὐθὺ τοῦ Διός. V. infra 785. Aliter eadem sententia infra 161. Berg. Suid. v. εὐθύ. Dind. Deest ὅρα vel quid simile: et Attica est ejusmodi ἔλλειψις etiam in pedestri oratione. Fl. Chr.

78. Vertit Brunck.: Sed quid agat, spectabo, sic per clathros exserens caput. At τῃδὶ est hic, hoc loco, et δεικτικῶς ponitur, dum incipit capite inclinato introspicere. Trygæus enim nondum prodierat. Dum autem videt eum in altum tolli atque ita in scenam produci sublimem exclamat: οἴμοι —. Dind.

79. ἴτε δεῦρ' ὦ γείτονες Juntina ii. Dind.

81. ἱππηδόν. Æschylus in Suppl. 488. Berg. ἱππηδὸς ἐς τὸν ἀ. Rav. Dind.

82. Systema sequitur anapæsticis constans decem et novem, quod clauditur catalectico, quæ Coronis est anapæstica et ἀπόθεσις παράγραφος. Est autem Systema in choris comicis, quod Epodos in lyricis. Hæc aliaque similia qui certius et clarius intelligere volet, Hephæstionem, eruditissimum Grammaticum, legat, vel potius Julii Cæsaris Scaligeri libros de Poëtica. Sane enim maximi illius herois ingenium vetustatem æquat, posteritatem et novitatem omnem superat: sed, quod miserum est, pauci sunt adhuc, qui ejus scripta aut legant aut intelligant. Eum ego quotidie miror et miror magis, imo erit ille mihi semper deus. Quidni enim hoc autumem de clarissimo viro? cum philosophus ille σκοτεινὸς de humili et obscuro loco dixerit, *etiam hic sunt dii.* Fl. Chr. κάνθων. Scholia: 'Proprie κάνθων est *asinus;* nunc autem in forma deminutiva κάνθιον pro κάνθαρε.' Derivatur autem vox κάνθαρος a κάνθων, *asinus,* quia scarabæus in fimo asinino generatur eoque delectatur; hinc etiam supra v. 4. ὀνίδας dabat comedendas scarabæo. Berg. Exstat in h. l. copiosa et subtilis disputatio Jacobi Hassei in fratris ejus Theod. Hassei Museo Histor. Philol. Theol. vol. i. p. ii. p. 266—281., in qua leporem totius loci et facetias octo, quas in eo sibi deprehendisse visus est, inprimis in voc. κάνθων et paronomasia vocum κάνθων et κάνθαρος exponit, et de Pegaso quoque agit. σοβαρῶς paulo post

est, *ferociter, audacter.* Cf. Photius Lex. v. Σοβαρός. DIND. κάνθων. Sic scarabæum appellat, nomine, quod proprie *asinum* significat, unde deductum κάνθαρος, quia scarabæum ex asinino stercore nasci, naturæ rerum imperitum vulgus credebat. BRUNCK.

83. λίαν omittit Suidas v. ἰδίης. DIND.

84. ῥώμῃ πίσυνος. Thucydides l. ii. c. 89. τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται. Idem valet πεποιθότες. Noster Plut. 449. ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότες. BERG.

85. ἰδίης. Ran. 237. χὼ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι. BERG. ἴδος et ἱδρὼς eadem; inde ἰδίειν. Noli, inquit, statim te addere in spatia, sed pedetentim incede. Tribuit scarabæo virtutes generosi equi, qui gloriose mollia crura reponit, ut ait Maro, quique post sudorem et laborem incitatur ad cursum. Præcipue vero timet sibi ab anhelitu. Nam odor in auras diditus vehementior est et graveolentior. Hoc autem ait propter σκατοφαγίαν, ut inde fortassis hodieque in Græcia vulgus cantharum appellet σκαταρὸ, corrupta quidem voce, sed olidi animalculi et σκατοφάγου moribus convenienter. FL. CHR. πρὶν ἂν ἰδίῃς. L. ἰδίσῃς. Vide ad Eccl. 625. Vulgatum citat Ruhnk. ad Timæum p. 107. PORS. ἰδίσῃς scribendum videtur Elmsl. ad Medeam p. 119. DIND.

87. Alloquitur podicem suum. REISK. πνεῖ κακὸν est, malum odorem ede. DIND.

88. εἰ δὲ ποιήσοις. ποιήσεις edd. Ald. Kuster. PORS.

89. Virgil. Ecl. vii. 35. Plato Phædro ab Hoogevenio ad Viger. p. 198. ed. Herman. citati. Soph. Aj. 660. El. 438. Platonis locus est t. iii. p. 236. B. HSt. 198, 49. Bas. 2. PORS.

90. Deorum titulus videtur fuisse ἄναξ, sed quo servi etiam heros quandoque insignirent. Euripides Hipp. 88. ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών. Forte ἄνακτα vocat eum, quia sublimis volat propior diis: ita putat Scholiastes. BERG. Angustiori appellatione herum suum jam sublimem et volantem afficit famulus (ait Schol.) vocans ἄνακτα, quasi diis jam sit proximus. Sed ἄναξ dominus recte dicitur, ut Horatius 'terrarum dominos,' i. reges, et Virgilius cum ait dominam ditis thalamo deducere etc. reginam notat. Quin recentior antiquitas Latinum Græce dixit δόμνα i. *regina.* FL. CHR. παραπαίεις. In Plut. 508. ληρεῖν καὶ παραπαίειν. BERG. Vid. omnino Clem. Biagi diss. de voc. ἄναξ in ejus Monumentis Græcis e Museo Nanio p. 159. ss. DIND.

92. μετεωροκοπεῖς. Translatio a remis sumta, qui mare frustra et suspensa manu secant. Sic secatur aër alarum remigio. FL. CHR.

94. παλαμᾶσθαι interprete Photio in Lex. est i. q. τεχνάζεσθαι. Sensus: audax facinus et insolitum machinatus. DIND.

95. τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις. Sophocl. Ajac. 622. νοσῶν μάταν. ubi Hermannus, "μάτην νοσεῖν est *temere morbo corripi*, i. e. *delirare*. Aristoph. Pac. 95. τί πέτει; τί μάτην οὐχ ὑγιαίνεις; quem locum male intellexit Brunckius." Interpunctionis correctionem periclitatus erat Zeunius annotatione ad Vigerum p. 453. notatus ab Hermanno ibid. p. 796. DIND.

96. φλαῦρον est i. q. κακὸν, infaustum, malum; et consulto utitur v. γρύζειν (mutire, hiscere, v. Ran. 940.), quia vel una voce vel tenui poterat sinistrum edi omen. DIND.

97. ὀλολύζειν est jubilare et cum acclamatione precari. Hoc solent feminæ fana celebrantes. Recte autem jungit cum εὐφημεῖν, hoc enim ipsum est. Et Æschylus Agamemn. 28. dixit δόμοις ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι ἐπορθιάζειν, i. e. *vitulante tecta repleat faventia.* Etiam pro eodem dicebant παιανίζειν, quamquam scio differre. Nam bellatrici Minervæ ὀλολύζουσι, cæteris diis παιανίζουσι, quod est proprie, vocem intendere et remittere. FL. CHR. V. Æs. Agam. 604. BERG.

98. Frob. σοῖς. fo. τοῖς et sic Ald. BENT.

99. Angusti secessus ad sordes ablegandas et retrimenta egerenda vocantur λαῦραι, quasi δι' ὧν λαοὶ ῥέουσι. Vult ergo Trygæus λαύρας claudi et muniri, ne odor difflatus cantharum eliciat. Sed sic tangit civium suorum mores sordidos et urbem fœdam, de qua dici possit quod de Corcyra: ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις, i. *in civitate liber es, caca ubi voles.* FL. CHR.

100. ἀνοικοδομεῖν est, *obstruere ædificando,* verbaven. REISK. Hanc significationem velim idoneis exemplis demonstratam esse. Imo sensus est: recentibus lateribus instaurare cloacas (ne fœtore nares lædant). DIND. γρ. ἀποικοδ. margo ed. Flor. ID.

101. V. infra 151. BERG.

102. οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι. Ita et in Plut. v. 18. Euripides Hipp. 604. οὐκ ἔστ', ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι. BERG.

106. V. supra 58. BERG.

107. Deest σοι in edd. pristinis. Illo versus juvatur. BERG. Γράψομαι κ. τ. λ. Minatur inscripturum dicam ipsi Jovi, quod Græciam Medis prodiderit. [Notantur Athenienses, ut φιλόδικοι, si nec Jupiter est securus. BERG.] Quod ideo dicit, quia bello Peloponnesiaco Persæ in auxilium Lacedæmoniis venerant. [Ad hæc

sic Scholiastes: 'Hoc dicit eo quod Persæ auxiliabantur Lacedæmoniis in bello Pelop.' Nescio quid dicat hic Scholiastes πονηροῦ κόμματος. Nam anno tantum vigesimo ejus belli prima fœdera icta sunt inter regem et Lacedæmonios, ut narrat Thucydides lib. viii. Palmer.] Interim et Athenienses notat, ut φιλοδίκους, quique vel Jovis securi sunt, et Græcos in genere admonet, qui (quod de Atheniensibus olim dictum est) sciunt, quæ recta sunt, sed facere nolunt; admonet, inquam, ut caveant sibi ab illis barbaris, qui, dum auxiliantur partibus, speculatores agunt et insidiantur libertati publicæ Græcorum. Profecto hodie universam Galliam, ut olim Græciam, Nemesis punit et facit ludos. Nam et nos Gallo-Franci omnem his temporibus movemus lapidem, ut externum et barbarum ferrum in intestina nostra condamus. Adeo nobis mens læva est, nisi potius φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Bella quærimus non necessaria, dum Gallici nominis hostes aut æmulos arcessimus ad perdendos cives. O dira tempora et fatis obnoxia! Ecquis erit nunc civicarum coronarum usus, si civem perdere vincere est? Sed urgent nos fata et sane appetit tempus, quum luenda sunt majorum delicta; neque immerito: nam templa destruximus, quæ triduano spatio refici nequeunt. Itaque πάξ. Fl. Chr. ἐὰν δὲ μή σοι Flor. Kust. Bent. Brunck. σοι omittunt edd. ante Kust. Dind.

108. Μήδοισι—προδιδόναι. Infra 398. dicit Solem et Lunam id facere. Berg. Suid. γράψομαι. Pors.

110. οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα. In Nubb. 698. idem. Berg. ἰοὺ ter scribi jussit Florens in Addendis p. 88. Dind.

112. ἡμᾶς ἐρήμους. Puto melius legi ὑμᾶς, ut ad puellulas referatur; neque vero te turbet generis enallage. Nam Attica est. Sic Pindarus Ol. i. 10. ἐρήμας αἰθέρος. Tamen si quis pertendat ἡμᾶς retinendum, non habebit me ἀντιτείνοντα. Fl. Chr.

114. Alterum systema dissimilium partium, divisum in duas periodos: prior quinque versibus constat, quatuor tetrametris dactylicis et uno epico, quæ est ἔκθεσις; altera quinque similibus epicis. Hæc vero vocantur παραχωρήματα. Nam puellæ istæ inducuntur hoc tantum loco patremque vocant, postea in tota fabula non parent. Primo versu legitur ἔτυμός γε ἄρ', sed legendum censui (si censendi mihi jus est) ἄρ' ἔτυμός γε, ut dactylicus sit tetrameter cum tribus sequentibus. Fl. Chr. ἔτυμος—φάτις. Euripides Iphig. Aul. 795. εἰ δὴ φάτις ἔτυμος (si modo vera est fama). Idem in Electr. 818. δεῖξόν τε φήμην ἔτυμον ἀμφὶ Θεσσαλῶν. Virg. vi. Æn. 450. Berg. Bentl. olim voluit ἔτυμός γ' ἄρ' ἐπὶ sed "melius Fl. Chr. ἄρ' ἔτυμός γε." Bent. Versus sunt dactylici. Brunck. Præmissum his in edd. Σύστημα ἕτερον ἀνομοιομερές. Dind. ΚΟΡΗ hic et in sequentibus Brunck. ΠΑΙ. edd. ante Brunck. "Ante hunc versum, atque ita in posterum collocatæ sunt in libro nostro filiæ Trygæi, quas alloquitur pater." Inverniz. Id.

114. 115. In ed. Aldina et Juntina ii. legitur: ὦ πάτερ, ὦ πα̃'ρ, ἔτυμός γε ἄρ' | δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει. in Juntina i. et Veneto: ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἔτυμός γ' ἄρ | δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει. in Brubachiana, ex interpolatione correctoris: ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἄρ' ἔτυμός γε | δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει. Hanc scripturam, Florenti probatam, ἔτυμος in ἔτυμος mutato, tacite in textum intulerunt Kusterus, Brunckius, Invernizius, utiturque ea Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 329. qui olim in libro de metris vernaculo sermone scripto p. 120. conjecerat: ὦ πάτερ, ὦ πάτερ, ἄρ' ἔτυμος γὰρ | δώμασιν ἡμετέροις φάτις ἥκει. Dind.

115. δώμασιν—φάτις ἥκει. Æsch. Agam. 876. ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο φάτις. Berg. ἡμετέροισι ed. Paris. 1528., Juntina iii. Dind.

117. ἐς κόρακας. Atqui servus clamabat, εἰς τὸν οὐρανόν. Sed eodem res redit; qui enim in aëre volitat, ille jam in avium regione est. Per corvos enim hic synecdochice intelliguntur quævis genera avium, ut Avv. 26. ille qui ad upupam et reliquas aves tendebat: οὐ δεινὸν δῆτ' ἐστὶν ἡμᾶς δεομένους ἐς κόρακας ἐλθεῖν etc. Berg. μεταμώνιος. Num μεταμώλιος a μολεῖν, ω pro ο posito? Reisk. Scilicet utraque forma vocabuli (quod id. est quod μάταιος) usitata fuit, antiquior tamen scriptura μεταμώνιος. v. Heyn. ad Hom. Il. iv. 363. Tittmann. ad Zon. ii. 1349. Hic ἐς κόρακας comice dixit, quia hoc est, in malam rem.

118. εἴ τι φιλεῖς με. Sic optime in B., ut legendum esse monuerat Dawes. [Misc. Crit. p. 275. qui hanc loquendi formam multis exemplis illustrat, et εἴτις atque ὅστις sæpe permutata esse docet. εἴ τι φ. etiam Reisk. conjecerat. Dind.] Vulgo ὅττι φ. μ. sine sensu. Brunck. [Nec ὅ τι melius fore docet idem Dawes. Dind.] εἴ τι φιλεῖς με. Certissimam lectionem, codicis fide nixam, Dawesius multis exemplis confirmavit. Hinc adstrui possit ejusdem acutissimi viri emendatio in Eqq. 1275. quam, ut minus necessariam, admittendam non duxi. Sed e memoria citasse videtur versum in Thesm. 936. quem

ad eumdem modum corrigit, non habita ratione eorum, quæ sequuntur, quorumque sensus ab illo versu pendet: ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς | κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ, | χάρισαι βραχύ τί μοι. Ineptum esset ibi legere εἴπερ φιλεῖς, qua ratione tota corrumperetur sententia. Ceterum ὅστις et εἴτις, ὅ τι et εἴ τι, sæpe ab imperitis librariis commutata fuere. In Lysiæ Or. c. Eratosth. p. 398. ubi mendose legitur, ἀνάβηθι οὖν μοι καὶ ἀπόκριναι, εἴ τι ἄν σε ἐρωτῶ· videt quicunque Græci sermonis usum habet, oratorem scripsisse, ὅ τι ἄν σε ἐρωτῶ. Brunck.

119. ἡμῖν. Potius legerem ὑμεῖς, distinguerem que post ἄχθομαι. Sensus est: non absque ratione suspicamini de discessu ad Jovem meo. Revera enim tristitia vehementi angor, quoties petitis a me patre vestro panem et nulla interim est argenti gutta domi nostræ. Quodsi rebus bene gestis revertero, habebitis in tempore panem quoque grandem et insuper colaphum pro opsonio. Ludit autem ad vulgarium dictum: εἰ δ' οἶνον αἰτεῖ, κόνδυλον αὐτῷ δὸς, scilicet, ut ne assuescant pueri superfluis petendis. Sic miserias, quas bellum invehit, satis ostendit. Quid enim miserius, quam carere pane et argento? ψακὰς vel ψαικὰς vel ψεκὰς stilla est e gutta, ῥανὶς et σταγών. Fl. Chr. δοξάσ' ἔξεστι Juntina i. iii. Dind. Pro ἄχθομαι ὑμῖν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν Suid. v. δοξάσαι. οὐκ ἔχω εἰπεῖν Suid. Ms. ed. Pors.

120. πάππαν. Sic duo Codd. Male vulgo πάπαν. Eadem menda erat in Conc. 645. et alibi, si bene memini. Brunck. Vid. Eccles. 641. Dind. ἂν abest a Rav. Id.

121. Scal. ψέκας: mox lege ᾗ. Bent. ἀργυρίου μηδὲ ψακάς. *Argenti ne ramenta quidem, ne pulvisculus quidem.* ψεκὰς minutissimum quodvis significat. Incertus auctor Epigr. (Anal. t. iii. p. 158.): ἴσον ἐπὶ ψαφαρὴν ἀντλεῖν ἅλα κἀπὸ Λιβύσσης | ψάμμου ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψεκάδα, | ἴσον καὶ παίδων στέργειν πόθον. Brunck. Quod ex Suida dedi ᾗ, habet cod. Rav. Dind. ψεκὰς Scaligeri Excerpta. Id. δ' et δὲ om. Suid. in ψακάς. deinde ψεκὰς ᾗ Ms. et ψεκάζει licet ordo alterum postulet. Pors.

122. ἐνωρῇ Etymolog. M. c. 345, 8. Dind.

123. κολλύραν. Plautus in Persa Act. i. sc. 3. v. 12. Berg. Collyra genus panis est, quod pueris præbebatur. Apud Athenæum habes hunc versum: καὶ κολύραν μεγάλην, unico λ. Ex hac fabula etiam Aristophanem citat in Ὁλκάσι [Fragm. 2. Brunck.] qui κολλύρας meminit. Sed non dissimulabo legi etiam ap. eumdem Athen. καὶ κάνδυλον, non autem κόνδυλον. Est autem κάνδυλος cibus ex lacte et melle, quibus addunt quidam oleum et caseum: velut ἀβυρτάκη quod est intritum barbaricum e porro, nasturtio, et Punici granis, ut Theopompus Theseo et Menander Κεκρυφάλῳ meminere; corrigendusque Suid. v. Ἀκρόδρυα et Σκοτιαῖος. Ait enim: ἐπέῤῥιπτον δὲ αὐτοῖς οἱ μὲν κάνδυν, οἱ δὲ ἀκρόδρυα· lege κάνδυλον meo periculo. Tum in ipsa voce Κάνδυλος habes apud eumdem grammaticum: ὡς ἀβυρτάκη ἐρύκων βρῶμα. Putavi pro ἐρύκων legendum βαρβαρικὸν, nisi melius ἐρεικτῶν, i. e. leguminibus fresis. Sed βαρβαρικὸν malo. Miror autem, etiam a Dalechampio varietatem lectionis non notari, cum in vulgaribus edd. Athen. habeamus κονδύλον, quæ lectio videtur alteri præferenda, vel ex Eustathio qui versum hunc laudat [ad Iliad. Ψ, p. 1444. ed. Bas.] δὸς ἄρτον πτωχῷ [ap. Eust. τυχὸν] καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ. Quæ observationes leves sunt, sed faciunt tamen caput integrum in variis lectionibus disertissimi Mureti, cujus scrinia non compilo; haberem enim acerrimum reposconem. Fl. Chr. Sunt tamen grammatici qui κόνδυλον (pugnum) et κάνδυλον idem esse putent. v. Etym. M. p. 528. Zon. ii. 1231. s. Dind. κολλῦραν Aldina, Juntina i. V. Arcadium περὶ τόνων p. 194, 16.—" κάνδυλον alii." Scaligeri Excerpta. κόνδιλον Juntina i. ii. Id. De hoc loco vide Kuster. ad Suid. ii. p. 237. v. κάνδυλος. Pors.

124. Citat Harpocration v. Πόριος. Pors. Suidas v. πόρος t. iii. p. 156. Dind.

126. ναυσθλοῦν pro ναυστολεῖν dicebatur.

128. ὦ παπία. Hæc vox ὑποκόρισμα est φιλοφρονητικῶν, qua etiam usus est Philippus Comicus in Philyra: παπία, βούλει δραμὼν εἰς τὴν ἀγορὰν καταγοράσαι μοι; φράζε τί; [Athen. viii. p. 358. s. ed. Cas.] Antea dixit πάππα, quæ vox omnium fere gentium infantibus familiaris et proprie nativa est, ut quæ constet elementis labialibus sine dentium adminiculo prolatu facilibus. Ἄππα inversum est, quo utitur ap. Callimachum Diana infantula patrem Jovem compellans: postea ἄββα, et nunc abbas. Fl. Chr. In Vespis 128. Berg. παππία. Dind. ζεύξαντ' ἐλαύνειν. Verbum *jungendi* non hic est, quod putant Virgilii interpretes, qui jungere vulpes exponunt, ad aratrum cogere. Est enim hic tantum sternere et invehere. Sane apud poëtam nihil vetat, quo minus hoc significatu accipiamus. Judicent eruditi.

Sic postea 135. Πηγάσου ζεῦξαι πτερόν. Fl. Chr.

129. In Vesp. 1431. Αἴσωπον οἱ Δελφοί ποτε φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ· ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖς ὡς ὁ κάνθαρος—ubi vid. Not. Berg. ἐξευρέθη Rav. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 140. Dind.

131. ἄπιστον εἶπας μῦθον. Euripides Iph. Taur. 1293. eadem iisdem literis. Æschylus Suppl. 283. ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξέναι, κλύειν ἐμοί, Ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστιν Ἀργεῖον γένος. Berg.

132. κατ' ἔχθραν αἰετοῦ. De hoc apologo satis multa Erasmus in *Scarabæus aquilam quærit*. Berg. ἀετοῦ Atticum. Vulgo αἰετοῦ. Brunck. αἰετοῦ tacite revocavit Invernìz. Dind.

134. ὠὰ 'κκυλίνδων. Vulgo ὦ' ἐκκυλίνδων. Brunck. κυλίνδειν verbum proprium erat de scarabæis. V. Lucian. Pseudolog. 3. ibique Gesner. iii. p. 164. V. Schol. ad Lysist. 695. Dind. Mire Brunckius ὠὰ 'κκυλίνδων. Libri omnes ὦ' ἐκκυλίνδων (ὢ' ἐκ. cod. Venet. ὦ' ἐκκ. Juntina ii.). Hac elisione utuntur Antiphanes Athenæi t. i. p. 217., ubi Ruhnkenius ad Timæum p. 189. corrigit οὖ', et Alexis ibid. p. 245. Id.

136. ὅπως ἐφαίνου. Attica et Aristophanica temporis enallage, pro ὡς ἂν φανείης. Quod autem ait τραγικώτερος, facit suo more, ut verbum quod non exspectant spectatores, usurpet pro altero, ut hic pro ἀξιοπιστότερος. Tamen rei veritatem secutus est. Quid enim est τραγικώτερον, quam equitare in alite? Hoc est, ut ait Horatius, 'Humano capiti,' etc. Fl. Chr. Tragœdiis enim materia fuit Pegasus, quo vecti sunt Perseus, de quo Euripides in Andromeda dixerat, et Bellerophontes, de quo in cognomini dramate, quo hic præcipue respicit. Berg. Cæt. ubicumque in his (inde ab 114.) præfixum est nomen Κόρη, olim legebatur Παῖδες. v. Herman. ad Viger. p. 791. Dind. Pro τραγικώτερος; leg. τραγικώτερος, aut v. 135. scrib. οὔκουν. Id. τοῖς omittit Suidas. Id. εὐφραίνου Suid. Ms. τραγικώτερος. Pors.

137. Lege μελέα: vid. 113. et postea pluralis semper. Bent. Vulgo legitur, ἀλλ', ὦ μελέα, μοι σιτίων διπλῶν ἔδει. Vertit Berglerus: *at, o misellæ, duplici cibo mihi opus fuisset*. Bene quidem ex vi sententiæ. Sed non ita sonant Græca: in illis est, *duplici cibo mihi opus erat*. Quis, nisi κολοκύνταις λημῶν, non videt particulam ἂν hic requiri, quam utique reposuissem, etiamsi nullus adstipulatus fuisset codex? Sed medicina mea non indiget Comicus. In utroque Regio liquido scriptum, ὦ μέλε' ἂν μοι—unde edidi, ἀλλ', ὦ μέλε, ἂν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει. Scribi debuit ὦ μέλε. Vid. not. ad Lys. 56. et Bentlei. ad Menandri Fragm. p. 59. Unam e filiabus, eam quæ cum eo sermonem miscet, adloquitur Trygæus. Brunck. Confirmat Rav. Dind. μέλ' ἐάν Cod. Venet. Id.

139. τούτοισι — Nam scarabæus est σκατοφάγος. Berg. Pollux vi. 43. Dind.

140. ὑγρὸν πόντιον βάθος. Hæc haud dubie e Tragico petita sunt. E Bellerophonte sumtum putat Porson. ad Eurip. Hec. 1018. ubi formulam πεσεῖν εἰς, pro ἐμπεσεῖν illustrat. Dind. V. Reisig. i. 102. f. Id.

141. πῶς ἐξολισθεῖν — *quomodo enare poterunt* [poterit]? Hoc inquit, quia magna pars avium si in aquas ceciderit, nare nequeunt. Tangit autem, quæ de Icari fabula a Tragicis dici solent. Fl. Chr. ex Scholiis, ut addidit Bergl. Dind.

142. πηδάλιον. Schol. τὸ αἰδοῖον δείκνυσι παίζων. Brunck.

143. Lege τὸ δὲ πλοῖον ἔσται. Bent. Ναξιουργής. Perstat in metaphora. Nam et naves Naxi fabricatæ *canthari* vocantur, ut et σίλφαι dicebantur naviculæ. Sic et Cnidiæ et Pariæ et Corcyrææ, estque genus navigii *cantharus*. Cratinus auctor est, aliquando Naxios maris dominos usos esse his cantharis, estque lembus Ναξιουργής. Hic pro servaculo et clavo, quo se usurum dixit, non dubium est, quin innuat κέντρον illud, quod ὠθεῖται εἰς τρυμαλιάν, ut dicebat Sotades. Athenæus lib. ii. Dipnosoph. hunc Comici versum laudat. Notandum autem est, etiam cantharum vasis potorii genus esse, quin racemum sic vocari, ut merito vinitor Trygæus invehat animali ὁμωνύμῳ. Fl. Chr. Jocus in ambiguitate significationis. Schol. πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα, κάνθαροι, ἐν Νάξῳ γινόμεναι, τῇ νήσῳ. Athenæus p. 473. κάνθαρος. ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα κοινόν. ὅτι δὲ καὶ ποτήριόν τι οὕτω καλεῖται. Post plurima alia harum significationum exempla versus e Menandri Nauclero profert in hunc modum a Bentleio emendatos: ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος | Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων. ὡς ἐς καλὸν | τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα, καὶ σεσωσμένον | πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον. | Στρ. ποῖον; Οἰ. τὸ πλοῖον. οὐδέ γ' οἶσθας, ἄθλιε; | Στρ. τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Οἰ. ἔγωγε μήν· | τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς | καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος. Turpi vitio laborabat hic versus, quod miror a nemine correctum fuisse; adeo proclive erat reponere, τὸ δὲ πλοῖον ἔσται,

pro τὸ πλοῖον δ' ἔσται. Brunck. Rescribe ex Suida v. πηδάλια et Athenæo xi. 11. p. 488. metro flagitante τὸ δὲ πλοῖον. τὸ πλοῖον ἔσται Kusterus citat ad Suid. ii. p. 596. τὸ δὲ π. ἔ. ναξιουργὲς Suid. Ms. πηδάλιον. Vide Adversa. p. 129. Pors.

145. In Piræeo tres sunt portus insignes, vel teste Pausania, quorum unus *Cantharus* dictus, ab heroë Canthare. Ibi navale est Venerisque templum et quinque circum porticus. Apud Plutarchum in vita Phocion. videndum, num pro καθαρὸς λιμὴν rectius legatur Κάνθαρος. Quid est enim καθαρὸς λιμὴν nisi portus sine navibus? ergo non portus, ne statio quidem, ut καθαρὸς λειμὼν ap. Theocr. pratum est sine arboribus. Fl. Chr. V. Meursii Piræeum c. 3. Brunck. Reisk. et Hutten. retinuerunt scripturam ἐν καθαρῷ λιμένι, etsi conjecturam probant. Dind. ἐν Πειραιεῖ δήπουστι κανθάρλιμον scholiastes Luciani t. ii. p. 684. ed. Reitz., ex cod. Vatic. emendatus a Bastio in epistola critica p. 97. Hinc vulgatum Πειραεῖ in Πειραιεῖ mutavi. Vid. Valckenar. ad Callimachi fragmenta p. 24. Porson's Tracts and Miscell. Criticisms p. 228. Infra 165, ubi vulgo Πειραεῖ, Brunck. ex A. dedit Πειραιεῖ. Conf. Jacobs. ad Antholog. Palat. t. iii. p. 731. Lobeck. ad Phrynich. p. 41. Dind. Secunda in Πειραεῖ corripitur. εἰς Δῆλον ἐλθεῖν ἠθέλησ' ἐκ Πειραιῶς Criton apud Athen. iv. 22. p. 173. c. Alexis ibid. p. 562. Ceterum forma πειραεῖ, quam habent editiones, certe tres primæ cum Kust., Brunck., et Invernizio, recentiorum Græcorum esse videtur. Eam Hesychio v. Ζέα e Msto restituendam censet Porson. De Πειραιεὺς vide Gaisford. ad Hephæst. p. 216. et adde Philisci versum apud Holsten. ad Steph. Byz. Salmas. ad Solin. p. 425. 1. c. ὁ Πειραιεὺς κάρυον μέγ' ἐστι καὶ κενόν. Pors.

147. Sæpe Comicus ridet Euripidem, quod claudos introduxerit multos; hinc etiam χωλοποιὸν eum vocat Ran. 864. Sed hic ad ejus Bellerophontem respicit, qui de Pegaso cadens factus est claudus. De illo et in Acharn. 425. ἀλλ' ἢ τὰ δυσπινῆ θέλεις πεπλώματα, ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί; Berg. V. not. ad Acharn. 411. Brunck.

148. λόγον παράσχῃς. Et fabula fias, ut ait Flaccus. λόγος hic est ὑπόθεσις aut certe oratio est, et voluit fortassis innuere, Euripideum characterem oratoribus et foro magis proprium esse, quod videtur sensisse Fabius Quinctilianus. Quod vero claudum ait, pertinet hoc ad ipsum Euripidem, qui in Bellerophonte fabula ipsum induxit claudicantem, quod lapsus sit de Pegaso. Fl. Chr.

149. His dictis dimittit pater filias, quæ e scena abeunt. Tum Trygæus ad spectatores se convertit, eosque jubet, non linguis, sed alia corporis parte favere. Dind.

150. μὴ βδεῖτε. Propter scarabæum hoc dicit, ne stercoris odor eum ex alto eliciat. βδεῖν aliud est quam πέρδειν. Est enim hoc *pedere*, illud *visire* vel *vissire*, unde Gallicum nostrum *vessir* (honor sit auribus nec odor in naribus). Inde vesicam dictam credibile est ex analogia; βδόλον et βδέσμα Græci dicunt. Vetus glossarium *vissium* et *visionem* interpretatur. Neque aliorsum accipiendum Cacæphaton illud, quod est in erudita Ciceronis ad Pætum epistola, ubi cum ait, Intercapedo et Divisio habere aliquid obscenum, non dubito, quin sit propter finales syllabas *pedo* et *visio*, quibus significatur πορδὴ et βδέσμα. Quæ etiam animadversa a magni dictatoris magno filio, Scaligerum dico. Fl. Chr. v. 100. Berg.

153. κατωκάρα βουκολήσεται. Prono præcipitem agi decursu, ut ait Catullus. Attici κατωκάρα dicebant. βουκολεῖν autem est decipere cum aliqua decipientis voluptate, ut dixit Horat. 'dulci laborem decipitur sono.' Itaque βουκόλημα est *allicium* et θέλγητρον. Citat Schol. exemplum, nec auctorem nominat, quem ego suspicor esse Babrium vel Babriam, qui duos libros Choliambων vel Mimiambων scripsit ex Æsopicis apologis. Sunt enim duo versus choliambici quos emendatiores dabo: χ' ὅπως ἔχῃ τι βουκόλημα τῆς λύπης, | 'Ανέθηκε τοίχοις ποικίλας· γραφὰς ζώων. Apud Suid. [cf. Tyrwhitt. diss. de Babr. p. 50. Dind.] voce Αἰώρα similes habes versus, quos etiam Babrii puto, inter quos iste: παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην. Cæterum hic sequuntur anapæsti. Nam nota illa, quæ vocatur διπλῆ νενευκυῖα, est εἴσθεσις anapæstica vel ἔκθεσις iambica, quæ cum gemina est, coronis dicitur et catalecticum versum arguit. Fl. Chr. κατωκάρα δὲ ῥίψας με βουκολήσεται Suidas v. κατωκάρα in edd. Mediolan. et Ald. Dind.

154. χρυσοχάλινον. Malim χρυσοχαλίνων. Sed cum ait φαιδροῖς, puto verba Scholiastæ non carere mendo. Ait enim πραέσι,' μὴ ὀρθοῖς· mutarem ὀρθοῖς, μὴ πραέσι. Nam arrigunt aures equi, cum ad currendum incitantur. Fl. Chr. Mallem cum Florente χρυσοχαλίνων. Berg. Sed vulgatum magis poeticum est. Dind. χρυσοχαλινῶν Ms. Suid. in ψαλλίοις. ψαλίων. sic bis Ms. λ simpl. scil. Pors.

158. Post μυκτῆρας collocandum signum,

interrogationis. REISK.

159. Articulus τῆς perperam ante γῆς additus est e Rav. Anapæsticum enim versum corrumpit. DIND.

161. ὀρθὸς cod. Venet.—Διὸς ἐς αὐλὰς Inverniz. tacite. DIND.

162. Antiqui κάκκην vocabant stercus omne et olidam immunditiam; inde Latinum *cacare*. Quin perdices dicuntur *cacabare*, quia πέρδουσι, et inde perdices dictæ. FL. CHR. τὴν omittit Suidas v κάκκη t. ii. p. 226. DIND. τὸν ἀπόπατον κάκκην καλοῦσι Phot. Lex. p. 94. ID.

163. An σκατίων a σκῶρ, σκατὸς, σκάτιον? BENT. Perperam libri, jugulato metro, σιτίων. Pejus adhuc in B. σιτίων ἀπάντων. BRUNCK. ἀπὸ δ' ἡμερινῶν cod. Venet. DIND. L. ob metrum σίτων. Huc vero respicit Suidas v. ἡμερινῶν. Sic apud Suid. v. λασίοις ubi citatur Sophocl. Philoct. 185. θηρίων legitur pro θηρῶν. σιτίων Suid. ed. Ms. ἡμερινῶν. PORS.

165. ἐν Πειραιεῖ. Sic recte A. Vulgo Πειραεῖ. BRUNCK. παρὰ ταῖς πόρναις. Nam in Piræeo fornix erat propter emporium et portus celebritatem, et frequentes erant cum nautis meretrices. Sic et apud Horatium in Satyris [i. 5. 3.] forum Appii differtum erat nautis cauponibusque, ubi et plures amicæ vel ἑταῖραι. FL. CHR. Abruptius alloquitur Trygæus aliquem, quem fingit id facere, quod antea significaverat non faciendum esse 151. ne scarabæus stercoris odore deduceretur. Vid. 145. DIND.

166. ἀπολεῖς. Puto geminandum verbum ἀπολεῖς, ut sit dimeter anapæsticus. FL. CHR. ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς· οὐ κατορύξεις. Sic bini codd. At edd. omnes antiquæ habent οὐ κατορύξεις· semel tantum posito verbo, quod geminandum esse vidit Florens. Ab eo monitus Kusterus feliciter hunc locum restituit. BRUNCK. ἀπολεῖς. ἀπολεῖς μ' ἀπολεῖς ed. Kuster. ἀπολεῖς ἀπολεῖς cod. Vat. Pal. PORS. ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς Sophocl. Trach. 1008. DIND.

167. κἀπιφορήσεις. V. infra 225. τῆς γῆς πολλήν. Sic τῆς μαρίλης συχνὴν Acharn. 349. BERG.

168. Ἕρπυλλον. Serpyllum duplex est, hortense et sylvestre. Illud repit tantum; hoc vero tollitur in stipitem. A serpendo dictum, quia, si qua ejus particula terram attigerit, inibi radices agit, florem autem edit suave olentem estque sampsucho simillimum, quem vocamus Mariolanam; crescit maxime secundum aquas. FL. CHR. Ut stercoris odor opprimatur ab hujus herbæ odore. Virgil. 'Allia serpyllumque, herbas contundit olentes.' BERG. Lege ἕρπυλλον. BENT.

169. ἤν — πάθω. Per euphemismum, *si delapsus hinc, moriar*. Sic in isto Alexidis ap. Athen. vi. p. 244. ubi cum parasito suo quidam colloquitur: Στράτιε, φιλεῖς δήπου με; alter: μᾶλλον τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ οὐ τρέφει με, σὺ δὲ λαμπρῶς τρέφεις· Prior: εὔχῃ τ' ἀεί με ζῆν ἅπασι τοῖς θεοῖς; Alter: ἂν γὰρ πάθῃς τι, πῶς ἐγὼ βιώσομαι; BERG.

171. Notat Chios et culi laxitatem iis objicit, tanquam semper paratis ad alvum egerendam vel aliud quod dicere nolo. Obiter etiam Atheniensium mores tangit calumniantium et castigantium alias civitates ac velut proverbium tollentium, Chius est qui cacat. De Chiorum autem spurca licentia notum illud, quod a Plutarcho refertur in Laconicis dictis: τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν. Fortassis etiam per nomen Chium alludit ad χέζοντας, quod Gallico idiomati pronum est et facile. FL. CHR. ἡ πόλις ἡ Χίων. Schol. dicit proverbium quoddam esse, Χῖος ἦν ὁ ἀποπατῶν. Vide Erasmum. Ad hoc ergo proverbium alludit, et per Χίους significantur οἱ χέζοντες, ad quam vocem simul videtur allusisse, ut etiam Florenti placet. BERG. Allusio ad proverbium Χῖος ἀποπατῶν, cujus originem et vim explicant parœmiographi. Κωμῳδεῖ δὲ Χίους, ὡς εὐρυπρώκτους ὄντας καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ ἀποπατεῖν. BRUNCK.

174. Machinis utebantur antiqui in scenis, et hoc genus κράδη vocabatur. Cum vero introducebatur numen, locus erat extraordinarius sublimis, quem vocabant θεολογεῖον. FL. CHR. μηχανοποιέ. Nempe scarabæus ille, super quo vehebatur, erat machina scenica cujus directorem nunc alloquitur. BERG. Nempe vere metuit, ne cum machina delabatur. Mox ὡς ἐμὲ Attice est πρὸς ἐμὲ, ut sæpe ὡς cum accus. personæ legitur. V. Viger. p. 566. DIND.

175. ἤδη στροφεῖ — Antiphanes apud Athen. iii. p. 123. ἐὰν δ' ἄρα στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρα ἢ τὸν ὀμφαλόν (si vere tormina mihi fecerit circa ventrem et umbilicum). Vult autem dicere Trygæus, se ita timere ne cadat, ut luctantibus in ventre flatibus pedere incipiat, ut illa in Plut. 698. ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα, et mox sit cacaturus: solent enim, si venter turbetur, talia subsequi. Hoc sibi volunt hæc Damoxeni Comici verba [Athen. iii. p. 102. D. ed. Cas.] Στρόφοι καὶ πνευμάτια γινόμενα τὸν κεκλημένον Ἀσχημονεῖν ποιοῦσι; et apud Nostrum Thesm. 491. στρόφος μ' ἔχει τὴν γαστέρ', ὦνερ, κὠδύνη· ἐς τὸν κοπρῶν' οὖν ἔρχομαι. Simul autem, quia de loco sublimi despicit, vertigine corripitur; quod etiam ex metu fieri solet et ἰλιγγιᾶν dicitur Græcis. Noster Acharn.

581. ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ἰλιγγιῶ, ubi Schol. ὅταν περὶ τὴν καρδίαν στρόφος γένηται, ἐπακολουθεῖ σκότος, καὶ τοῦτο τὸ πάθος καλοῦσιν ἴλιγγον. Hinc etiam conjungit ἰλίγγους et στρόφους Diogenes Epist. 29. ὑπερπιόντες καὶ ὑπερμεθυσθέντες, ὑπ' ἰλίγγων καὶ στρόφων συνεχόμενοι. Berg.

176. Leg. φυλάξει in medio. Reisk. At non sibi machinarum faber, sed Trygæo prospicere et cavere debuit. Recte igitur se φυλάξεις habet. Dind. χορτάσω τὸν κάνθ. Id est, *cacabo;* per metonymiam consequentis pro antecedente; scarabæus enim vescitur stercore. Supra 138. Similiter ille, cui podex ardebat, in Thesm. 248. οἴμοι τάλας, ὕδωρ, ὕδωρ, ὦ γείτονες, πρὶν ἀντιλαβέσθαι πρωκτὸν τῆς φλογός. Berg.

177. Pessumdat metrum lectio cod. Rav. recepta: ἀτὰρ ἐγγὺς—restituendum vetus ἀλλ' ἐγγὺς—. Dind. ἀλλ' Brunck. tacite hic et Vesp. 652. Similiter alibi librarii, ut Av. 69. Id.

179. Euripides Phœn. 1074. ὠή· τίς ἐν πύλαισιν δωμάτων κυρεῖ; ἀνοίγετε. Idem Bacch. 170. τίς ἐν πύλαισι; Κάδμον ἐκκάλει δόμων. Ita enim malo ibi scribere et distinguere. Berg.

180. πόθεν βροτοῦ. Subaudiendum, vox vel odor, et est Attica ἔλλειψις. Putem vero potius ὀσμὴν subintelligi. Nam et idem Mercurius in persona Sosiæ apud Plautum 'olet homo quidam.' Non mirum si deorum apud homines nuntius et interpres et animarum in inferos ductor, tam facile hominem odoretur. Fl. Chr. Subauditur ὀσμὴ vel φωνή. Brunck. Cf. Schæfer. ad L. Bos. de Ell. p. 361. s. qui facilius τι subintelligi monet. Cod. Rav. et Venet. πόθεν βροτοῦ με προσέβαλεν. Fortasse με pronomen delendum est. Dind.

181. ἱπποκάνθαρος. Alludit ad Ἱπποκένταυρος. Sic κυκνοκάνθαρος de nave, Nicostratus Comicus ap. Athen. xi. p. 474. Berg. Vid. Reisig. i. p. 49. f. Dind.

182. Quia μιαρὲ in sequente versu repetitur, quam jejunam tautologiam dicit Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 18. conjicit legendum, ὦ βδελυρὲ—, sed ea tautologia Nostro non est inusitata. Dind. ὦ βδελυρὲ pro ὦ μιαρὲ ex Suida v. μιαρέ. reponi jubet Porsonus in censura Aristophanis Brunckiani p. 576. ed. Schæfer., ut in Ranis est v. 465. 466. ὦ βδελυρὲ κἀναίσχυντε καὶ τολμηρὲ σὺ | καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε, ubi cod. Barocc. (vid. the Classical Journal xxiii. p. 107.) ὦ βδελυρὲ καὶ τολμηρὲ κἀναίσχυντε σὺ, κ. τ. λ. Nihilominus ὦ μιαρὲ retinendum est, utimurque eam in rem auctore eodem Suida v. τολμῆσαι. Dind. μιαρέ. Suid. Ms. Pors. Vide Porson. Opusc. p. 35. Dobr.

185. τί σοί ποτ' ἐστὶ τοὔνομ'; οὐκ ἐρεῖς; Μιαρώτατος. Iambicus septenarius. Rav. τί σοί ποτ' ἐστὶν ὄνομ'; Ocius repone τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ'; οὐκ ἐρεῖς. T. Μιαρώτατος. Hotib. τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ', οὐκ ἐρεῖς; liber Ms. ap. Flor. p. 88. codex Venet. et ex Suida l. l. Porson. l. l. Bent. delebat σοι. Ahlwardtus in Diariis Jenensibus a. 1810. fol. 124. malebat τί σοί ποτε τοὔνομ'; οὐκ ἐρεῖς; Dind.

186. π. γένος τίς φ. et μιαρώτατος Ms. Pors. Recte cod. Rav. ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ; Dind.

187. ἐμοί; μιαρώτατος. Sic bene distinctum est in utroque cod., posito post ἐμοὶ interrogationis signo. Brunck. Nempe augetur ita vis loci comica; animus Trygæi perplexus et consilii inops ita magis declaratur, quem jam repetitum μιαρώτατος prodebat. Dind. ἔστ' Bentl. Male. Vid. Reisig. in commentar. in Vespas, p. 484. Hic versus abest a lib. Rav. Id.

188. Vulgo legitur, οὔτοι, μὰ τὴν γῆν, ἔσσεθ' ὡς οὐκ ἀποθανεῖ. 'Poëtis Atticis verbo ne ἔσεται quidem, nedum ἔσσεται uti permissum est.' Verba sunt Dawesii, optime reponentis ἔσθ' ὅπως, ut supra 102. οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ'. Infra 306. Pl. 18. 51. 139. 871. Nub. 802. 1181. et passim. Brunck. Dawes. et aliam hanc conjecturam proponit: οὔτοι, μ. τ. γ. ἔστ' ἔθ' ὡς οὐκ ἀπ. (h. e. οὐκ ἐστὶ,) non ἔσται, ἔτι, ut Soph. Ant. 761. οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς. Sed altera emendatio, a Brunck. recepta, confirmatur cod. Rav. auctoritate. Dind. Graphice admodum notat rusticorum contumacem improbitatem, qui sine malo, ut ait Terentianus Phædria, nunquam ad petita respondebunt. Itaque paucis rem expedit et tam interrogata illa, τί σοι ποτ' ἐστὶ τοὔνομα, quam ad illa ποδαπὸς τὸ γένος, respondet Τρυγαῖος Ἀθμονεύς, brevi et simplici responso, neque hoc solum, sed se bonum vinitorem profitetur, et (quod in Athenienses torquet) neque sycophantam se neque πολυπράγμονα. Trygæi nomen vinitori proprium est a fæcibus vini; Athmonensis vero ab Athmone, qui δῆμος vel (ut cum A. Gellio loquar) populus est Cecropidos tribus. Suidas Ἀθμωνιὰν dixit per ω magnum, mendose. Amasæus apud Pausaniam in Atticis δημότην Ἀθμονέα vertit *curialem Athmonensem;* malim, *popularem.* Nam δῆμοι *populi* interprete eodem Gellio, optimo linguæ Latinæ auctore et sine adfectatione aut περιεργίᾳ antiquario. Notan-

dum autem illud δεξιὸς, quia opponitur τῷ συκοφάντῃ. Legitur enim in Suid. collectaneis et indigesta illa farragine, δεξιοὺς vocari functos militia viros et laude dignos, fugaces autem et desertores esse φιλοδίκους et συκοφάντας. Fl. Chr. ἔσθ' ὅπως cod. Rav. et Suidas l. l. Dind.

189. ἐστί σοι μιαρώτατε [Suid.] Ms. Pors.

190. ἀθμωνεὺς Suid. Ms. Pors. Suidas v. Τρυγαῖος. Dind.

192. ἥκεις — κατὰ τί; In Nub. 238. ἦλθες δὲ κατὰ τί; ubi vid. Not. τὰ κρέα ταυτί σοι φ. Infra 374. ad eumdem idem ista: ναὶ πρὸς τῶν κρεῶν ἃ 'γὼ προθύμως σοι φέρων ἀφικόμην. Nempe quia scit, Mercurium esse gulosum, scit se placaturum ejus ferociam oblatione carnium, Mercurius in Pluto tanquam gulosus introducitur, ubi is cibi causa cœlum relinquit et apud homines vult servire, circa finem fabulæ. Berg. σοι, quod agnoscit Suidas v. μιαροὶ, omittunt Ald., Bernard. Junta, et alii nonnulli, qui κρέα pro iambo habuerunt. Dind. σε pro σοι Ms. Pors. Vid. Elmsl. ad Acharn. 1049. Dobr.

193. ὦ δειλακρίων. Blanda miserentis compellatio. v. ad Av. 143. Brunck. Scholiastes a carnibus compositum verbum putat. Quod si ita est, non mirum si apud Suidam Mercurius lurco et rapo vocatur δειλακρίων. Tamen melius censeo accipi pro misero et infelice, quasi sit ἄκρως δειλὸς vel ἄθλιος, quemadmodum et in Avv. 143. usus est et in Pluto anum δειλάκραν 973. dixit. Fl. Chr. δειλακρίων Suid. Ms. i. e. δειλακρονίων. Pors. δειλακρείων Etymol. Gudian. δειλακρίων Etymol. M. Dind. ὦ γλίσχρων. Male vulgo hæc verba Mercurio continuantur, quæ tum sententiæ jussu, tum ex auctoritate Suidæ in Trygæi partes transtuli. Sic ille: Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· ὦ γλίσχρων, ὁρᾷς ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ μιαρώτατος· ἀντὶ τοῦ, ἐπιθυμητά· παρὰ τὸ γλίχεσθαι. Brunck.

195. ἰὴ acclamationem ait esse idem Scholiastes, cum risu et contemtu, qua longam deorum distantiam significat. Sed fortassis allusum est ad exclamationem illam, qua pæanes olim constituti. Cum enim Apollo, parvulus infans, Pythonem serpentem ferire vellet, acclamatum est a matre vel spectantibus, ἵει, ἵει, ἵει, i. e. mitte vel feri, unde postea ἰὴ παιᾶν. Quia autem erat ἑκηβόλος deus, fortassis illud ἵει non erat simpliciter mittere, sed longe mittere. Sic h. l. fortassis hoc innuit: *quantumvis longe mittas, numquam deos attingas, qui propter vos longe secesserunt.* Fl. Chr. Repone ex Suida v. μιαροὶ, probante ibi Kustero, ob metrum, ἔστ' ὄνομ'. Pors.

196. ὅτι οὐδέ. Perperam vulgo ὅτ' οὐδὲ et εἶναι pro ἰέναι. Brunck. ἰέναι etiam Inv. recepit, sed multo magis ὅτι reponendum erat, quum hæc particula elisionem non admittat. Reisk. legi jussit, ὅπου δὲ — *ubi vero poteris vicinus esse Jovi?* ἐξοικίζεσθαι se domo exire jubere, est, emigrare. Dind.

197. ἐχθές εἰσιν codices Ravennas et Venetus, εἰσιν ἐχθὲς reliqui libri. Dind.

198. ἰδοὺ γῆς. Reprehendit eum, qui dixerat γῆς, cum esset in cœlo. Sic Nub. 873. cum unus dixisset κρέμαιο, alter reprehendens eum repetit eamdem vocem: ἰδοὺ κρέμαιό γ' ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο. Berg. ἀλλὰ ποῦ haud dubie e Rav. dedit Inv., quod h. l., quia ποῖ præcesserat, displicet. Nunc enim oportebat eum ποῖ simpliciter, omisso voc. γῆς, dicere. Dind.

199. κύτταρος proprie est *nucamentum.* Plinius *panniculam* vocat. Sed hic pro cœli penetralibus accipitur, translative, ut et Thesm. 516. et recte. Cum enim κύτταροι sint σφηκῶν καὶ κηρίων κατατρήσεις et βαλάνων πυελίδες vel πώματα (male apud Suid. τόματα), id est, opercula, eleganter cœli alteram partem et intimam vocat κύτταρον. Miror autem, quod Hesychius (cujus glossas neque integras habemus neque semper fide dignas) ait κυττάρους non solum esse ἀγγεῖα τῶν βαλάνων, sed etiam τῶν αἰδοίων τὰς βαλάνους. Fl. Chr. Metaphora ab apibus, quæ in alvearia et foramina subeunt. Berg. Scilicet dicuntur ita cellæ in intimo alveari, quas intrant apes; etiam σφηκίαι vesparum nidi. H. l. abditissimus cœli recessus. Dind. τοὐρανοῦ in notabili Comici loco apud Dion. Chrysost. lxiv. p. 596. de quo egregia dat Porson. Opusc. pp. 228-31. Pors.

202. κἀμφορείδια. Perperam vulgo κἀμφορίδια. In vulgatis etiam libris ἀμφορείδια recte excusum legitur Conc. 1119. V. Dawes. Misc. Crit. p. 214. Brunck. κἀμφορείδια Dawesius p. 204. Libri omnes et Suidas v. ἀμφορεὺς κἀμφορίδια. In Ecclesiaz. 1119. ubi ἀμφορείδια consentientibus libris legitur, Pollux x. 72. et Suidas l. l. ἀμφορίδια habent. Dind.

205. τὸν Πόλεμον. Tanquam dæmonem aliquem introducit Bellum. In Acharn. 976. describitur Bellum tanquam miles insolens. Berg. Ad παραδόντες subint. αὐτῷ concesserunt ei, vos pro arbitrio suo tractare. ἀνοικίζεσθαι est in superiorem locum abire habitatum. Dind.

210. οὕνεχ'. Perperam vulgo εἵνεχ'.

Vide not. ad Plut. 329. Brunck. εἵνεχ'. Rav. et Venet. Dind.

211. ὀτιὴ hic et in Pluto 949. recte Bentl. Lysistr. 11. Nub. 757. Vesp. 786. Et alibi, ὁτιὴ legitur. Dind.

214. ναὶ τὼ σιώ. Lacedæmoniorum dii Dioscuri sunt; nam σιοὺς vocabant deos, unde Sibyllæ nomen. Dii vero Atheniensium Ceres, Persephone, Minerva. Lego autem distincte αὖ τι et refero ad ἀγαθόν, ne quis αὖθις legat. Fl. Chr. Dorice pro νὴ τὼ θεώ· intelliguntur autem Castor et Pollux. Et ita jurant apud Lacedæmonios et viri et feminæ; exemplum feminæ jurantis in Lysistr. 81. et 90.; viri ibid. 1110. Apud Athenn. autem non nisi feminæ solent jurare νὴ aut μὰ τὼ θεώ. Vid. ad Acharn. 976. Berg. Ne tirones quidem monendi videntur, jurandi particula ναὶ Dorienses uti eadem potestate, qua ceteris Græcis est νή. Nec quia versu abhinc quinto Mercurius ait Athenienses dixisse νὴ τὴν 'Αθηνᾶν, ideo Lacones dicere debuerunt νὴ τὼ σιώ. Audivi Germanum quendam literatum, Henrici Hoogeveeni opus de particulis, vilioribus commissum chartis, popularibus suis nuper propinasse. Si sapuit, totum paragraphum 9. sect. 1. c. 31. omiserit. Non enim hic νὼ τὼ σιὼ legendum, non magis quam Vesp. 1438. νὴ τὰν κόραν, aut Acharn. 730. νὴ τὸν φίλιον et 742. νὴ τὸν 'Ερμᾶν, ne alia memorem exempla, quæ suppeditabit index; multoque minus, quia id plane contra usum loquendi et particulæ potestatem esset, μὰ τὼ σιώ. Brunck.

215. In Plut. 341. χρηστόν τι πράττων. Berg. αὖ τι etiam Kust. et Bergl. ediderunt. Dind. 'Αττικωνικοί. Scholia: "sic per contemtum vocabant Atticos; aut alludit ad antecedens Λακωνικοί." Recte autem et analogice dicitur Λακωνικὸς, utpote a Λάκων. Hinc etiam occurrit Eccles. 357. et Lysistr. 631. Sed 'Αττικωνικὸς non item; nec enim est ὁ 'Αττίκων. Recte autem dicitur 'Αττικίων, forma scilicet deminutivi, ut μαλακίων, ut bene Bisetus. Berg.

216. εἰρήνης πέρι scil. acturi. V. Porson. ad Eurip. t. i. p. 102. s. ed. sec. Lips. — Ex his verbis colligitur, hoc drama prodiisse post legationem Lacedæmoniorum super captivorum liberatione ab Athenn. refutatam. Palmer.

219. Pylus insula juxta Peloponnesum et regio Laconicæ, olim etiam dicta Coryphasium et Sphacteria ab occisione illa Lacedæmoniorum in arce pugnantium, duce temerario Brasida, cum trecentos propugnatores accepisset; capta tandem fuit cum trecentis illis a Cleone, qui præclari facinoris gloriam eripere voluit Demostheni et Niciæ, fortissimis ducibus, qui fortiter pugnando eam ad incitas redegerant. Itaque cum cepissent Pylon Athenienses, statim Lacedæmonii legatos de pace miserunt. Hic Atheniensium tangit superbiam et ferociam in rebus prosperis. Mox legerem ὑμεδαπὸς non ἡμεδαπός. Fl. Chr. Vide ad 664. de Pylo videri possunt, quæ dixi ad Eqq. initio Notarum. Berg. *Si Pylum retineamus*; i. e. iterum atque iterum venient, quamdiu Pylum retinebimus. Contra manifestum verborum sensum verterat Berglerus, *etiam si Pylum habeamus*. Brunck. τὴν πόλιν Cod. Rav. Dind.

220. ἡμεδαπός. Legendum potius ὑμεδαπὸς, ut habet editio Farrei. Et ita volebat Florens etiam. Berg. Est [hic versus] Trygæi et sequens Mercurii. Reisk. Hic versus insulse vulgo Mercurio continuatur, qui dicere debuisset ὑμεδαπὸς, ut Florenti legendum videbatur, qui non animadvertit, sic jam excusum esse in Venetis edd. sed sine auctoritate et ex mera Zanetti conjectura. Bene se habet codd. scriptura, modo reponatur persona, quæ male omissa fuerat. Brunck. Ad γοῦν in marg. ed. Fl. Chr. adscriptum γρ. γάρ. Dind. ὁ γοῦν edd. 1525. 1547. ὁ γὰρ ed. Ald. Junt. 1515. γοῦν Suid. ed. Ms. ἡμεδ. Pors. 220. IR. 221. ER. Bent.

225. Me nolente et imprudente ἐνεφόρησε excusum fuit. Repone veram scripturam, quæ est in libris omnibus ἐπεφόρησε. Brunck. ἐπεφόρησε libri omnes, etiam Rav. et Suidas v. ἐπεφόρησε t. i. p. 796., Zonaras t. i. c. 831. Dind.

226. μηκέτ' Elms. ad Acharn. p. 61. Dind.

227. παρασκευάζετε Aldina, Juntina i., ii. Dind.

231. καὶ τρίβειν Suid. v. θυεία, post θύελλα sc. et Schol. ad Vesp. 929. unde sumsit Suidas. Pors.

232. γνώμην ἐμήν. Ellipsis præposit. κατά· occurrit etiam Eccl. 349. Aliis verbis eadem sententia apud Eurip. Bacch. 638. ὡς δέ μοι δοκεῖ (ψοφεῖ γοῦν ἀρβύλη δόμων ἔσω) εἰς προνώπι' αὐτίχ' ἥξει· In Ion. 515. ὡς ἐπ' ἐξόδοισιν ὄντος τῶνδ' ἀκούομεν πυλῶν δοῦπον. Berg. Sed contra docet Hermann. ad Vig. p. 883. ed. sec. κατὰ γνώμην ἐμὴν fore *ex animi mei sententia*; itaque aposiopesin potius admittit: *sententiam meam si dicere licet*. Dind.

233. ἔνδοθεν cod. Rav. et Juntina ii. Dind.

235. In Acharn. 571. πόθεν βοῆς ἤκουσα πολεμιστηρίας; Berg. Mortarium dicit bellicum, quoniam in eo bellum gerentes

urbes vult contundere. Dind. θυΐας Elmsl. ad Acharn. p. 76. Vide Lobeckium ad Phrynichum p. 165. Id.

236. Prodit in scenam Πόλεμος bellico habitu, ingens mortarium adportans. Ter repetitur βροτοὶ cum magna vi. τὰς γνάθ. ἀλγήσετε, scil. in mortario contusi. Dind.

239. ὅσον κακὸν καί. Delendum illud καί, ut numeris suis constet senarius, quamquam libentius egerem : ὅσον κακὸν πολέμου τε καὶ etc. Est autem ἓν διὰ δὶς ut illud : 'pateris libamus et auro,' Virg. Nam nihil aliud ait, quam visu triste esse bellum, quod alioqui non videntibus et inexpertis dulce videtur. Fl. Chr. In marg. edit. ejus ad καὶ τοῦ βλ. additur, ἴσ. καὶ βλ. Dind. Dele alterum καί. Scal. ut Fl. Chr. Bent. Vulgo legitur, ὅσον κακὸν καὶ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ βλέμματος. Redundat syllaba. In A. posterius καὶ omissum, et sic constant numeri, sed sententia nulla est. Lego, ὅσον κακὸν δὴ τοῦ Πολέμου καὶ βλέμματος. Brunck. Mira audacia intulit Inverniz. textis conjecturam suam, ὅσον κακὸν καὶ τοῦ Π. τὸ βλέμμα πως, in qua καὶ et πως frigere videntur. Dind. Rav. ut A. Id. καὶ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ βλέμματος. Dele posterius τοῦ ob metrum. Pors.

241. ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος — Hæc epitheta tribuit etiam militi Lamacho in Acharn. 963. Berg. Majorem sibi ex visu fidem facit. Itaque tribus epithetis magnitudinem mali depingit; δεινὸν vocat merito : nam τὰ δεινὰ etiam ap. Thucyd. bellum est et ταλαυρινὸν quia stataria pugna patiens est et sustinens. Sed quid est illud ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν? ingenue fateor, me nescire, nisi κατάξ legas, i. e. κατεαγώς· nam etiam Latine catax dicitur claudus. Neque hoc repugnat ταλαυρινῷ. Nam claudi sunt ὑπομονητικώτεροι in pugna, vel teste Tyrtæo. Tamen ambigo et in ejusmodi rebus nihil perpetuo jure decido, arbitrario tantum jure statuo. Fl. Chr. ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν. Supplendum videtur ἑστὼς, βεβηκὼς, vel simile quid. Brunck. Scilicet ἱέμενος, qui ad affligenda, confringenda crura tendit. Reisk. v. Hom. Il. v. 289. Dind.

242. Prasiæ oppidulum est in ora Laconiæ maritima, quod ab Athenn. captum fuit, vastatum et dirutum, ἔτεμον τῆς γῆς, ait Thucyd., καὶ πόλισμα εἷλον καὶ ἐπόρθησαν. Hic vero alludit ad πράσον quod porrum est, quodque interea injicit terendum in mortario. Πρασιαὶ olim etiam horti dicebantur [propr. areolæ hortorum, v. intpp. Marci Ev. vi. 46.] et inde pratorum ἔτυμον esse suspicor cum Jos. Scaligero. Fl. Chr. Dicebat paulo ante Mercurius, Bellum sive Martem velle contundere urbes in mortario. Ejus rei nunc initium fit, sed ridicule ; nam materiam ad parandum moretum injicit in mortarium. Ejus materiæ partes dicit esse urbes illas, propter aliquam relationem. Primo itaque porrum injicit, quod Græce πράσον dicitur ; hoc πράσον ait esse urbem, Πρασιαὶ dictam, in Laconica, ut ipse indicat mox. Berg. Πόλεμος hic moretum confecturus inducitur : ideo mortarium in scenam effert, quo simulans se aliquid injicere, urbes et regiones nominat. Brunck. Ad πεντάκις et πολλόδεκ. repetendum ex antecedd. ἄθλιαι. Dind. πολλαδεκάκις Maltby ad Morelli Lexicon prosod. p. 772. Fallitur. Vide Lobeckium ad Phrynichum p. 663. καὶ πολλῷ δεκάκις, ἀπολεῖσθε τήμερον Suidas v. ἰὼ et v. Πρασιαὶ in edd. Mediolan. et Aldina. Altero loco σήμερον habet. Dind.

244. οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμα πω. Tamen, teste Stephano, πρασιαὶ erant etiam Athenis populus ex tribu Pandionide. Fl. Chr.

246. Allia injiciens in mortarium Megara vocat : ea enim regio alliorum ferax, ut ex Acharnn. liquet. Deinde Megarenses Lacedæmoniorum in hoc bello fuerunt socii et commilitones, imo ἀρχέκακοι. Nam propter eos Pericles illud populi scitum rogationemque scripsit, ut inferius dicemus. Fl. Chr. Vid. Acharn. 761. Berg. Cod. Rav. ὦ Μέγαρα. Dind. Dubitabatur olim de numeris hujus versus. Vide Hermanni Elem. doctr. metr. p. 138. Reisig. i. p. 13. Bentl. conjiciebat ὦ Μέγαρα, Μέγαρ' ὡς ἐπιτριβήσεσθ' αὐτίκα. Editor adnotationum Bentleii conferri jubet quæ ab Elmsleio dicta sint in Edinburgh Review xxxvii. p. 68. Id.

247. Frob. καταμεμυττωμένα. Ald. — μεμοττ — lege — μεμυττωτευμένα. Bent. καταμεμυττωμένα. Ut iambicus impleatur, legerem καὶ καταμ. etc. Simile videtur deesse. Sed placet lectio illa, quam e scripto codice repræsentavit amicus noster Feder. Morellus, pereruditus juvenis, qui professionem typographiamque regiam una diligentia complexus est. Est autem καταμεμυττωτευμένα. Quod verbi formavit Comicus φιλοπολυσυλλαβὸς a moreto, qui μυττωτὸς vel μυσωτὸς, et dictum pro κατατετριμμένα. Fl. Chr. V. Vesp. 63. Eqq. 767. κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. Berg. Adverss. p. 242. Pors. Memini Porsonum probare e Schol. ὦ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς. Neque ἐπιτρίψομαι neque ἐπιτετρίψομαι se legisse recordabatur ; dubitanter proponebat ἐπιτριβήσεσθ'. Aliquando cogitabam, ἐπιτέτριφθ' εἰς αὐτίκα, ut 365—8. Dobr.

248. Babæ admirantis est secundum

Sosipatrum. Hic est σχετλιαστικὸν pro φεῦ, ut videatur Charisius *Babæ* et *Papæ* idem fecisse. Sed lacrymas posuit pro alliis, quia flere faciunt allia, ut dicitur de sinapi. Hoc facit δριμύτης et acrimonia, quam Virgilius in Moreto vocat fumum 109. Fl. Chr.

249. Scholia: pro alliis dixit *fletus* (κλαύματα), quoniam comedentibus lacrymæ suboriuntur propter acrimoniam. Sic ceparum odorem causam fletus sibi esse aliquis dicit in Ran. 661. Cum enim interrogaretur, τί δῆτα κλαίεις; respondet κρομμύων ὀσφραίνομαι. Berg. Vid. Reisig. i. p. 24. Dind.

250. Sicilia πολύῤῥηνος est, lactis et casei abundans, unde ille ex Theocrito [Virg.] 'Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.' Pars autem erat Siciliæ quædam Atheniensibus inimica stabatque a factione Lacedæmoniorum, ubi et magnam illi cladem acceperant in transitu Assinari fluminis [multo tamen serius a. xix. belli Pelop.]. Nam et aqua, ut ait Thucydides [vii. 84.], statim corrupta fuit, ea nihilominus potabatur luto quamvis et sanguine inquinata. Deinde magnus fuit numerus occisione occisorum Atheniensium, majorque fuisset clades, nisi procul ab Athenis periisset exercitus ille magis ex auxiliaribus copiis conscriptus, quam ex domesticis, ut ait Arrianus lib. i. 'Αναβασ. [c. 9. §. 2.]. Proprio autem et signatissimo verbo usus est διακναισθήσεται. Nam κναίειν et κνήθειν de caseo proprie dicitur, unde κνῆστις scalpellum. Usus est Homerus [Il. xi. 638.] αἴγειον κνῆ τυρὸν, et alias [ib. 639.] κνῆστις χαλκείη. Hinc et ῥάχις vocatur ἄκνηστις, quia non facile scalpatur. Fl. Chr. Caseum injiciens meminit Siciliæ, quia caseus Siculus est in pretio. Vid. ad Vesp. 892. Berg. Hæc intelligi debent de Leontinorum civitate, quæ a Syracusanis male affecta est, ad quam miserunt copias auxiliares Athenienses anno v. ejusdem belli, quod ait Thucyd. lib. iii. [c. 86.], ne quis poëtam loqui putet de clade ad Syracusas accepta multis postea annis. Palmer.

251. Siciliam vocat πόλιν, cum sit insula multas habens πόλεις. Sic tamen et Euripides Eubœam insulam, in qua etiam plures sunt πόλεις, vocat πόλιν in Ion. 294. Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις, ὅροις ὑγροῖσιν, ὡς λέγουσ', ὡρισμένη. Berg. διακναισθήσεται. Harpocratio hunc versum citans in Κεῖοι, sive eum memoria fefellerit, sive pravum codicem secutus fuerit, habet διαλυμαίνεται. Brunck. οἷ' ἡ πόλις Blomfield. ad Æschyli Agamemn. p. 158. Sic ego dudum correxeram ex Harpocratione v. Κεῖοι, ubi οἷα πόλις legitur. Libri omnes οἷα πόλις.—Pro διακναισθήσεται apud Harpocrationem l. l. scriptum est διαλυμαίνεται, memoriæ errore, ut videtur. Scr. οἷα πόλις. Dind.

252. ἀττικόν. Quasi ad remedium alienarum miseriarum præsto sint Athenienses, hæc ait illis gratificans. Nam quanto præstantius est mel alliis et porris, tanto Atticum solum reliquis terris. Placentas autem antiqui melle saporabant, quod ex Archestrato etiam patet, cujus versus luculentos lege ap. Athen. lib. iii. Philosoph. in conviviis. Fl. Chr.

253. In binis codd. sic scriptus est versus: οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ. Redundat syllaba. In impressis pronomen σοι abest. At locum hic habere non potest θατέρῳ, *altero*, tanquam si de duobus definitis sermo esset: oportet ἑτέρῳ, absolute, *alio*. Scribendum itaque, οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι 'τέρῳ. Brunck. Hinc χρηστὰτέρῳ v. χρῆσται 'τέρῳ sumsit Wolfius Anal. ii. p. 456. Brunckii conjecturam, haud dubie contra cod. Rav. auctoritatem, retinuit Invernizius. Conf. Elmslei. ad Acharn. p. 127. ed. Lips. Dind.

254. τετρώβολον. Scholia, πολυτίμητον. Berg. Suidas v. τετρώβολον sine Aristophanis nomine. Dind.

255. Arcessit servum (fortassis nunc demum in scenam progredientem) qui vocatur Κυδοιμὸς i. e. θόρυβος, τάραχος, quia is bellum comitari solet. Dind.

256. Frob. σοὶ γάρ. dele γάρ. Bent. οὑτοσί σοι γὰρ κόνδυλος. Delerem illud σοι· neque enim agnoscere videtur Scholiastes, quamquam non nimis otiosum, et fortassis hanc geminationem amavit, ut postea οἴμοι, μοι. Fl. Chr. Paruit Kust. et σοι delevit. Dind. Cydœmi sunt οὑτοσὶ γὰρ κόνδυλος. Tum interrogat Polemus: μῶν δριμύς; *eratne acer?* Ni hoc admittatur, omnia ab οὑτοσὶ γὰρ sunt Cydœmo attribuenda. Reisk. De voc. κόνδυλος v. Eqq. 412. οὑτοσί σοι κ. cod. Venet., οὑτοσί σοι γὰρ κ. Juntina ii. In lib. Rav. σοὶ κόνδυλος scriptum esse adnotavit Invernis. οὑτοσὶ γὰρ κ. reliqui libri. Dind.

257. ΚΥ. ὡς δριμύς· οἴμοι. Bent. Et sic Rav. Dind.

258. τῶν σκορόδων. Quæ sunt acria. Percussus hoc dicit. Berg. In moretum allia immisceri solebant. Pugno percussus famulus herum facete percontatur, num moreto destinata allia in pugnum indiderit. Brunck. κόνδυλον Vet. in Scaligeri Excerptis. Conf. not. ad 123. Dind.

259. ἀλετρίβανον. Vox est Asiatica: Attici δοῖδυκα vocant, quæ etiam ἀλότριψ dicitur, ut in epigrammate, καὶ τοῦτον δοιδάρακον ἀλότριβα. Qui aspirant, etymon

arcessunt a sale terendo. Alioquin est a molendo sive pinsendo, quod est ἀλεῖν. Inde etiam *pistillus*. Nam ap. Callim. molitrix dicitur ἀλετρὶς h. in Del. [242.] Ait enim: δυστοκέες μογέουσιν ἀλετρίδες, etsi non sum nescius, quosdam ibi legere ἀλεκτρίδες, i. e. ὁμόλεκτροι, *thori consortes*; qua ratione dicitur ἄκοιτις. Fl. Chr. ἀλετρίβανος ex Pace citant Bekker. Anecd. i. p. 79, 14. 379, 24. Dind. Hesych. ἄκμονα. ἀλετρίβανον. Κύπριοι. Pors.

261. Putat Schol., hinc laudari et magnificari Athenienses, quasi αὐτόχθονας, apud quos antiqua omnia reperiantur, neque sint alienæ opis indigi. Ego contra censeo, eos rusticatim tangi, tanquam apud eos belli causa facile inveniatur, vel propter Cleonem semper paratum ad perdendam Græciam. Fl. Chr. οὔκουν παρ' Ἀθηναίους σὺ μεταθρ. τ.; Pronomen σὺ, quod in libris omnibus excidit, metri ratio prorsus flagitat. In B. scriptum παρ' Ἀθηναίων. Brunck. οὔκουν παρ' Ἀθηναίων μεταθρέξει ταχύ; cod. Rav., Venet., Juntina ii. Addidi γε particulam. Dind. παρ' Ἀθηναίων. Ἀθηναίους edd. Ald. Kuster. Pors.

262. κεκλαύσομαι Raperus apud Kidd. ad Dawes. p. 607. Dind.

263. Hæc pro se, vel ad spectatores conversus, dicit Trygæus. Dind.

264-267. Κυδοιμῷ tribunt edd. ante Portum. Dind.

265. γε, 269. ὁρᾷς, et 282. κακὸς auctore Rav. ejicit, et 269. 282. legit ' ἀλετ. Porson. apud E. Maltby Thes. Pros. p. 52. Atque ita Herman. apud Seidler. de Dochmiacis p. 394. Pors.

267. ἀλλ' ὦ Διόνυσ'. Bene Bacchum invocat tanquam Atticæ peculiarem deum et vero præsidem in theatris et ludis, qui in pace dari solent. Fl. Chr.

268. τὸ δεῖνα γὰρ scil. ἐστὶν εἰπεῖν, nempe οἴμοι, *væ miki*. cf. v. 280. Reisk. Imo τὸ δεῖνα cum seqq. ἀλετρίβ. ὁ βυρσοπ. jungendum; istud enim, pistillum nempe, scilicet coriarius, Atheniensibus periit. Ita τὸ δεῖνα indefinite sæpe ponitur. Dind.

269. Cleonem inquit, cui a strigmentis et pellium spurcitia invidiam parat, quique prima et præcipua istius belli fax fuit. βυρσοδέψης etiam dicitur; neque enim tantum pelles vendebat, ipsas etiam, apparabat et subigebat et molliebat, quod proprie est δεψεῖν, unde *depsere* Latinum, translatum ad obscœna, usurpatum Catullo: 'patria perdepsuit ipsam Uxorem;' ut vero reposuit princeps Criticus. Imo huic rei tam proprium est verbum, ut βύρσα sit etiam dicta δέψα apud Grammaticos. Fl. Chr. Cleo intelligitur, ut Schol. indicat; sæpe autem Comicus eum sic vocat, maxime in Eqq. Hunc Cleonem hic allegorice dicit pistillum, quo urbes contunduntur. Similiter de eodem in Eqq. 976. εἰ μὴ γένοιτ' οὗτος ἐν τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἤστην σκεύη δύο χρησίμω, δοῖδυξ οὐδὲ τορύνη. Hic in Pac. 637. eum vocat κύκηθρον καὶ τάρακτρον. Dum autem dicit periisse Atheniensibus pistillum illud et instrumentum belli, significat Cleonem jam mortuum fuisse, quod infra in loco jam adducto clarius dicitur. Perierunt autem eodem tempore Cleo dux Atheniensis et Brasidas dux Lacedæmonius. Berg. Versus gratia leges Ἀθηναίοισιν, siquidem secunda syllaba vocis ἀλετρίβανος solet corripi, vid. 282. nam quod ibi Λακεδαιμονίοις ἀλετρίβανος præbet Rav. liber, mendosum id est existimandum. Hotib. ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀ'λετρίβανος. Secutus sum Seidler. et Porson. Dind.

271. Lege ὦ πότνια δέσποινα. Bent. εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν. Sic recte collocatæ voces in A., quæ absque codicis ope facile in ordinem reponi poterant. Vulgo fœdissima cum metri labe, εὖ γ' ὦ δέσποινα πότνι' Ἀ. Brunck. In Plut. 864. νὴ Δία, καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται. In Eccl. 798. cum unus dixisset, ἢν διαῤῥαγῶ δὲ, τί; alter inquit, καλῶς ποιήσεις. Berg. Ut Bacchus proprius Atheniensium deus cum quibusdam aliis, sic etiam Minerva, quam *dominam* vocabant et *heram*, i. e. δέσποιναν. Sic apud Maronem Charon Proserpinam vocat dominam, ut superius dicebamus. Nam feminas et ἄσσας et δεσποίνας vocari testis est Hesychius, apud quem mendosum et male distinctum locum emendabo, qua potero. Ait ille Grammaticus δεσποίνας γυναῖκας Θεσσαλοί· innuit enim feminas *dominas* vocari apud Thessalos. Quæ sequuntur, sic corrigo apud eumdem Grammaticum: δεσπότην κεκαρμένος, et δεσπότην majuscula littera scribo, ut sit principium vocis exponendæ. Deinde pro glossa lege, ἔνιοι μὲν etc. Nam explicat dictum illud alicujus poëtæ, Δεσπότην κεκαρμένοι. Mox ubi habes βελήντιον, lege βέλτιον δέ. Ait melius esse explicare πενθοῦντες, quia dominis mortuis tondebantur equi ad luctum significandum. Sic apud Suidam habet δεσπότου κεκαρμένου i. πενθοῦντος, et ap. Eur. Orest. 452. κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος. Fl. Chr. Rav. ὦ δέσποινα πότνι'. Dind. ποιῶν Suid. Ms. ἐν δέοντι. Pors.

272. ἐν δέοντι. Eurip. Orest. 212. ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες ἐν δέοντί γε (opportuno tempore). Sic εἰς δέον. Soph. Œd. Tyr. 1415. ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων. Vide in Avv. ad 1687. Brunck.

273. Versum spurium, ut opinor, ex

interpretamento præcedentium verborum κἂν δέοντι τῇ πόλει ortum, uncinis inclusi, commate post πόλει in punctum mutato. Scholiasten, qui hæc sic interpretatur, εὖ γε ποιῶν ἀπόλωλ' ἐκεῖνος, εἴπερ πρὸ τοῦ ἀπολέσαι ἡμῶν τὰ πράγματα ἀπώλετο, in libro suo εἰ πρίν γε—legisse videri posse, monuit me Seidlerus. Et hoc ipsum repositum video ab viro docto in margine exemplaris ed. Paris. 1528., quo ego utor. Vulgatam scripturam agnoscit Suidas v. ἐν δέοντι t. i. p. 736. DIND.

274. οὔκουν ἕτερόν γ' αὖτ' Reisig. οὔκουν ἕτερόν γ' ἔτ' cod. Rav. οὔκουν ἕτερον δῆτ' reliqui libri. DIND. Vulg. οὐκοῦν sine interrog. signo. μέτει est arcesses, comma post hoc verbum delendum et ἀνύσας per adverbium reddendum est. Ad ταῦτ' intelligitur ποιήσω aut tale quid. DIND.

275. ἧκε νῦν. In Lysistr. 925. ἧκε νῦν ταχέως πάνυ. BERG. Cod. Rav. ex interpretamento χωρῶ ταῦτ' ὦ δέσποτα. DIND.

277. ἐν Σαμοθρᾴκῃ μεμυημένος. Vetus religio fuit, ut qui versarentur in periculis et essent, ut ait poëta bucolicus [xxii. 6.] ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, Samothracios deos incalarent et cum Hecate Corybantes, unde celebre illud antrum Cerynthium, ubi festos illi deæ honores celebrabant libertatemque obtinebant. De quibus plura ap. Tacitum, et Diogenem Laërtium, nec non de antro illo apud Suidam. Erant autem illa mysteria Cabirorum, quibus initiati censebantur justi et boni, et si quem periculorum cursum decurrerent, salvi et victores evadere solebant, ut recte scripserit Varro: 'et religiones et castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos.' Quo loco castus sunt ἁγνεῖαι. Nam in castro Cereris esse, est ἁγνεύειν. Quod quia notatum est a divino Conjectore [Scaligero] in libris quos doctissimus Romanorum [Varro] scripsit *de lingua Latina*, supersedeo plura notare. FL. CHR. Herodotus in Euterpe [ii. 51.] ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήϊκες ἐπιτελέουσι. BERG. ὑμῶν Ald. Suid. in Σαμοθρᾴκῃ. et Schol. in Apoll. Rhod. 1. 917. ἡμῶν Suid. in 'Αλλ' εἴ τις. BENT.

278. νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν. Schol. Apoll. Rhod. ad i. 918. λέγονται γὰρ οἱ αὐτόθι μυηθέντες ἐπακούεσθαι εἰς ὃ ἂν εὔξωνται, ὡς 'Αριστοφάνης φησίν· ἀλλ' εἴ τις ὑμῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει μεμυημένος, νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν. δοκοῦσι γὰρ μᾶλλον σώζεσθαι οἱ τὰ μυστήρια εἰδότες. Vid. Th. Gutberlethi diss. de mysteriis deorum Cabirorum cap. 10. BRUNCK. ἐστὶν omittit scholiastes Paris. Apollonii Rhodii p. 73. DIND.

279. ἀποστραφῆναι. Ait Schol. Græcus dictum pro διαστραφῆναι, i. e. *disrumpi*, quo loco videtur post κλασθῆναι supplendum τοὺς πόδας. Ego in ejus glossographi sententiam pedibus non eo, qui, etsi persuasit mihi, ut interpretarer *rumpi*, tamen animi mei sententia δευτέρα et ἀμείνων censet ἀποστρέφειν Latine et κατὰ πόδα esse *avertere*. Nam ἀπὸ esse nostrum *ab* et *a*, non est cur anxie probemus. Esset autem διαστρέφειν *divortere* et *distorquere*, cujus passivum non tam it ἐς κόρακας, quam *avertere*. Itaque veniam peto pudentem, si Scholiastem non sequor. Mox pro κατ' οἴμαι mallem κάρτ' οἴμοι, ut dicat, κάρτα μάλα, *nimis valde*, quod Comicum est. FL. CHR. Μετιέναι est ire ad aliquid ferendum, arcessere. Sic μετελθεῖν Eurip. Med. 5. οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ μετῆλθον (allatum iverunt) et μεταστείχειν idem Hec. 509. ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσι δέ με Δισσοί τ' 'Ατρεῖδαι καὶ λεὼς 'Αχαϊκός· ubi altera persona: οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους μετῆλθες ἡμᾶς; BERG. Cæt. hæc Trygæus, cum abiisset Cydœmus, pro se loquutus est; sequentia hic reversus re infecta. DIND.

281. Brasidam innuit, qui periit ad Amphipolin in eodem prælio quo Cleon occisus fuit ann. 3. Olymp. lxxxix. qui erat belli decimus. V. Thucyd. lib. v. c. 10. BRUNCK.

282. Sic Seidler. et Porson. locis ad v. 265. indicatis. Legebatur καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισι κακὸς ἀλετρίβανος. Codices Rav. et Venet. καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀλετρίβανος, omisso κακός. De prosodia v. ἀλετρίβανος recte judicasse videtur Bentl., qui legebat καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις κακὸς ἀλετρίβανος. DIND.

283. Historiam hanc habes ampliter et luculenter ex professo conscriptam apud Thucyd. ξυγγραφὴν ε', qui graphice Brasidæ et Cleónis mores depingit. Ait enim eos pacem aversari solitos, illum quia ex bello felicitatem et gloriam reportabat, hunc vero (Cleonem puta), quia pacis tempore patere sua scelera sentiebat et calumnias suas minus fidem facere. Sed præstat Græca, quia elegantissima sunt et prudenti structura composita, apponere [v. 16.]: οἵπερ ἀμφοτέρωθεν ἠναντιοῦντο τῇ εἰρήνῃ, ὁ μὲν διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν, ὁ δὲ γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων. Plutarchus in Nicia [c. 9.] eadem fere elogia de utroque dedit. Mirum ni nostra Francia Brasidas suos et Cleonas hodieque habeat, patriæ, ut ait Æschylus, ἀναστατῆρας καὶ ταράκτορας, quantumvis pio se prætextu tuentes. Vel hi recentes motus, quo spectant? Dicam libere cum

Ennio: 'Omnis cura viris, uter hic siet induperator.' Sed opere deus orandus est maximo, ut regem nostrum Henricum iii., insignem pietate et prudentia principem quam diutissime vivum et videntem incolumemque nobis conservet, et ex *assiduo* tandem *proletarium* faciat. Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρρενες. Fl. Chr. ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία missa esse ab Lacedd. auxilia etiam Thucyd. v. 12. narrat. χρῆσαι commodare h. l. est: mittere ducem ad opem ferendam. Dind. Ad hæc ita Scholiastes: μονομαχήσαντες ὁ Κλέων καὶ Βρασίδας ἀλλήλους ἀνεῖλον. Non tam honorifice de Cleone Thucydides: nam secundum eum periit Cleon fugiens peltastæ cujusdam Myrcinii manu; sed iste Scholiastes multam ignorantiam prodit. Palmer.

286. Nec h. l. ἴσως habet dubitandi, sed affirmandi vim: profecto bene hoc evenerit; quapropter bono estote animo, vos mortales. Dind.

287. Fl. Chr. ἀπόφερε. Bent. ἀπόφερε τὰ σκεύη. Mendose in libris ἀπόφυρε, quod quid sit vel significare possit, ego cum ignorantissimis scio. Simplicis φύρω nulla significatio hic locum habere possit. Vertit Berglerus, *ablue hæc vasa.* Quod imprudens retinui. Nihil erat, quod ablui necesse esset. Moretum, quod miscuerat Πόλεμος, quodque jam conterendum erat, sane projici nolebat. Mortarium itaque non poterat ablui. Iste domum intro ferri jubet et servari, donec pistillum fecerit. Verti debuit, *cape rursus hæc vasa eaque intro aufer.* Sic Simo initio Andriæ, *Vos isthæc intro auferte.* Brunck. Emendationem confirmavit cod. Rav. His dictis scena Polemos et Cydœmos exierunt, Trygæus cum choro solus remansit. Dind.

289. Dictum vulgarium Datidis Persarum ducis sub Dario cantionem vocat et Athenienses id usurpare false taciteque indicat, i. e. spurca facere. Nam illud δεφόμενος unde nostrum *depsere,* notat fœditatem, quam patrare solebat satrapes ille, cum diem diffinderet somno insititio. Tunc enim jacebat satur et supinus, *pertundens,* ut ait Catullus, *tunicamque palliumque;* quod etiam de Cyclope Euripides dixit. Fl. Chr.

291. καὶ χαίρομαι. Quia barbarus et Paphlagon fuit Cleon et Brasidas, ut Lacedæmonium decet, teste Æliano [V. H. xii. 50. præeunte Thuc. iv. 84.] imperitus [dicendi], propterea huc barbarismum induxit. Non mirum est autem, Persam in Græco sermone hospitem esse; itaque Datis Persa et barbarus sperabat, sese mirifice esse locutum, cum ad instar verborum ἥδομαι et τέρπομαι addidit χαίρομαι. Metuebat scilicet, ne peccaret, si tria illa verba non essent ὁμοιόπτωτα. Nam χαίρω, verbum quod per se est αὐτοπαθὴς, non satis videbatur facere ad rhythmum. Fortassis autem de industria Aristophanes Trygæum induxit βαρβαρίζοντα, ut agrestem virum. Quo modo Theocritus in Dioscuris Amycum loqui facit barbarismum in illo, ποῖοι οἷοι ὁρᾷς, nisi illic legendum οἷον, de qua lectione ambigo. Sed credibilius est, imitari voluisse Datidem, i. e. Datismum fecisse. Nam ex illis barbarismum vocarunt postea Datismum. In Sudæ [Suid.] collectaneis versus hic Aristoph. sic legitur: ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι. Quæ mihi lectio non videtur esse Aristophanis, nam et in Pluto habes [288.] ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι, ut h. l. Fl. Chr. καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι a Rav. recepit Inv., recte, opinor. Dind. Ridet peregrini hominis barbariem, ut recte notat Dawes. Misc. Crit. p. 250. Quod Joan. Burtonum, utcunque hebetem, mireris fugisse ad Sophocl. Œd. Col. 1006. τέρπομαι. εὐφραίνομαι Suid. ed. Ms. νῦν τοῦτ'. Pors.

292. Νῦν ἐστὶν — καλόν. Supra 277. Berg. Tropice verba significant: jam decet, remotis istis turbatoribus civitatum inire pacem, priusquam alius quis turbare eam rursus conetur. πράγματα negotia bellica et molestiæ nunc dicuntur, et ἐξελκύσαι scil. ex antro. Dind. Cod. Rav. ὑμῖν. Id.

295. πρὶν ἕτερον. Alcibiadem haud proculdubio intelligit, qui anno 13. belli Peloponnes. vere ineunte Argos profectus est, et inde assumtis sociis ad Patras usque pervenit, et Patrensibus persuasit, ut muros usque ad mare extenderent, et alia præparabat ad bellum contra Lacedæmonios. Thucyd. lib. v. Palmer.

299. Nunc senariis succedunt trochaici catalectici 40. usque ad illud καὶ βοᾶτε, quæ est ἔκθεσις dimetrorum catalecticorum. Scholiastes 38. tantum notat, sed incipit ab illis, δεῦρο πᾶς, et hos duos versus pro εἰσθέσει videtur accepisse. Fl. Chr. ἅμας, *ligones.* Vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 337. Brunck.

300. ἀγαθοῦ δαίμονος. Videtur alludere ad eum morem veterum, quem notat Scholiastes. Ait enim in conviviorum principiis solitos ἐπιῤῥοφεῖν ἀγαθοῦ δαίμονος, et libare bonæ fortunæ; in fine vero et abitione πίνειν Διὸς σωτῆρος. Sic bonam Fortunam praire jubebant, Jovem liberatorem exire. Hunc sensum elicio ex verbis Schol., in quis libenter legerem δειπνήσοντες, non δειπνήσαντες, ut principium intelligat convivii. Ad eum igitur morem cum alludat (corrige, sodes, iterum verba

Schol. et pro ὡσεὶ ἔλεγον lege me auctore et distingue, ὡς εἰ ἔλεγεν) videtur sic loqui: nunc enim libare et bibere licet nobis bonæ Deæ potionem. ἁρπάσαι per parodiam dixit pro ῥοφῆσαι vel σπεῖσαι; nam Pacem ut haberent raptam oportuit. Notandum autem libationem illam, quam antiquitus faciebant, ἀγαθοῦ δαίμονος, fuisse levem degustationem et ὀλιγοποσίαν. Quod satis intellexit Hesychius, qui ἀγαθοδαιμονιστὰς interpretatur ὀλιγοποτοῦντας. Itaque miror, quod ἐπιῤῥόφησιν addat Scholiastes. Nam Dido ap. Maronem libabat ἀγαθοῖς δαίμοσι, Baccho et bonæ Junoni. Sic enim dea illa etiam teste Macrobio [Saturn. iii. 4.] χρηστῆς nomine indigitabatur: 'Et laticum honorem summo tenus attigit ore' [Virg.]. At vero Bitias ἐπεῤῥόφησεν καὶ ἔπινεν cum hausit pateram et pleno se proluit auro. Sed de his legendus Rhodiginus lib. 28. Lectionum Antiquarum c. 6. Sane apud Platonem in Symp. non videntur novi interpretes locum intellexisse: ἀγαθῇ τύχῃ Φαῖδρος καταρχέτω. Verterim, *cum bonis avibus exordiatur Phædrus;* cum potius diceret, *bonæ fortunæ princeps libet Phædrus.* Alludit enim ad Ἀγαθοδαιμονιστὰς et ludit in verbo κατάρχειν. Fl. Chr. πάρεστιν ἁρπάσαι Scholiastes ad Vespas 523. Dind.

302. εἴπερ πώποτε. Eurip. Androm. 553. ἀλλ' ἀνηβητηρίαν ῥώμην ἐπαινῶ λαμβάνειν εἴπερ πώποτε. Deest autem καὶ νῦν, quod etiam exprimitur in Demosth. Olynth. 1. φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν. Berg.

303. φοινικικῶν. Mala belli in quo multum sanguinis funditur. Berg. Ergo pro φοινίων s. φονικῶν dictum putatur. Dind. Suidas v. φοινικικῶν. Id.

304. μισολάμαχος. Lamachus dux fuit Atheniensium rei bellicæ peritissimus, vir bonus et pauper. Talem enim cum Socrate et Aristide describit Ælianus lib. ii. Var. Hist. floruitque temporibus Æschyli et Aristophanis, qui in Ranarum fabula heroa eum vocavit [1039.]. Tamen in Acharn. 270. 566. etc. et in hac fabula contumeliose accipit et Attico melle perfundit (κακῶς λέγειν Ἀττικόν ἐστι μέλι dixit quidam). Quin Lamachum quasi βουλόμαχον dictum autumat, sive quia λῆς apud Doras est θέλεις, sive quia τὸ λα est ἐπιτατικὸν, ut τὸ βου. A pugna autem, quæ est μάχη, nomen habet. Itaque pro bello nomen hoc usurpat. Fl. Chr. Lamachum sæpe notat tanquam belli cupidum, et infra 472. dicit eum obstare, quo minus pax fiat, et inferius introducit ejus filium non nisi prælia canentem in convivio, unde ipse pater male audit v. 1261. Maxime autem in Acharnn. perstringitur. Berg. ἢ pro ἧδε Suidas v. μισολάμαχος in edd. Mediolan. et Aldina. Dind.

305. εἴ τι χρὴ δρᾷν, φράζε κἀρχιτεκτόνει. Metaphorice, ut 421. Sic ap. Eurip. Cycl. 475. σιγᾶτε νῦν· δόλον γὰρ ἐξεπίστασθε· χὤταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι (architectis hujus doli) πείθεσθε. Berg.

306. ἀπειπεῖν, *animum despondere,* victum difficultate. In Lysistr. 781. μὴ νῦν ἀπείπωμεν ταλαιπωρούμεναι. Sic ἀπειρηκέναι. Eurip. Or. 91. οὕτως ἔχει τάδ', ὡς ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς. Berg.

310. ἐκζωπυρήσετε, refocillabitis et excitabitis mortuum et extinctum bellum. Sane enim recte dixit divinus poëta [Virg.]: 'Martemque accendere cantu:' et merito βοῆς nomine pugna intellecta, unde Menelaus βοὴν ἀγαθός. Ἐκζωπυρῆσαι est, ex pusilli ignis fomite magnam flammam suscitare. Fl. Chr. *Ne quasi ignem sopitum suscitetis Bellum.* Solon in Elegia ap. Demosth. de f. Legat. Πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει. Berg. ἐκζωπυρήσετ' ed. Kuster. Schol. Pors.

312. οὐ γὰρ ἦν ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Belli tempore, quum expeditio subitanea suscipitur, sæpe edictiones publicantur, ut milites victum tot vel tot dierum, plerumque trium, sibi præparent. Vult itaque dicere: Istud edictum (quod incipit ὦ γεωργοὶ v. 294.) non ad Bellum spectabat, sed ad Pacem; propterea lætemur. Similiter in Acharn. 196. ille, qui unguentum quoddam suave, quod ibi fingitur esse Pax, naribus admovet, dicit Pacem olere edicta de non asservando victu trium dierum: αὗται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος καὶ μὴ 'πιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Illuc alludit tantum in Vesp. 242. χθὲς οὖν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν ἔχ. κ. τ. λ. Berg. Citat Suidas v. ἔχοντας. Pors.

313. Fl. Ch. ἐκεῖνο καὶ τὸν Κέρβερον δεδίττετε: lege ἐκεινονὶ τὸν Κέρβερον καὶ δείδιτε. Bent. Belli personam ita describit, ut alias Cleonem: hunc enim Cerberum vocat in Eqq. 1026. φράζευ Ἐρεχθείδη κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν. Berg. Imo et h. l. Cleon intelligendus est, qui, quoniam jam erat mortuus, ὁ κάτωθεν Κέρβερος appellatur. Dind. Vulgo sic legitur hic versus: Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε. Quidvis est hoc potius, quam tetrameter trochaicus. In B. scriptum est, imperfecto versu, εὐλαβεῖσθε νῦν ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον. Excidit vox, quæ facile e glossemate vulgatæ lectionis eruitur. En molliter fluentem versum ipsamque Comici manum: Εὐλαβεῖσθε νῦν, ἐκεῖνον δεδιότες τὸν Κέρβερον.

Frustra hunc locum tentaverat Florens, cui reponi posse videbatur, εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο, καὶ τὸν Κέρβερον δεδίττετε. Exemplis quidem defendi potest δεδίττετε, sed non ex Atticis scriptoribus, quibus δεδίττεσθαι vel δεδίσκεσθαι, *terrere, timorem injicere*, non vero *timere* significat. Noster in Lys. 563. ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ —ἐδεδίσκετο τὴν ἰσχαδοπώλιν — Mœris: δεδιττόμενος, Ἀττικῶς· ἐκφοβῶν, Ἑλληνικῶς. Ad quem locum Piersonus hujus versus meminit, et proposita etiam sua conjectura, Florentis illa paulo meliore, nec tamen vera, malle se ait a melioribus libris medicinam exspectare. Sic autem elegantissimo viro venerat in mentem: εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο νῦν, τὸν Κέρβερόν τε δείδετε. In illis emendationibus pronomen ἐκεῖνο quorsum spectet, nescio. Florens refert ad τὸ κήρυγμα, quod minime procedit. εὐλαβεῖσθαι verbum est neutrum, significans *cavere*. Sicubi apud Atticos cum accus. constructum occurrit, nomen est rei malæ et damnosæ, contra quam adhibenda cautio. Sic Lys. 1215. εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. At supra dicebat chorus in versu, unde istud τὸ κήρυγμα repetunt: ἀλλ' ἀκούσαντες τοιούτου χαίρομεν κηρύγματος. Non ergo Trygæus illi dixerit, εὐλαβεῖσθε ἐκεῖνο τὸ κήρυγμα. Hic vere neutralis obtinet significatio εὐλαβεῖσθε, *prenez garde à vous*, φυλάττεσθε. Mœris: εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φυλάττεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, Ἀττικῶς· εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, Ἑλληνικῶς. Brunck. Recte Rav., εὐλαβεῖσθε νῦν ἐκεῖνον τὸν κάτωθεν Κέρβερον. Pors.

314. De eodem Cleone in Eqq. 136. βυρσοπώλης Παφλαγὼν ἅρπαξ κεκράκτης. Berg.

315. Suidas v. ἐμποδών. Dind.

316. Vi caret sua τὸ, καὶ νῦν. Legam equidem, οὔτι 'κείνων ἐστὶν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται: nemo istorum (τῶν κάτωθεν, qualis Cleon) nobis eam eripiet. Hotib. Eurip. in Heracl. 976. τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμὰς, Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξαιρήσεται. Idem in Alcest. 846. Κἄν περ λοχήσας αὐτὸν (observans illum) ἐξ ἕδρας συθεὶς Μάρψω, κύκλῳ δὲ περιβαλῶ χεροῖν ἐμαῖν, Οὐκ ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐξαιρήσεται. Berg.

317. Voces ἰοὺ, ἰοὺ, quæ vulgo choro continuantur, Trygæo contributæ sunt in binis codd. Brunck. Interjectiones illæ tam sunt dolentium et indignantium, quam exultantium. Haud itaque mirer, eas librarios alios Trygæo tribuisse, alios autem choro. Postremum hoc verum esse nunc comperio e v. 345. Proinde eas choro reddi velim. Ad istas enim chori exclamationes, quibus lætitiam suam significat, respiciunt Trygæi verba infra: ἐξέσται τόθ' ὑμῖν ἰοὺ, ἰοὺ κεκραγέναι. Id. οὔτοι. οὔτι edd. Ald. Kuster. Pors. Conf. ad 345. et Platon. de republ. iv. p. 189. ed. Bekker. Dind.

318. βολῆς Aldina, Juntina i. ii. et aliæ quædam. Emendatum in ed. Basil. 1547. Dind.

319. ξυνταράξει. Vulgo συνταράξει. Brunck.

323. Primus Æschylus σχηματισμοὺς introduxit in choros tragicos, de quibus et de saltatione, quæ ὄρχησις est, operæ pretium est adire Julii Scaligeri Poëtices opus perfectissimum. Fl. Chr. διαφθείρητε. Sic bini codd. et primariæ edd. Menda edit. Fracini, in Frobenianam recepta, διαφθείρετε, per alias deinceps propagata fuit, nemine reclamante. In Farreana διαφθείρητε vidit Berglerus, nec animadvertit, alterum in sermonis et metri legem offendere. *Atque hæc perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet.* Vide ad Acharn. 879. Brunck. Chorus incepit tripudiare præ gaudio: sunt enim σχήματα motus et gestus saltantium. Eurip. in Cycl. 220. πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων (gesticulationibus vestris). Herodotus in Eratone [vi. 129.] πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια, μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικά. Berg. διαφθείρετε. L. ex ed. Ald. διαφθείρητε. Pors.

327. ἦν ἰδού. Vide ad Eq. 26. Sic in A. scriptum est. In B. ἢν ἰδού. Brunck. ἠνίδ' οὖν, καὶ δὴ π. legi voluit Reisk. Dind.

328. ἑλκύσαι pro *saltare* dixit, ut Terentius Adelph. 'tu inter eas restim ductans saltabis.' Id autem est, quod Græci et Aristophanes in Nebulis dixit ἕλκειν κόρδακα. Fl. Chr. Verbum saltationis proprium. Nub. 540. οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν, *nec cordacem saltavit*. Brunck.

331. τουτογὶ, νὴ—In B. τοῦτο γὲ νὴ — quod e nostra lectione depravatum est. In A. τοῦτο νὴ — Vulgo τουτοδὶ, νὴ —. Brunck. τουτογὶ Juntina ii. Dind.

332. In Vesp. 1326. ῥίπτε σκέλος οὐράνιον etiam de saltantibus. Berg.

333. Non male legeretur, ὥστε μὴ λυπεῖν μ' ἔτι. Brunck. λυπεῖν σέ τι Reisk. v. Schol. Dind.

334. καί τ' ἀριστερόν τι μ' ἔστ' ἀν. ἔχον. Ordo et plena oratio est: ἀναγκαίως ἔστιν ἔχον, ῥίπτειν τί με καὶ τὸ ἀριστερὸν σκέλος. Berg. καὶ τἄριστ. τι μοί 'στ' ἀν. ἔ. Vulgo μ' ἔστ'. In B. pro τι est τοι. Ordo est: ἀλλά μοι ἐστιν ἀν. ἔχον καὶ ῥίψαι τι τὸ ἀρ. σκ. Brunck. ἔστ' ἀναγκ. ἔχον. Æschylus Choëph. 237. προσαυδᾷν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον. Antiphanes ap. Stob.

Serm. 123. ἣν (ὁδὸν) πᾶσιν ἐλθεῖν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον (necesse est). Berg. ἔχον f. ἐλᾶν, tollere Reisk. Dind. Ex Rav. quoque Inv. dedit, τοι μ' ἔστ' ἄν. Et sane τι non hic recte ponitur. Quidni igitur sic struamus: ἀλλά τοι καὶ τὸ ἀριστερὸν ῥίπτειν με σκέλος ἄν. ἔχει. Id. In margine ed. 1532. συβαρίσαι videtur Suidas in v. legisse. Pors.

335. πέπορδα translative ab asinis, qui lætabundi pedere solent. Etiam in contemtum hoc fiebat, ut in Plut. 618. καταπαρδεῖν τῆς Πενίας. Sic fortassis hic oppedit bello. Fl. Chr. Scholia: ἡ μεταφορὰ κ. τ. λ. *metaphora ab asinis: hi enim lætabundi pedunt.* Comicus in Vesp. 1296. ἐνήλλετ', ἐσκίρτα, πεπόρδει· κατεγέλα ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον. Berg. Dind. πεπόρδακα cod. Rav. Affert hæc Suidas v. πέπορδα t. iii. p. 78. Id.

336. τὸ γῆρας ἐκδύς. Et hæc translatio est a serpentibus, qui senium ponunt. Videtur autem senium pro bello dixisse, quia nihil æque pacis amantes contristat et marcescere facit atque bellum; unde postea ait, ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴδοις καὶ πολὺ νεώτερον. Loquitur enim chorus senum. At cum ait ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα, dupliciter alludit in homonymia ἀσπίδος et ad serpentem et ad clypeum. Fl. Chr. Vid. Schol. in Ran. 343. Berg.

337. Inv. edi voluit et Rav. μήτι καὶ νυνί γε χ. sed vulgatum in textis relictum est. Sed καὶ friget, et omnis hæc lectio e v. 326. repetita male videtur. Dind.

339. Post εἴσθεσιν trochaicam sequitur ἔκθεσις septem versuum dimetrorum trochaicorum acatalecticorum. In secundo lego ἤδη ἐξέσται, non ἤδη δ'. Ex ultimo versu duos facio. Nam συβαρίζειν existimo esse παρατέλευτον, sequens ἰοὺ, ἰοὺ, iambicum ἐφθημιμερές. Ita enim videtur digessisse ipse Scholiastes. Fl. Chr. Hic et sequens versiculus, ut eos exhibui, ita digesti et scripti sunt in B. Vulgo partic. γὰρ omissa. Brunck. Fl. Ch. ἤδη ἐξ—fo. νὴ Δί' ἐξ. Bent.

341. Non dubito quin τὸ κινεῖν verbum sit nequitiæ, secundum versum Lysistr. 227. κακῶς παρέξω κοὐχὶ προσκινήσομαι, i. e. nec admovebor et maligne illud dabo. Fl. Chr. Vt infra 1104. τὴν Θρᾷτταν κινῶν. Conjungit κινεῖν et καθεύδειν etiam infra 867. Berg.

343. Cottabus lusus erat in conviviis frequens apud Athenienses. Is quantum ex Grammaticorum glossis didici, ejusmodi fere erat. Fixa erat in terram virga gr adis, altera super eam transversa pendebat, mobilis utrimque tanquam in statera, duasque habebat lances pendulas, et sub ipsis duos crateras aquæ plenos; sub aqua statua ærea inaurata, quæ vocabatur *Manes:* nam Sophocles Salmoneo sic vocat χάλκεον illud κάρα: versus ex illa fabula luculentos habes ap. Athen. lib. xi. [Brunck. Fragm. Soph. Salm. 1. p. 443.] Jam qui lusitare volebant, phialam habebant meri plenam et longius stantes certabant, quod vini ex epota phiala restabat, in lancem mittere, ut repleta ea gravis fieret inclinaretque et caput allideret statuæ illius sub aqua latentis sicque sonum ederet, ita ut, qui feliciter sine casu jaceret et majorem ex jactu sonum efficeret, victor esset, hocque indicio speraret se ab amica reclamari. Ad cujus consuetudinis rationem Theocritus dixit τὸ τηλέφιλον ἐπλατάγησεν [Id. iii. 29.]. Est autem lusus ille cottaborum inventum Siculum, ut testatur Critias in Elegis: κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστὶ χθόνος ἐκπρεπὲς ἔργον, et Dicæarchus Messenius, vel potius cum Athenæo Milesius, Aristotelis discipulus, qui Siculam vocem existimat æreas illas phialas, quæ λατάγαι vel λάταγες dicebantur. Quanquam infra Scholiastes dicat λατάγην esse, quod ex poculo epoto reliquum fiebat (male ap. Suidam λῆμα ποτηρίου legendum enim λεῖμμα, quod est λείψανον et τὸ λειπόμενον, ut ait Hesych.) quodque recurvata sursum manu jaciebant lusores in Cottabum. Cui sententiæ subscribit Cratinus in Nemesi [Athen. xv. p. 666. D. Casaub.] qui ait, Cottabum appellatum non solum præmium victori propositum, sed etiam vas ipsum, in quod mittebant latagas. Imo et Euripides Plisthene teste Athenæo, cottabum et λάταγα idem facit, lusumque Atticorum ex inventione Sicula scribit. Æreum vero vas illud fuisse testatur Eupolis Baptis. Meminit et Plato (Comicus puta) in fabula Διὸς κακουμένου (male apud hunc Schol. καλουμένου). Porro missionem cottabi ἀγκύλην vocabant, quia dextram manum anculabant, i. e. curvabant in mittendo; hinc κότταβοι ἀγκυλητοὶ (male Aristophanis glossæ ἀγκυλητοὺς) dicti a figura manu mittentis. Præmium autem, quod κοττάβιον vocabatur, erat, ut puto, placenta πυραμοῦς et σησαμοειδής. Nam et Aristoteles lib. i. Rhetor. κοττάβια missa Geloni ait ab Ænesidemo, quas placentas fuisse arbitratur, ad formam lancium illarum vel κοττάβων factas, Cœlius Rhodiginus: quamvis potior est sententia eorum, qui κοττάβια oppidum faciunt apud Aristot. Sane κότταβοι proprie est sonus, qui ex residuo in phiala vino redditur et quo pavimentum elidebatur. Nam id etiam fuisse Romanis, non solus Horatius testatur, qui ait 'mero tinguet pavimentum superbo,' sed et Plinius lib. 14. ubi ait de iis, qui ἀμυστὶ

et ἀπνευστὶ bibebant et totum calicem uno hauriebant potu, ' nihilque ad elidendum in pavimentis sonum ex vino reliquisse.' Ubi quidam *summum* legunt, quorum sententiæ non accedo. Sane ab illo sono existimo Plautum dixisse in pretiosa fabula Trinummo 'bubulos cottabos,' quasi flagra ad infligendas plagas, etsi Alciatus *collabos* mavult, qui sunt bubuli nervi. Ego *cottabos* malim. Nam si collabi buculæ nerviæ, quorsum *bubulos* addidit? Ceterum in illo cottaborum lusu semper amicarum mentionem injectam constat ex Achæo et Callimacho his versibus: Πολλοὶ δὲ [imo καὶ] φιλέοντες ἀκόντιον ['Ακόντιον] ἧκαν ἔραζε | Οἰνοπόται κενὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. ubi legendum οἰνοπόται Σικελὰς ausim affirmare et corrigendas glossas hujus fabulæ sub finem. Nam patet vel ex seqq. Scholiastæ verbis; ait enim, Σικελὰς αὐτὰς οὐκ ἀπεικότως ὠνόμασεν. vide de Cottabis plura ap. Athen. lib. 15. ubi et Critiæ versus de Anacreonte huc pertinentes, habes item Æschyli alios versus de Cottabo qui ἀγκυλητός. Plura præterea de his congerere piget et tædet, præsertim cum Rhodigini et Parrhasii habeamus assiduas rupto lectore columnas vel paginas potius: deinde cum nuper cottabum nobis repræsentarit in Athenæo suo Dalechampius, quem honorifice appello. Sed hoc mihi excidebat, quod ap. Hesych. voce κοτταμία legendum putem κοτάβια: ait enim esse ἔπαθλον ἄριστα κοτταβίσαντι i. qui altiorem ex jactu sonum ediderat, quique μεθυσοκότταβος dicebatur. Sed error ille ap. Hesych. manavit ex antiqua τοῦ β figura, de qua nos alibi. Fl. Chr.

345. ἰοῦ ἰοῦ Herman. Elem. doctr. metr. p. 79. Conf. ad 317. Dind.

346. Lege εἴθε μοι γένοιτ' ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην ποτέ. Bent. Hic Coronis est et εἴσθεσις chori monostrophica constans 15. versibus, quorum primus trochaicus est tetrameter catalecticus instar præcedentium, secundus ἐφθημιμερής, tertius pæonicus tetram. acatal. ex pæonibus et creticis, decimus et tertius decimus similes primo, sextus et octavus secundo; septimus cum nono et decimo quarto pæonicus δίρρυθμος, undecimus dimeter trochaicus, ultimus pæonicus τρίρρυθμος; deinde Coronis. Fl. Chr. Εἴ cum accentu, ut habet Aldina, scripsi; est enim hic idem quod εἴθε, *utinam*. Ceterum similis locus est ap. Eurip. in Cyclope 436. ὦ φίλτατ', εἰ γὰρ τήνδ' ἴδοιμεν ἡμέραν Κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα. Et ap. eundem in Rhes. 464. εἰ γὰρ ἐγὼ τόδ' ἦμαρ εἰσίδοιμ', ἄναξ, ὅπως πολυφόνου χειρὸς ἀποναίσαιο λόγχᾳ (ut multorum cædibus imbutæ manus tuæ fructum feras per hastam). In quibus locis recte vertitur *utinam* in nova Tragici editione, sed etiam scribendum fuerat cum accentu. Apud Æsch. autem in Prometh. 152. et sine accentu male scribitur et per *quod si* male vertitur: ad illum locum Scholia εἰ γὰρ exponunt εἴθε. Berg. Hic versus tetrameter trochaicus esse debet et suis nunc incedit pedibus. Vulgo soluti sunt numeri, quum sic legatur: Εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ. In B. εἰ γὰρ γένοιτ' ἰδεῖν μὲ ταύτην—. Brunck. Laboranti versui duriorem medicinam adhibuit Brunckius. Reponam: Εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν ἔμ' ἡμέραν ταύτην ποτέ. [At non cum vi quadam ἐμὲ hic dici potuit]. Sequuntur pæonici tetrameter et dimeter, quos sic digerendum: Πολλὰ γὰρ—στιβάδας, | Ἃς ἔλαχε Φορμίων. Hotib. At sine accentu εἰ, εἰ γὰρ, ita ponitur. V. Matthiæ Gr. Gr. p. 719. et Hermann. ad Viger. p. 757. Dind. εἰ γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ. τὴν ἡμέραν ταύτην ob metrum, ut et εἴθε pro εἰ γάρ. Vide Opusc. p. xcii. 346—56 et 381—391. adjeci, quomodo olim dictabat Porson.: (Στροφή.) εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην ποτε. | πολλὰ γὰρ ἀνεσχόμην | πράγματά τε καὶ στιβάδας ἃς ἔλαχε Φορμίων. | κοὐκέτ' ἄν μ' εὕροις δικαστὴν δριμὺν οὐδὲ δύσκολον, | οὐδὲ τοὺς τρόπους γε δήπου σκληρὸν ὥσπερ καὶ προτοῦ (5.) | ἀλλ' ἴδοις νεώτερον | ἂν πολὺ, χάπαλόν μ', ἀπ- | αλλαγέντα πραγμάτων. | καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀπ- | ολλύμεθα καὶ κατετε- (10.) | τρίμμεθα, πλανώμενοι | ἐς Λύκειον κἀκ Λυκείου ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι. | ἀλλ' ὅ,τι μάλιστα χαρι- | οὐμεθα ποοῦντες, ἄγε | φράζε, σὲ γὰρ αὐτοκράτορ' (15.) | εἵλετ' ἀγαθή τις ἡμῖν τύχη. | 1. εἴ γάρ μοι γένοιτ' ἰ. ταύτην τὴν ἡ. π. Ald. εἰ γὰρ ἐκγένοιτ' ἰ. ταύτην με τὴν ἡ. π. Rav. 2. ἠνεσχόμην Ald. 3-5. Ita Ald. Nescio qui Porsonus. 6-8. ἀλλ' ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴ. καὶ πολὺ νεώτερον, ἀπ. Ald. 10. ἀπωλλύμεθα, ut hic, tres primæ. Tacite, sed recte, ut opinor, ἀπολλ. Kusterus et Brunckius. κατατετρίμμεθα omnes. (κατετριμ. Rav. quod vel ex κατατ. vel κατετ. depravari potuit.) Ut dedi, Porsonus; incogitantia fortasse mera. 12. σὺν δ. σὺν ἀσπίδι τε Ald. sed τε om. Rav. Vide Vesp. 1076. 14. ποιοῦντες Ald. Dobr.

347. Versus est dimeter pæonicus, ut sunt quinque alii in hoc chori cantico, nempe 351. 2. 4. 7. 9. quod qui percepit, statim animadvertit vitium vulgatæ scripturæ πολλὰ γὰρ ἠνεσχόμην. Brunck. Cod. Rav. et Venet. ἠνεσχόμην. Dind.

348. στιβάδας. Sub dio et humi jacere militaris mos erat; toros στιβάδας a calcando dixerunt. Ipse Hector sic dure et

molesto in militia sese habuit, ut coleret χαμεύνας φυλλοστρώτους, ut est apud Rhesum, quem non Euripidi doctiores, sed Sophocli tribuunt et olere videtur characterem Sophocleum. De hoc Phormione duræ etiam et præfractæ vitæ, qui dux olim navali prælio bis vicit Lacedæmonios, meminit Pausanias in Atticis et Asopichi cujusdam filium facit. Fl. Chr. Phormio celebris dux. Dicit autem huic στιβάδας sortito obtigisse, quia cubili uteretur, quali solent milites, duro et vili. Forte etiam alludit ad nomen, dum Phormioni tribuit στιβάδα, quæ ex eadem fiebat quandoque materia, ex qua et φορμός. In Plut. 541. ἀντὶ δὲ κλίνης στιβάδα σχοίνων. Jul. Pollux x. 169. ἐν δὲ τῷ Γηρυτάδῃ ὁ Ἀριστοφάνης λέγει Φορμῷ σχοινίνῳ. Huic Neptunum dicit esse φίλτατον in Eqq. 558. Eumdem in Lysistr. dicit esse asperum erga hostes v. 805. Berg.

351. Male inserta particula γε metrum itidem pessumdat. Eam non agnoscit cod. B. in quo scriptum, ut edidimus, ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις. Pessime in A. ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴδῃς. Brunck. Hermannus in Lib. de Metr. p. 362. ubi observat, trimetrum pæonicum rarius occurrere, nec nisi dimetris clausulæ loco adjunctum, totum h. l. ita legit: ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις | καὶ πολὺ νεώτερον, ἀ- | παλλαγέντα πραγμάτων. | καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ- | πολλύμεθα καὶ κατατε- | τρίμμεθα, πλανώμενοι | ἐς Λύκειον κἀκ Λυκείου ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι. Dind.

354. Scholia: τὸ Λύκειον etc. Lyceum erat gymnasium Athenis, ubi, antequam irent in bellum, exercebantur. Berg. Cod. Rav.: ἐς Λύκειον, κἀκ Λυκείου, σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι. quam scripturam veram esse, δορὶ in δόρει mutato, viderunt Herman. apud Erfurdtium ad Sophoclis Ajac. p. 628. et Buttman. Gr. Gr. t. i. p. 230. Vid. Etymol. M. c. 284. 38. et Zonaram t. i. c. 564. coll. Vesp. v. 1081. — Λυκεῖον Brunck. et Inverniz. tacite, eodem errore quo in Geographo Tzschuckius. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 369. et not. ad Etymol. M. t. ii. c. 954. Dind. ἀσπίδι sine τε Suid. ed. Ms. σὺν δορί. Pors.

355. Eurip. Hipp. 1261. τί χρὴ τὸν ἄθλιον δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί, φρόντιζε. Berg. Perperam in ed. Lips. ὅτι expressum. Reponendum ὅ τι. Dind.

359. Historia hæc de Cilliconte recitatur a Suida et Hesychio, qui ait eum vocatum prius Achæum. Hæc fere est: Prienensibus (vel ut ait idem Hesych., regiis ducibus) Miletum insulam prodidit Cillicon, cumque ex eo quærerent, quidnam facturus esset, respondit πάντα τἀγαθὰ, aut potius οὐδὲν πονηρόν. Paulo post hanc insulæ traditionem Theagenes quidam (quem σόρωνον cur vocet Scholiastes, non scio; nisi mendum est in trajectione litterarum et Σύρνιον potius legendum; nam Syrna urbs etiam Cariæ, unde *Syrnius*) divertit Samum ibique carnes cœpit vendere. Ab eo emturus Cillicon cum indicaret, qua scindi sibi vellet, manum extendit, quam ille sublato cultro abscidit addiditque, *numquam tu manu ista aliam urbem trades*. Hinc vulgo proditores Cillicontas vocabant, ut Democlidas hospites mœchos, Eurybatas scelestos, Timarchos flagitiosos et consuetos. Apud Ciceronem l. vii. epp. famil. ep. 24. 'Habes et istius Salaconis.' Et epist. 18. l. 16. 'Salaco (vel heluo) nequissimus.' Quid si utrobique legas *Cillico?* Tamen idem Suidas in v. Πονηρὸν non Cillicontem, sed Calliphontem vocat, et Callimachi testimonium laudat: Μὴ σύ γε Θειόγενις κόψαις χεῖρα Καλλιφῶντος. Lege, χέρα Καλλιφόωντος et Θειαγενές. Fl. Chr. Id est, πάντ' ἀγαθά. Ad historiam alludit, quam refert Schol. et ex eo Suidas: ἐπὶ πονηρίᾳ ἐτεθρύλλητο ὁ Κιλλικών, ὃς προὔδωκε Μίλητον Πριηνεῦσι· πυνθανομένων δέ τινων πολλάκις αὐτοῦ, τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε πάντα τἀγαθά· καὶ ἔστι παροιμία· πάντ' ἀγαθὰ, ὡς ἔφη Κιλλικών. Vid. Hesych. in Κιλλικὼν et in Δημοκλεῖδαι. In A. ut ap. Hesych., scriptum Κιλλικῶν, melius notato accentu, quam vulgo. Brunck. καλλικῶν Suid. Ms. πονηροῖς. et sic (ὁ καλλιφῶν om.) quater. In Callim. θειόγενε—καλλικόωντος. Pors.

360. οὐκοῦν — Scholia: "si quando plures Athenis essent condemnati ad mortem, non omnes uno die interficiebantur, sed sortitionem subibant singulis diebus, et quem sors tetigisset, mors sequebatur; itaque uno die unus moriebatur. Quandoque etiam pœnitentia ducti reliquos servabant. Cum autem Mercurio tribuantur sortes, joco ad eum hoc dicit." Nempe Mercurium directorem sortis efficere posse, ut Trygæum, tanquam condemnatum cum aliis pluribus, primum aut inter primos tangat sors, secundum quam ei moriendum sit, et non relinquatur inter postremos, qui sperare possunt adhuc salutem. Berg.

361. οἶδ' ὅ τι. Male vulgo conjunctim ὅτι. *Quum sortibus ducendis sis præses, scio quid facturus sis*: id est, *spero propitium te mihi futurum esse*. Schol. παίζει πρὸς τὸν Ἑρμῆν. ἐπειδὴ, ὅταν πολλοὺς κατεδίκαζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀποθανεῖν, οὐκ εἰς μίαν ἡμέραν πάντες ἐφονεύοντο, ἀλλ' ἕκαστος ἐκληροῦτο καθημέραν καὶ τῷ κληρωθέντι θάνατος ἐπῄει. καθημέραν οὖν εἷς μόνος ἐτελεύτα. ἔστι γὰρ ὅτε μετεμελοῦντο

καὶ τοὺς λοιποὺς ἔσωζον. ἐπεὶ οὖν οἱ κλῆροι Ἑρμοῦ, παίζων τοῦτο λέγει. Brunck. Usitatissimæ in sententiis extremis formulæ οἶδ' ὅτι, εὖ οἶδ' ὅτι, ut est Lys. 154. Vid. F. A. Wolf. ad Demosth. Leptin. §. 147. Dormitavit Brunckius, cum legendum censuit divisim ὅ τι. Nam ut nihil dicam de verbis transpositis, adversis hæc frontibus concurrunt, simul et sperare Trygæum et desperare. Inest autem spei significatio in istis: οὐκοῦν, ἢν λάχω, *siquidem sors id jusserit*, ut bene vertit Flor. Christianus; nam male ibidem Brunck. *siquidem sortitio fiat;* contra hæc Ἑρμῆς γὰρ ὢν—οἶδ' ὅ τι plane contrarium denuntiant, siquidem sortes directæ ex libidine Mercurii, Trygæo irati, nihil huic boni sunt allaturæ. Quin sortiendi præses Mercurius sortibus et hic usurus dicitur, κλήρῳ ποιήσειν τὸ πρᾶγμα, respiciturque simul ad morem Athenn., qui, ut ait Schol., ubi multos condemnaverant, non omnes uno die statim necabant, sed singulos singulis diebus, ut veniæ locus esset. Hinc Trygæus, ingeminante suum ἀπόλωλας Mercurio, quærit, ἐς τίν' ἡμέραν; *in quem diem?* Nihil igitur sollicitanda est lectio vulgata. Hotib. Vid. Schæfer ad Bosii Ellip. p. 799. Dind. I will venture an amendment: Ἑρμῆς γὰρ ὢν μὲ περιποιήσεις οἶδ' ὅτι. κλήρῳ seems to be a gloss which has crept into the text. John Seager.

362. Tangit Athenn. vetustum morem, qui cum multos condemnassent, non omnes uno die statim necabant, sed unus diem quisque suum sortiebatur. Sæpe enim condemnantes judices pœnitentia tangebat et sic reliqui servabantur salvique tandem rebus prolatis evadebant. Erant autem sortes proprie Mercurii, et, cui primum sors contigerat, eum solebant *Mercurium* vocare: nam propterea virgam soporiferam habebat. Apud Romanos in capiendis Vestalibus ducebantur sortes, et apud Maronem est, 'Laocoon ductus sorte sacerdos.' Erat enim mortis mundanæ imago sacerdotalis Vestalium vita, et *ducere* apud bonos auctores dicebant pro eo, quod est ad supplicium trahere. Recte autem ait ἠμπόληκα; est enim Hermes ἐμπολαῖος et κερδῷος, i. e. Mercurius et Lucrinus. Fl. Chr.

363. ἀλλ' οὐδὲν — Quasi unus tantum modus sit pereundi, aut certissimus, in bellum ire, dicit, se nec viaticum adhuc parasse ad proficiscendum eo, nedum ut ibi perierit. Berg. Jocus in militiam, tanquam si ea esset certissimus pereundi modus. Milites et nautæ in expeditionem profecturi viatica sibi comparabant: quem morem equos etiam observasse, facete narrat chorus Eqq. 599. Brunck.

364. πυρὸν Suid. in Ἐμπολή. Bent. ἄλφιτον Suid. v. ἐμπολή. ἄλφιτ' Ms. Pors.

365. ἐπιτέτριψαι. Schol. Græcus hanc vocem putat accipiendam ἐπὶ κατάρᾳ, quem ego sequutus *diris devotum* dixi et *perditum:* nam Grammatici ἐπίτριπτον illam ἀπώλειαν exponunt. Sed miror quod ille glossographus ait, hoc verbi interdum ἐπὶ ὑπερηφανίᾳ τάττεσθαι. Mihi enim hoc non sit verisimile, legebamque ἐμπειρίᾳ, non ὑπερηφ. Nam θρύπτεσθαι est σεμνύνεσθαι. Tamen suspendo arbitrium, et quia apud Suidam invenio θρύψομαι pro συντριβήσομαι, jam desino mirari et unam utriusque verbi originem esse puto, præsertim cum sciam, hæc verba modo per ι modo per υ scribi solere. Fl. Chr. Sed erat ad litteras τ, θ, quoque respiciendum. τρίβω est a τέρω, θρύπτω a θρύω, unde θραύω ductum. V. Lennep. Etym. p. 748. et 262. ed. sec. Dind.

366. ἀγαθὸν τοσ. λ. Quasi optimum sit temporibus duris, qualia tunc erant, periisse; qui enim periit, liberatus est semel a malis. Sic in Acharnn. 755. cum quidam dixisset, ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ' ἔπραττον τῇ πόλει, ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα, alter inquit, αὐτίκ' ἄρ' ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. Berg. Jocus est in ambiguitate verbi ἐπιτέτριψαι, *contritus es*, quo Mercurius significat eum jam periisse, at obsceno sensu id accipiens Trygæus, respondet, *ego vero, quem subigi et pædicari ais, quomodo non sensi me tanto bono affici?* Brunck.

367. προειπεῖν verbum proprium est de civitatibus, ducibus, magistratibus, qui publice edicunt. V. Thuc. iv. 26. et εὑρεθῆναι de iis, qui in facinore quodam deprehenduntur. Dind.

369. ἅπασ' ἀνάγκη 'στ' ἀποθανεῖν. Sic bene scriptum in B. Vulgo, ἀνάγκη γ' ἀποθανεῖν. Eadem observatur scripturæ varietas in formulis πολλή γ' ἀνάγκη, πολλή 'στ' ἀνάγκη, de quibus vid. quæ notavi ad Eurip. Med. 1012. Brunck.

370. Qui sacris initiabantur, necesse erat, ut porcillo rem divinam facerent. Hujus ritus causam arcessendam suspicor a Præsiis Cretensibus populis, apud quos sacris initiati suem immolabant, ut videre est apud Athen. in Convivis philosophis. Fabulantur enim suem olim mammam præbuisse Jovi et grunnitu suo fecisse, ne infantis vagitus audiretur. Propterea magna suem veneratione coluerunt Cretenses et in sue operati sunt arcanum sacrificium, imo suis carnes non esitant.

Vide Dipnosophistam illum lib. ix. quem obiter illic emendandum puto cum ait *καὶ οὓς τῶν κρεῶν δαίσαιντο·* legi enim, *καὶ ὗς κρεῶν οὐ δαίσαιντο.* [Editum nunc est, *καὶ οὐ, φησί, τῶν κρεῶν δαίσαιντο.* Dind.] Nam *οὓς* transposita littera *ὗς.* Sane prima ex suibus data est hostia; aptum enim et idoneum ad sacra illud animal vel ipsum etymon arguit. *Sus* quasi *thus*, ut testantur Athenæus et Clemens Alex. in Strom. *ὗν* quasi *θῦν*. Nam *θύω*, *macto* et *sacrifico*, quia ad *θυσίας* accommodum, ut dixi. Quod etiam doctissimo Varroni visum est in libris de Re Rustica, cum ait, pecoris immolandi initium sumtum a suillo. Fl. Chr. In mysteriis sive sacris initiorum Cereris porcum mactabant initiandi; hinc in Acharnn. 747. *χοιρία μυστηρικά*, ubi vid. Not. Dicit autem ante mortem oportere se initiari, quia initiatorum melior est conditio post mortem. Chorus mysticus in Ran. 457. *μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν ὅσοι μεμυήμεθ'.* Berg. *ἐς χ, εἰς* Suid. *δραχμή.* Pors.

371. *δεῖ γάρ μυηθ.* Credebant enim melius post mortem sibi futurum, si in vita Cereris mysteriis initiati fuissent: quod diserte ait chorus initiatorum in Ran. 454. *μόνοις κ. τ. λ.* Brunck.

374. *πρὸς τῶν κρεῶν.* Joculariter et convenienter risui excitando: cum enim modo dixerit *πρὸς τῶν θεῶν*, neque quicquam hac obsecratione profecisset, addidit majorem cum allusione *πρὸς τῶν κρεῶν*, ut nidore carnium munerumque oblatione delectari Mercurium speremus potius quam obtestatione deorum. Fl. Chr. Supra 192. *τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.* Berg.

376. Lege *μέλ' ὑπὸ τοῦ Διὸς*, vel *ὑπὸ Διός γ'.* Bent. *ὦ μέλε'.* Ita edd. Aldina, Junt. et Brub. cum apostropho. Berg. *ἀμαλδυνθήσομαι.* Cum affectatione verbum hoc usurpat, ut duo sequentia *τετορήσω* et *λακήσομαι*, vere Tragicum spirantia majorisque audaciæ quam spiritus. Videtur autem inde Æschylum ridere, qui hos verborum scopulos diligit et poëta est vere *στομφάζων*, quique duobus verbis idem significantibus ad fastidium usque sæpe utitur: quo nomine reprehenditur ab Euripide in Ranarum [Arist.] fabula. Fl. Chr. Lectionem cod. Rav. *ὑπὸ τοῦ Διὸς* laudat Herman. Dind. Articulum omiserunt librarii, quia scriptum erat *ὦ μέλε* vel *ὦ μέλε'.* Id. *ὑπὸ τοῦ δ.* Suid. Ms. *τετορ.* Sic ed. Med. *τοῦ* om. Kust. Vide Append. ad Toup. p. 497. Pors. Actum agit, tum in hoc loco, tum in Menandro Suidæ v. *ὦ μέλεε*, Augustus Meineke, Cur. Crit. p. 16. quod et alibi sæpe ei contigisse ostendit Vir Doctus, *Classical Journal*, N. xxxiv. p. 306-310. Addo locum ex ejus Quæstionibus Menandreis, p. 10. "Alia ex aliis scriptoribus petita tetigi Cur. Crit. p. 33. quibus Plutarchum addas licet, vol. i. p. 156. Cor. ubi integrum habes Solonis senarium, ab interpr. non animadversum, ideoque a Brunckio cum aliis quibusdam neglectum. Neque desunt contrarii erroris exempla, cujus generis latent adhuc multa apud Athenæum, velut lib. i. p. 8. et vi. p. 230. ubi *gaudebo si qui in eadem nobis cogitandi vestigia inciderint.*" Etsi nimis iniquum, aut potius ineptum est, sicubi duo critici in eandem cogitationem inciderint, statim in altero furtum suspicari, *Nescio quid peccati portat hæc purgatio.* De p. 8. obscurior res est. Vix ignorare potuit Meinekius, a Porsono Adv. pp. 45—6. Amphidi restitutum esse versum, *ἀσύμβολον κάθευδε μὴ παραλίμπανε.* In Eubuli loco prætermissa esse a Grotio Exc. p. 659. ista, *ὅν φασι τοι κληθέντα* etc. monet Schweighæuserus. Mihi oborta est tenuis quædam suspicio, Machoni tribuenda esse. Sed illuc redeo; forsan dicet Meinekius se de tertio loco agere, nempe de his, *ἀγαθοὶ δ' ἂν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας*, etc. quæ sane si quis Cratino ademta ipsi Athenæo assignet, non valde repugnabo. Sed in p. 230. omnia, quantum video, apud Schweighæuserum rectissime distributa. An hoc vult vir doctus, verba *οἶδα δὲ κἀγὼ* etc. in antiquis editionibus Alexidi male continuari? Atqui id suspicatus est ipse Casaubonus, plane docuit Porsonus Adv. p. 78. Quare exspecto quid rei sit; et *gaudebo*, si causam ostenderit Meinekius, quominus Schutziis et Fiorillis accenseatur. Dobr.

377. Scal. *τορήσω*: sed Etymol. p. 268. *τετορήσω.* Bent.

378. *ὦ 'ρμίδιον.* Per *ὑποκορισμὸν* pro *ὦ Ἑρμίδιον.* Sed quod ait, *εἰπέ μοι*, malim *μή*, pro *μὴ εἰπέ*, vel ut cogat eum negare, se Jovi indicaturum, *dic tantum non.* Alludit autem post in finalibus syllabis, cum ait *Ἑρμῆ μηδαμῶς μὴ μηδαμῶς*, omnino ad movendum risum. Tamen ferri potest *τό μοι*, ut alloquatur chorum. Teleclides autem, ut initio diximus, dixit, *ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ κάπτε τῶν θυλημάτων.* Fl. Chr. Observes *Ἑρμίδιον* antepenultima longa, ut et infra 890. A *Σωκράτης* fit *Σωκρατίδιον* antepenultima brevi. Quanam analogia *Ἑρμίδιον* ab *Ἑρμῆς* ejusdem syllabæ quantitatem variat, vellem declarasset Dawesius, ubi de deminutivorum forma in *ιδιον* agit. Brunck. Vid. ejus Miscell. Crit. p. 213. Dind. Brunck. edidit *εἰπ' ἐμοί*, sine idonea causa, neque enim se h.

l. aliis opponit aut cum vi quadam nominat. Conjectura autem Flor. Christ. vana est. Id.

379. In Avv. 366. εἰπέ μοι τί μέλλετε. Berg. ὦ 'νδρες. Sic in A. Vulgo ἄνδρες. Brunck. Alloquitur choricos, qui velut perculsi stabant, et ne hiscere quidem, nedum rogare Mercurium audebant, ne rem proderet. Dind. Qui sequuntur versus 17. sunt de genere ἑτεροστρόφων: tres priores trochaici sunt tetrametri acatalectici, quartus pæonicus dimeter catalect., quintus pæonicus tetrameter acatalect. Hi faciunt primam stropham. Altera stropha constat ex tribus tetrametris trochaicis acatal. Cæteri sunt pæonici δίῤῥυθμοι. Nos versus versibus reddidimus et numeris numeros, elegantiam tantum abdidimus. Fl. Chr. πάσχοντ' Scaligeri Excerpta. Dind.

380. Hic τὸ πονηρὸν est ἐπίμοχθον, ærumnosum. Castigat autem ipsos rusticos vel spectatores potius, qui tacebant, quo tempore loquendum. Fl. Chr. λακήσεται. Ita reponere non dubitavi. Omnes edd. λακήσετε, male. Berg. Medium pro act. adhibuit metri causa. Reisk. λακήσεται scil. ὁ Ἑρμῆς, qui paulo ante 377. dixerat λακήσομαι. Hic etiam active significat. Male vertentem Bergleruṃ imprudens secutus sum. Verti debuit: 'O perditi, ne parcite precibus; sin minus, consilium nostrum clamore denuntiabit ille.' Seq. v. cum μηδαμῶς, μή, μηδ. supplendum etiam λακήσῃς. Brunck. λακήσεται dedit Bentl. Dind.

381. ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, μή, μηδαμῶς, μηδαμῶς, cod. Rav. Codex Venet. μή omittit. In Acharn. 334. μηδαμῶς, ὦ μηδαμῶς. ubi Elmsl. mavult μηδαμῶς, μή, μηδαμῶς. Si qua alterius loci ex altero mutandi necessitas est, facilius equidem crediderim nostrum locum ex illo corrigendum esse. Dind. (Ἀντιστροφή.) Χο. μηδαμῶς, ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, μηδαμῶς, μή, μηδαμῶς, | εἴτι κεχαρισμένον | χοιρίδιον οἶσθα παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώς, | τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τουτῳῒ τῷ πράγματι. | ΤΡ. οὐκ ἀκούεις οἷα θωπεύουσί σ' ὦ 'ναξ δέσποτα; (5.) | Χο. μὴ γένῃ παλίγκοτος | ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν, | ὥστε τήνδε μὴ λαβεῖν, | ἀλλὰ χάρισαι, φιλαν- | θρωπότατε καὶ μεγαλο- (10.) | δωρότατε δαιμόνων, | εἴτι Πεισάνδρου βδελύττει τοὺς λόφους καὶ τὰς ὀφρῦς· | καί σε θυσίαισιν ἱε- | ραῖσι προσόδοις τε μεγά- | λαισι διαπαντὸς ὦ (15.) | δέσποτ' ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. 1. 2. 3. 5. supplevi ex Aldo. 4. νομίζων ἐν τῷδε τῷ π. Ald. νομίζον (sic) Junt. 1515. Ut posui, Porsonus, partim ad Brunckii mentem. 6. παλίγκοτός τις, et 7. ἡμῖν γε. Ald. Utramque voculam om. Rav. et Ms. Brunckii. 8. τόδε Ald. Junt. 1515. τήνδε 1525. 9. χάρισ' ὦ φ. Ald. 12. εἰ πεισ. Ald. Junt. 1515. εἴτι 1525. schol. et Ms. apud Victorium. 16. ἡμεῖς om. tres primæ, non Rav. Vide Porson. ad Toup. p. 496. Utrum e Vaticano enotaverit Kust., nescio. Sed etiam tacentibus ejus notis Mss. crederem eum, ut alibi, secutum esse Msti auctoritatem. Dobr.

382. Herodotus in Clione [i. 87.] ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν—Κροῖσον ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι, καὶ ῥύσασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. Scholiastes Comici hic meminit Homerici versiculi, εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, qui exstat Il. A. 39. ubi Chryses loquitur. Berg.

383. Nescio quomodo Inv. scribere potuerit vulgo deesse part. γε. Legitur certe in omnibus edd. Dind.

384. Versum hunc oportet esse primo hujus strophæ similem, i. e. trochaicum tetrametrum integrum, sed claudicat tamen. Ut fulciatur, legerem, ἔν γε τῷδε πράγματι. Sic et versu proximum sequente legerem, ἀντιβολοῦσ' ἡμῖν γε. Fl. Chr. Non differunt ab impressis codices in hujus versus scriptura, quæ mendosa est, ut e corruptis numeris liquet. Versus est, seu potius esse debet, tetrameter trochaicus, quem vides in quinto pede claudicare. Legi possit, τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων τουτωῒ τῷ πράγματι, suppressa scilicet præposit. ἐν, quæ pro glossa adscripta mendæ originem dedisse videtur, sed mallem, κεῖνο μὴ φαῦλον νομίζων τουτωῒ τῷ πράγματι. Brunck. V. Scholia. Berg. τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων τῷδέ γ' ἐν τῷ πράγματι John Seager. τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τῷδε τῷ νῦν πράγματι Bent. νόμισον Reisk. Alii aliter: fortasse ἐν τοιούτῳ πράγματι. Dind.

386. ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν γε. Olim voluit Bent. ἄμμι γε: mox ἀντιβολῶ σ' Ἑρμῆ φίλε, collatis 408. et 202. at postea monuit Suid. in Παλίγκοτος delere γε. Bent. Vulgo sic legitur hic versus, numeris fœdissime corruptis: μὴ γένῃ παλίγκοτός τις ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν γε. In B. voculæ τις et γε non comparent, quas a mala manu infertas fuisse, nemo non statim videt. Invenustus fuit homo, qui talem scabiem Comico affricuit. Compellatio ὦ 'ναξ a choro repetita quia jam erat in præcedenti versu, imprudens omisit librarius: eam si reponas inque suum ordinem voces, elegantissimum habebis octonarium: ἡμὶν ἀντιβολοῦσιν, ὦ 'ναξ, μὴ γένῃ παλίγκοτος. Brunck. Præstat divisio versus auctoritate cod. Rav. facta. Sed Hermann. de Metr. p. 362. præterea emendat: μὴ 'πίκοτος ἀντιβολέ- | ουσιν.

ἡμῖν γένῃ | ὥστε— Recte in 'πίωνες mutatum esse videtur. Sed aliud restat inveteratum vitium, quod sic tollo, non dissentiente Hermanno; μὴ 'πίωνες ἀντί σε βωλοῦσιν ἡμῖν γένῃ. Novam tmesin quodammodo mihi tueri videor his, quæ Etymol. M. p. 112, 48-54. de augmento adnotavit, et quibusdam insolentiorum etiam tmesium exemplis. Dind. Rav. omittit γε. Id. τις et γε om. Suid. ed. Ms. παλίγε. Pors.

387. τῶνδε codex Vat. Pal. Dobr. Ald. τόδε. Bent. ὥστε τόδε Juntina i. Emendatum in Juntina ii. Dind.

388. χάρισαι φιλανθρωπότατε. In B. χάρισαι, ὦ φιλ.—Vulgo, χάρισ' ὦ φιλ. Inutilis interjectio glossema est et ejici debuit. Brunck. Χάρισ', ὦ φιλ.—Cod. Rav. et Venet. Dind.

389. Πεισάνδρου. Per ironiam, ut putat Schol., hujus tanquam bellicosi meminit, quia tanquam timidus notetur a plerisque. Sane et a Nostro Avv. 1555. ἔνθα Πείσανδρος ἦλθεν δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπεν. Berg. τι omittunt codex Venetus, Aldina et Juntina i.: agnoscit Suidas v. εἴ τι. et v. Πεισάνδρου et cod. Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403. Dind.

390. In Avv. 854. προσόδια μεγάλα, σεμνὰ προσιέναι θεοῖν. Berg. Suid. in 'Αγῆλαι sic habet: καί σε θυσίαισιν ἱερ-αῖσι προσόδοις τε μεγάλ-αις διὰ πάντες ὦ-πότνι' ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Rectissime. ἡμεῖς agnoscit Schol. Θυσίαις publice, προσόδοις privatim, διά. Nota. Singulari numero utitur παρ' ἐμοῦ γε in 383. Bent. ἀγαλοῦμεν. Videtur Schol. legisse superius ἀγλαοῦμεν. Sed ἀγάλλειν melius. Est enim ornare et mactare laudibus: quanquam una utrique originatio: sed trajiciuntur sæpe litteræ. Usus autem est tautologia, cum ait ἀεί: dixerat enim διὰ παντός. Sed voluit fortassis ostendere beneficium memorabile neque intermoriturum. Fl. Chr. [Hunc pleonasmum, qui apud Atticos non infrequens est, in voc. ἀεὶ illustrat Porson. ad Eurip. Phœn. 1422. Dind.] Scholiastes Eurip. Med. 1027. citat hunc, ut videtur, Comici locum. Verba ejus sunt: Φρύνιχος ἀγῆλαι ἀντὶ τοῦ εὔξασθαι. καὶ παρὰ 'Αριστοφάνει· Διὰ παντὸς, ὦ δέσποιν', ἀγηλοῦμεν ἡμεῖς σ' ἀεί. Καὶ Ἕρμιππος 'Αρτοπώλισιν· φέρε νῦν ἀγῆλαι τοὺς θεοὺς ἰδοῦσ' ἔσω. Male autem legitur in isto loco ἀγηλοῦμεν pro ἀγαλοῦμεν. Qui error inde est ortus, quia et ap. Eurip. est ἀγῆλαι et in loco Hermippi ἀγῆλαι, nempe in aor. primo infin. et conjunct. Putavit enim librarius similiter ἀγηλοῦμεν scribendum esse: male autem, quia verba in —αλλω tantum in aor. 1. act. et med. vocis mutant α in η. Male etiam ibi legitur δέσποινα, ut quilibet videt; si iste est locus, quem citat. Berg. δέσποιν', ἀγαλοῦμεν ἀεί. Sic recte A. ut edd. omnes vett. In B. ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Nescio unde istud ἡμεῖς in Kust. edit. venerit, anne e Vat. cod. an ex Eurip. Schol. ad Med. 1034. Undecunque sit, est a mala manu. Pæonicus hic versiculus dimeter est, ut reliqui omnes in hoc cantico pæonici. Brunck. δέσποιν', ἀγηλοῦμεν Schol. ad Euripid. Med. 1028. satis mendose. Hæc et præcedentia quasi ex Nubibus citat Etymologus M. v. ἀγῆλαι, ubi Ms. Dorvill. teste Porsono omittit Νεφέλαις, et dat προσόλοις. Paulo ante in Eupolide idem προσαγήλομ' ἐπελθόντες. Vide Append. ad Toup. p. 496. Opusc. p. 137. l. 15. et Addenda p. 372. Pors. καί—ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεὶ ced. Rav. καί σε θ. ἱ. πρ. τε μεγάλαισι διὰ παντὸς ὦ πότνι' ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεὶ grammaticus in Bekkeri Anecdot. t. i. p. 328. (ut Bekkerus edidit: nam in codice scriptum esse καί σε θ. ἱ. πρ. τε μεγάλαισι διὰ πάντες, ὦ πότνια, ἀ. ἡ. ἀεί novimus ex Ruhnkenii nota ad Timæum p. 5.) Dind.

394. Tangit omnino mores Athenn., rapto et furto gaudentium, quique sciunt, quæ bona sunt, sed facere nolunt. Fl. Chr. Fures venerari deum furum par est. Berg.

397. πείσεις με Juntina ii. Dind.

399. Optimus et doctissimus vir, Nicol. Faber, Parisiensis, qui Senecæ vetustate laborantis et mœrentis audit jamdudum refector et tibicen, persuasit mihi aliquando, ut mutarem τὸ ἡμῖν in ὑμῖν. Quam ego lectionem hominis causa judicio multum valentis et me longe superantis lubenter amplector. Etsi defendi potest altera, quod dixerit paulo ante indicaturum se facinus magni momenti, quod concipitur adversus deos omnes. Fl. Chr. Imo unice necessaria est lectio ὑμῖν tum ob v. 396. tum ob v. 402. Dind. ὑμῖν Nicolaus Faber in Scaligeri Excerptis.—ἐπιβουλεύοντε Bent., ἐπιβουλεύονται cod. Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403. ἐπιβουλεύοντες cod. Rav. ἐπιβουλεύουσι reliqui libri. Dind. In adversariis, ἐπιβουλεύω cum infin. Plato Hipparch. p. 318, 27. Ald. Demosth. Mid. p. 118, 13. scil. ed. Taylor. Pors. Vide Porsonum ad Hecub. 1161. p. 77. ed. 1808. ἐπιβουλεύονται Ms. apud Victorium, in Thierschii mei Act. Monacens. Fasc. iii. p. 403. Dobr.

401. Lege ἵνα δή τι. Bent. ἵνα τί δὲ τοῦτο δρ. Sic bene scriptum in A. ut Aldus edidit. In B. ἵνα τι δὴ, quam mendosam lectionem imperite invexit Ant.

Fracinus. In Bern. Juntæ edit., salvo quidem metro, sed prava vocum collocatione, ἵνα δὲ τί τοῦτο —. Brunck. Scriptura cod. Rav. ὅτιὴ νὴ Δία, recte ab Inv. vulgatæ ὅτι νὴ τὸν Δ. est prælata. ἵνα δὴ τοῦτο Scaligeri Excerpta. Dind. Reisk. conjecerat ante Brunck. ἵνα τί δὲ τοῦτο δρ. De ipsa structura form. ἵνα τί, quæ elliptice ponitur, v. Hermann. ad Vig. p. 849. In v. anteced. ne copula desit, (quum antea ἐπιβουλεύουσι vulgo legatur) Porson. ad Eurip. i. p. 106. ed. Lips. monet conjici posse τ. βαρβάροις τε vel προδιδόναι quod ab ἐπιβουλεύουσι pendeat, sed quia Rav. v. 409. exhibet ἐπιβουλεύοντες, (quod recepit Inv.) mavult ibi ἐπιβουλεύοντε scribi. Dind.

402. Barbari Solem et Lunam maximopere colunt. Propterea Delo et Epheso pepercerunt, cum Græciam vastarent. Sol enim Apollo, Diana Luna. Tamen apud Curtium lib. iv. Sol est Græcorum, Luna Persarum. Hic vero bonus civis Aristophanes tacite innuit, crescere barbaros ex intestina Græcorum discordia, et hos in perniciem ruere, illos in floris cacumen surgere. Nihil enim est, quod magis regni aut populi res infirmet, ac seditio civilis aut popularis, ut præclare maximus philosophus censuerit in Politicis hanc sententiam, ἀσθενὲς τὸ στασιάζον. Hac profecto imagine compelli debuit nostra Gallia, ad quam vere referre possumus, quod sapientissimus heros, divus Julius Cæsar Scaliger, de Italia cecinit hoc versiculo: 'Hæc ut sibi ne serviat, exterisne servit?' Fl. Chr.

404. Lege ἡμᾶς: vid. Schol. ἡμᾶς quoque Tyrwhittus. Bent.

405. τελετὴ est proprie θυσία μυστηριώδης, Phot. Lex. p. 422. add. Suid. h. v. Etym. M. p. 757. Zonar. ii. p. 1718. sed h. l. τελεταὶ videntur omnino sacra, sacrificia, esse, ut v. 411. omnino sunt solemnia, festa sacra.

406. παρεκλεπτέτην, in tertia duali, ut sensus flagitat. Inepte vulgo παρεκλέπτετον. In utroque cod. verbum est in tertia plurali, syllaba deficiente, παρέκλεπτον. Brunck. Alludit ad eclipses et signa, quæ tempore belli Peloponnes. notata sunt, sed ludit cum de rebus, quæ necessario et secundum naturam fiunt, κλέπτειν usurpat. Sic cum ait ἁρματωλίας, delicta et furta Athenn. intelligit, et voluit ἁμαρτωλίας, quas per Lunæ currum cursumque innuit. Fl. Chr. Rav. παρακλέπτετον. Dind.

407. παρέτραγον Suid. in ipsa voce et Ἁρματωλία. Lego ὑφ' ἁμαρτωλίας. Hesych. Ἁμαρτωλὸν, πανοῦργον μοχθηρὸν αἱμύλον. sic Thesm. 1122. Bent. ὑφ' ἁρματωλίας. Paronomasia pro ὑφ' ἁμαρτωλίας. Schol. δέον εἰπεῖν, ὑπὸ ἁμαρτίας, ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνοντες, εἶπεν ὑφ' ἁρματωλίας, ἀντὶ τοῦ, φειδόμενοι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. Ἄλλως· τῆς τῶν ἁρμάτων ἡνιοχείας. Confer finem parabasis Nubium. Brunck. Nempe miscet voces ἅρμα et ἁμαρτωλία, ut significet vitiosam aurigationem. Sic in Avv. 1562. voce λαῖμα comprehendit αἷμα et λαιμόν, ut significet sanguinem e gutture fluentem. Berg. Eadem permutatio accidit in Anaxandrid. apud Athen. i. 25. p. 34. ubi lege ἐντράγητε. Repone itidem ἐντραγεῖν pro ἐντρώγειν in Antiphan. apud Athen. ii. 15. p. 56. et exsurgent duo senarii. Ubi ex emendatione Ruhnkenii ad Timæum p. 136. pro δ' legendum est οὖ', i. e. οὖα, sorba. παρέτραγον om. Suid. Ms. Pors.

410. Inter omnimoda commoda, quæ Pax invehere solet, etiam sunt ludi et spectacula, quæ exhibet. Talem Pacem describit Homerus Il. O, per priorem urbem, quam sculpsisse Vulcanum ait in Achillis clypeo. Hic autem Græcus Scholiastes censet, magnas illas Quinquatrias (agebatur enim quinto quoque anno, et frustra est Charisius, qui quinquare pro lustrare accipit) sic [μεγάλα] vocari ad gratiæ amplificationem, non ad differentiam minorum. In quo fugit eum ratio, nam et magna dicebantur et parva: μικρῶν Παναθηναίων meminit Menander Hypobolimæo, citante Suid. Sic magna et parva erant Thesmophoria ex Thesei instituto, de quibus legendi Plutarchus et Arnobius. Fl. Chr.

411. τὰς τῶν θεῶν. Ad Cererem et Proserpinam, quæ Κόρη dicitur, referunt Græca Scholia: sed ego putem generaliter ad omnes deos. Fl. Chr.

412. Μυστήρι' Ἑρμῇ. Sic codd. et vett. edd. non interposita distinctione. Ἑρμῇ est in tertio casu: nec mirum, si, quod subscribi debuit ι, non est in primariis edd., quum perpetuo in codd. omittatur. Brunck. Διπόλει'. Ut Minervæ præcipuum honorem et cultum Athenienses tribuebant, sic magnum Jovi, quem inter alia cognomina venerabantur Πολιέα s. Πολιοῦχον, et Minerva etiam hac laude indigitabatur. Hinc dies ei solennes Pandia, Diasia, Diipolia, quæ peragebantur 14. die Scirrophorionis mensis. Ac Diipolia ista erant imitamenta, ut ait Schol., vel, ut ait Hesych., monumenta τοῦ πελάνου καὶ τοῦ βοός. Hoc quale sit, diserte describitur a Pausania in Atticis. Ait enim in Poliei Jovis ara hordeum tritico permistum (πέλανος ejus generis erat) appositum bovemque ad sacra comparatum accedere ad aram et fruges illas attingere;

Fl. Chr. Lege Διπόλει'. Lexicon Sangerman. Ms. Bekker. Anecdot. p. 91. Διισωτήριον: καλοῦσιν 'Αθήνησιν ἀντὶ τοῦ τὸν ναὸν σωτῆρος Διός. ἔστι δ' 'Αττικὸν τὸ σχῆμα· Διπολιεῖα [Διπόλια Bekker.] γοῦν καλεῖται ἑορτή. καὶ Διπολιώδη φησὶν 'Αριστοφάνης. Θουκυδίδης δὲ Διάσια καλεῖ τὴν ἑορτήν. In Nub. 980. recte διπολιώδη e Mss. Brunckius. E marg. ed. 1532. Pors.

414. Alias Apollo et Hercules dicuntur ἀλεξίκακοι. Berg.

416. Porrigit Mercurio, dum hæc dicit, auream phialam. Dind. σπένδων Ald. Pors.

417. Muneribus placari etiam deos, testatur illud, δῶρα θεοὺς πείθει. Hic præter exspectationem dixit ἐλεήμων τῶν χρυσίδων pro ἥττων. *Semper*, inquit, *vincunt me aurea munera.* Sed exspectabatur aliud, nempe, *miseret me semper urbium aut hominum.* Ut autem argenteæ phialæ ἀργυρίδες, sic aureæ χρυσίδες vocatæ antiquitus: vel per ὑποκορισμὸν dixit pro auro, ut in Babyloniis idem Comicus χρυσιδάριον usurpavit ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ. Solent enim, quod suavissimum est, ὑποκορίζεσθαι. Unde apud Tranquillum in vita fatui imperatoris: 'Rogo, inquit, quid dulcius offula?' Tamen altero sensu χρυσίδας usurparunt Pherecrates et Cratinus, sed tamen suspicor allusum ad meretrices. Nam Chrysis nomen puellare Comicum satis notum, et Venus ipsa χρυσῆ dicitur; imo, si credimus Hesychio, indigitabatur in Cypro et Chalcedone Venus ἐλεήμων. Notat Suid. h. l. τὸ ἐλεήμων esse trisyllabum et contrahi ε cum η. Quod notasse supervacuum est; neque enim tam religiose numeris se adstringit liberrimus Comicus, ut anapæstis curet parcere in hac sede, quibus frequentius utitur, quam ipsis iambis. Sed observatio Græculi cujusdam est scholastici, syllabarum captatoris, aut quem dicemus esse ipsum Sudam? Nam mihi nomen Sudæ vel Suidæ barbarum videtur, neque scio, an hac appellatione aut Lexicon aut viri nomen intelligatur. Fecisset saltem, quod his temporibus bibliothecarum consarcinatores facere amant, ut ipse vitam suam patriamque suo de claris viris catalogo alphabetico recensuisset. Sane enim notorem non habet, quod sciam. Fl. Chr. Suidas v. χρυσὶς, et Harpocrat. v. χρυσίς. Dind.

418. Sequuntur quinque trochaici tetrametri catalectici, quorum ἔκθεσιν sequuntur iambici duo; mox versiculi duo, alter ex duobus spondeis, alter ex binis trochæis; post redit ad iambicos. Legerem autem potius, ὑμέτερον δ' ἐντεῦθεν vel ὑμὸν ἐντεῦθεν. Fecit autem Aristophanes Mercurium statim consilium prius mutantem et contra quod pertendebat de Pacis extractione sollicitum, ut ostendat eum victum a patera aurea. Fl. Chr. Non opus est part. δ'. Sermo nunc a Trygæo convertitur ad chorum. Dind.

421. φράζε δημιουργικῶς. Idem quod supra 305. φράζε κἀρχιτεκτόνει. Scholia ad Eqq. 647. κοινῶς κ. τ. λ. "Vulgariter δημιουργοὶ vocabantur, qui publica munia obirent; aliquando etiam architecti, ut in Pace δημιουργικῶς pro τεκτονικῶς." Glossæ: δημιουργὸς, moderator. Berg. Suid. v. δημιουργοί. Dind.

423. In Acharn. 1062. ὕπεχ' ὧδε δεῦρο τοὐξάλειπτρον, ὦ γύναι. Berg. Nempe infundere vult, quod litetur; itaque eum subtus exhibere jubet phialam. Dind.

424. φιαλοῦμεν. Verbum hoc videtur quibusdam ab Aristoph. novatum; sed non ita est: nam antiqui usurparunt pro ἐπιβαλεῖν τῷ ἔργῳ, cum accingunt se ad opus. Hom. αὐτὸς γὰρ ἐφίηλεν τάδε ἔργα. Idem Comicus noster in Vesp. οὐδὲ φιαλεῖς οἶδ' ὅτι, etsi illic intelligitur Cacephaton. Grammatici φιάλην dictam putant quasi πιάλην, quasi liceat inde πιεῖν ἅλις. Ego putem φιαλεῖν primum dictum de libatione phialæ, inde traductum ad opus quodlibet, quod qui incipit videtur delibare. Fl. Chr. Suid. Φιαλοῦμεν: tamen cum Eustathio 'Οδ. Α. p. 1403=36. lege ἔργῳ 'φιαλοῦμεν ab ἐφιάλλω. Bent. Scribe cum Eustath. ἔργῳ 'φιαλοῦμεν. V. not. ad Vesp. 1348. Brunck. τοῖσιν θεοῖς. Sic bene A. quod absque codice etiam reponi poterat. Vulgo, claudicante versu, τοῖσι θεοῖς. Id.

426. εὐφημεῖτ' εὐφημεῖτε Juntina I. Dind.

427. τὴν νῦν ἡμέραν. Verisimile est, respexisse Comicum ad Melesippi comminationem, qui sub initium belli Peloponnesiaci, cum legatus esset missus Athenas a Lacedæmoniis, neque persuasisset Atheniensibus, discessionem fecit, dixitque in finibus terræ Atticæ [Thuc. ii. 12.]: 'Hæc dies multas et maximas clades invehet omnibus Græcis.' Nunc orationem illam mutat in melius Aristophanes, et tantum boni emersurum sperat ex Pacis conciliatione, quantum antea mali ominatus erat ex bello Melesippus. Fl. Chr.

428. Perperam in A. πᾶσι καλῶν κἀγαθῶν. V. ad Thesm. 351. Brunck.

429. Ald. χὤτις. Bent. Hic ξυλλαβεῖν non est *adjuvare*, ut antea, sed *comprehendere*, Nam apud antiquos duplicem habebat significationem, ut notat Suid. Fl. Chr. χὤστις πρ. ξυλλάβῃ. Sic

bini codd. Vulgo : χ' ὅστις πρ. ξυλλάβοι. Per Atticam crasin καὶ ὅστις coalescit in χὤστις, ut καὶ ὁ in χὡ, καὶ ὅπως in χὤπως, aliaque hujus generis multa. Male infra 655. divisim excusum fuit χὤς τις, quod leve vitium e prioribus remansit. Sic καὶ ὅσον coalescit in χὤσον, quod reponendum in Thesm. 747. σχεδὸν τοσοῦτο, χὤσον ἐκ Διονυσίων. Eadem, qua hic menda Kusterus ediderat χ' ὅσον. Ego vero male e vett. libris καὶ ὅσον. Brunck. ξυλλάβοι, quod Rav. tuetur, est, prehenderit, attigerit. Dind.

431. Cod. Rav. omittit με. Scribe διάξειν τὸν βίον. Dind.

432. σκαλεύοντ' ἄνθρακας, *ventilantem carbones*, ut solent, qui in agris sunt. Nam dum glandes torrent, movent carbones. Fortassis autem per ἄνθρακας innuit τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Nam et *glans* vocatur τὸ τοῦ ἀνδρὸς, et huic nequitiæ proprium verbum est τὸ σκαλεύειν, ut et *fodere* Latinum, quod a Grammaticis exponitur ἀκολασταίνειν. Sic etiam σκαλαθύρειν pro συνουσιάσαι, et usus est poëta noster in Concionatricibus. Sane non abest, quin sub utraque voce lateat obscœnus sensus, ut et mox, cum ait κριθάς. Fl. Chr. In Acharn. 1013. τὸ πῦρ ὑποσκάλευε. Sed aliquid obscœni videtur latere sub σκαλ. ἄνθρ., ut Schol. putat: ἢ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἄνθρακας λέγει. Sane et σκαλαθῦραι, quod ejusdem est cum σκαλεύειν originis, obscœnum est in Eccl. 611. quem locum citat Florens. Berg. Infin. διάγειν ab εὐχώμεθα pendet, et μὰ Δί' ἀλλὰ est, *imo*. Dind. Negligenter hæc citat Suidas v. σκαλεύειν. A cod. Venet. abest με. Fort. διάγειν γε. Id.

433. Chorus et Trygæus, amœbææ personæ, non bellicosos sed belli causas insectantur satyrice. Fl. Chr. δὲ om. Suid. Ms. ὠλέκρανον. βούλεται εἶναι Suid. Ms. Pors.

434. μηδέποτε παύσασθ' αὐτὸν ὦ Διόνυσ' ἄναξ. Sic ad literam Ms. sed in loco priori παύσοιτο. Pors.

435. Telorum spicula ἀκίδες. Sed quorsum bis diris belli faces dividit, cum Lacedæmonii non sint τοξόται, sed stataria magis pugna gaudeant? fortassis quemvis *mucronem* intelligit. Ὠλέκρανα autem vocat flexuram brachii in acumen desinentem, quam *cubitum* vocamus, quia hac parte cubamus. Dicta sunt quasi τῶν ὠλένων κρανία, *ulnarum capita*. A flexura illa etiam dicti ἀγκῶνες. Corrigendus ea voce Hesychius, apud quem legitur ὠλέκρανα, ἀγών. Tu repone ἀγκών. Fl. Chr. Hesychius: ὀλέκρανα, οἱ πήχεις, τὰ ἐπὶ τῶν ἀγκώνων ὀστᾶ. καὶ ὀλέκρανες, τὰ αὐτά. Brunck. Lege partim ex Suida v. ὠλέκρανον cum Kustero, παύσαιτ' αὐτὸς —— ἐξαιρούμενος. Sed nunc video vulgatam lectionem omnino servandam. Vide ad Acharn. 230. Pors. ὀλεκ. Ms. ἐξαιρούμενον Ms. loco secundo. Id.

437. Legebatur ὦ πότνιά γ', ἐν ταῖς μάχαις. Cod. Rav. et Venet. ὦ πότνι', ἐν ταῖς μάχαις. Dind.

438. Cleonymum hanc ῥιψασπίδα non hoc solum loco, sed inferius etiam naso suspendit adunco, etiam exagitatum in fabulis Vespp. et Nubb. Fl. Chr. οἷά περ Κλεώνυμος, id est, fiat ῥίψασπις. In Nubb. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Hic in Pac. 677. de isto: εἰ γάρ ποτε ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγένετο. Brunck.

439. Suidas Δορυξόος: vid. 541. immo δορυξοῦς: [sed] δορυξέ in 1226. Bent. δορυξόος. Sic in edit. Bern. Juntæ et apud Suidam est, qui hunc versum citat in Δορυξόος. Vulgo δορυξὸς, quæ forma rarior occurrit v. 1213. sed ex metri necessitate, ut minus mirer damnatam eam fuisse auctori Etymol. M. p. 283. δορυξόος, ἐκ τοῦ δόρυ καὶ τοῦ ξέω· οὐδεὶς δὲ λέγει Ἑλλήνων δόρυξος, ἀλλὰ δορυξόος. καὶ κατὰ συγκοπὴν, δόρυξος· ἔστι δὲ τόπος, ὅπου ξύονται τὰ δόρατα. Brunck. κάπηλος ἀσπίδων. De cocionibus intelligit, quos μεταβολεῖς, i. e. *permutatores* vocant (olim enim *permutare* erat *vendere*), neque accipiendum de clypeorum artificibus, sed de iis, qui ab illis accipiunt, ut pluris vendant. Fl. Chr. Quod scripsi, *rariorem formam* δορυξὸς *occurrere* v. 1213. *ex metri necessitate*, falsum est. Nam quod illic legitur δορυξοῦ, id ipsum est e recto δορυξόος, contracto nimirum pro δορυξόου. Brunck. εἴ τις codices Rav. et Venet.— δορυξὸς tuentur codices Rav. et Venet. Vid. Buttmanni Gr. Gr. t. i. p. 156., Schæfer. præfat. ad schol. Apollonii p. xv. Dind. δορυξόος Suid. in v. et mox ἦν ἐμπολῶν. δορυξός. Sic bis Suid. Ms. in v. et mox ἵν' ἐν πολλῷ. Pors.

440. ἵν' ἐμπολῇ. Sic scriptum in A. et fuerit a themate ἐμπολέω, quod agnoscit quidem Henr. Stephanus in Thesauro: sed illud vereor ut sit sincerum. ἐμπολάω est ap. Comicum Thesm. 452. Vesp. 444. Sophoclem Antig. 1037. κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σαρδέων ἤλεκτρον. Trachin. 93. κέρδος ἐμπολᾷ. Formam quam imprudens hic recepi, nescio an in poëtis Atticis occurrat. Reponenda itaque cod. B. et impressorum lectio, ἵν' ἐμπολᾷ. Brunck. Sinceram hanc lectionem, quam temere mutaveram, adstruunt Piersono observata ad Mœridis glossam : ἐμπολῆσαι.

τες, 'Αττικῶς· ὠνησάμενοι, 'Ελληνικῶς. Id. Vulg. ibi, ὠνήσαντες, sed ita corrigendum esse docuerunt edd. Dind. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 584. Id.

441. Vid. not. ad Nub. 7. Brunck.

442. κἤν τις—ξυλλάβῃ. Solœce vulgo, κεἴ τις μ. ξυλλάβῃ. Brunck. [Nam apud Atticos εἰ non construitur cum conjunct. ne in ἀνθυποτάκτοις quidem. v. Hermann. ad Vig. p. 831. Dind.] στρατηγεῖν βουλόμενος. Hoc tam in Cleonem, qui Thracicam expeditionem ambivit, quam in Alcibiadem dictum est. Maximus Tyrius: ἐπιθυμεῖ Κλέων Σφακτηρίας, Θράσυλλος 'Ιωνίας, 'Αλκιβιάδης Σικελίας. Sed præcipue in Alcibiadem, qui juvenis admodum ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει, ut ait Thucydides sexta συγγραφῇ [c. 15.], bellum Siculum movit, tempore belli Peloponnesiaci, ut videre est apud Justinum. Quin ut imperator crearetur in classica illa expeditione persuasit facile belluæ illi multorum capitum, quamvis renitente Nicia collega, cui cum Lamacho post Alcibiadis transfugium commissa postea fuit summa totius belli. Sane ipse Alcibiades in ea demegoria, quam habuit ad Athenienses, scriptore et auctore principe illo historico, et qua Niciæ orationi, qua se punctum et læsum agnoscit, respondet, in ipso statim principio sibi deberi præturam imperiumque audacter pronunciat his verbis, quæ, ne corrupta legas cum scholiis Græcis, apponam [Thuc. vi. 16.]: καὶ προσήκει μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ 'Αθηναῖοι, ἄρχειν, (ἀνάγκη γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, ἐπειδή μου Νικίας καθήψατο), καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω. Quæ vero Nicias in Alcibiadem dixerat confusa et inemendata apud eundem Schol. sic lege [Thuc. vi. 12.]: εἴτε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ἐκπλεῖν ὑμῖν τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν ἄλλως τε καὶ νεώτερος ὢν ἔτι εἰς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς, μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι. Qui Suidam voce Σίφνιοι consulet, quædam ex hac historia temere illuc inferta deprehendet et magnam verborum confusionem. Fl. Chr. Hæc in Alcibiadem tendere putat Schol., qui Athenienses impulit ad expeditionem in Siciliam suscipiendam citatque locum Thuc. ex l. vi. apud quem Nicias hæc in Alcibiadem dicit; εἴ τε τις ἄρχειν κ. τ. λ. De talibus, qui gloriam sibi aut emolumentum quærentes bella movent, Euripides in Suppl. 232. οἵτινες τιμώμενοι Χαίρουσι, πολέμους τ' αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης, Φθείροντες ἀστούς, ὁ μὲν ὅπως στρατηλατῇ, 'Ο δ' ὡς ὑβρίζῃ δύναμιν εἰς χεῖρας λαβών, 'Αλλος δὲ κέρδους οὕνεκ', οὐκ ἀποσκοπῶν Τὸ πλῆθος εἴ τι βλάπτεται πάσχον τάδε. Berg. κεἴ τις libri omnes, etiam Rav. et Venet. εἴ τις Suidas v. τροχός. Dind.

443. δοῦλος αὐτομολεῖν. Thucydides l. v. [c. 14.] dixit αὐτομολούντων τῶν Εἱλώτων, i. e. transeuntibus ad hostes; sunt enim αὐτομόλοι transfugæ, et qui ad barbaros fugiunt, ut recte Sophocles in Phædra dixit: αὐτομόλως, i. e. proditorie. [V. Brunck. Lex. Soph. v. Αὐτομόλως. Dind.] Pherecrates fabulam docuit hoc titulo. Talis vero videtur fuisse Alcibiades, qui ἑκὼν ἔφυγεν, i. e. ηὐτομόλησεν, quemque hic servum vocat vel propter fugam vel propter Cœsyram, quæ Megaclem filium habuit, quæque serva existimata fuit: nam propterea servum vocari Alcibiadem autumat Scholiastes Græcus. Et tamen reperio Cœsyram fuisse nobilem et usque adeo superbam, ut Eretriensibus locum dederit dicto proverbiali κοισυρεῖσθαι, quod est μέγα φρονεῖν. Sane Suidas (nescio quibus auctoribus, non enim laudat) scribit, eam fuisse Megaclis et Lamachi matrem et Alcmæonis uxorem, unde Alcmæonidæ, gens Athenis nobilissima, quamvis Schol. in Ranis [imo Nub. 48. cf. ibi Not.] Pisistrati faciat uxorem. Ne multa; variant nimirum quantum boni auctores in hujus prosapiæ veritate indaganda, neque ullus veterum, qui de Alcibiade scripserunt, verbum ullum de Cœsyra; quamvis feratur matrem habuisse, quæ ancilla vel peregrina fuit, quod nomen postea astute expunxit, ut putem τὸ δοῦλος positum pro ὡς δοῦλος: servile enim est fugere, et *fugitivus* pro servo. Horatius: 'Utque sacerdotis fugitivus liba recuso.' Bis autem fugere accidit Alcibiadi Aristophanis temporibus. De secundæ fugæ tempore digladiati sunt historici, atque inter eos Andron et Xenophon. Sed hic de prima discessione agi, facile adducor, ut credam vel ex optimo auctore Probo [Corn. Nepote] qui ejus vitam castissime condidit. Nam eodem tempore cum ad Lacedæmonios transisset, auctor fuit iis Deceleæ muniendæ, quod munimentum res Atheniensium ita inclinavit viresque fregit, ut tanquam obsessi viderentur. Fl. Chr. Super his verbis sic hariolatur Schol.: πάλαι πρὸς 'Αλκιβιάδην, ἐπεὶ πρὸς Λακεδαιμονίους φυγὼν αἴτιος ἐγένετο τοῦ Δεκελείαν αὐτοὺς ἐπιτειχίσαι. Nullam habet rationem temporis hic Scholiastes. Nam hæc multo post evenerunt. Sequitur hunc errorem etiam Christianus. Sed fugæ servorum evenerant et Helotarum ad Pylum, ut testatur Thucyd. lib. v. (αὐτομολούντων τε τῶν Εἱλώτων); et proculdubio etiam A-

thenis, dum Peloponnesii ad Acharnas et alios Atticæ pagos castra habebant. Quæcunque ad h. l. notavit Christianus, nullius sunt momenti, et dum putat servum ηὐτομολῃκότα vocare, nugas agit; nec melior Schol., qui falso scribit Aristophanem in Nubb. dixisse, Cœsuram esse servum, et, ut uno verbo dicam, futilis omnino et nullius pretii est ille Scholiastes, quem proculdubio rejecisset Marcus Musurus, si huic editioni præfuisset. Suspicor quendam neotericum Græculum tanquam antiqua scholia sua deliramenta nobis obtrusisse. Nam Marcus ille Musurus, vir doctus, in septem primas Comœdias tantum Scholia antiqua compilavit, numerando scilicet eodem ordine, quo editæ sunt, ut ad finem Scholiorum ad Ὄρνιθας scriptum est. PALMER.

444. ἐπὶ τοῦ τροχοῦ. Qui fugerunt servi, aut furtum fecerant (hæc enim duo vitia quasi conjuncta et propria servorum esse probra docuit in Paratitlis in Codicem opere arduo et perfecto non solum juris Romani primarius interpres, sed in omni scientiarum genere familiam ducens Cujacius), flagrorum verberibus cædebantur ad rotam vincti; unde verberones et mastigiæ. Hoc voluit Horatius in Satyra: 'Non furtum feci, nec fugi, si mihi dicat Servus, habes pretium, loris non ureris, aio;' ubi pretium est pro mercede et benefactorum compensatione, etsi vox illa in bonam et malam partem accipiatur et sit τῶν διττολογουμένων, ut ὄμνειν apud Græcos. Catullus dixit [lxvii. 2.] 'magno cum pretio atque malo,' quod Callimachus [Lav. Pall. 102.] μισθῷ μεγάλῳ, ubi Politianus, *mercede ingenti* dixit; mallem, cum pretio ingenti. Sed hæc obiter dicta. Cæterum fugitivis servis ad barbaros (quod fecit Alcibiades) cavit Imperator Constantius amputati pedis debilitatione et ad metallum datione, ut videre est lib. vi. Cod. Tit. 1. l. 3. Manus amputationem etiam adhibebant secundum criminis qualitatem, sed furtum aut fugam non mors, non membri amputatio sequebatur; pœnæ hæ graviores graviora crimina persequebantur, quamvis manus amputatio furtum, pedum amputatio fugam merito puniturа sit. FL. CHR. Vid. Plut. 877. BERG.

445. ἰὴ Παιών, ἰή. Hoc fuit ἐφύμνιον solenne, quo Apollinem laudabant. Originem ejus acclamationis a Latona usque petendam censent doctiores, quæ cum imprudens propius accessisset antrum Pythonis serpentis, ne opprimeretur cum Diana et Apolline, puello jam sagittis armato, animos fertur puello addidisse, ἵε παῖ, ἵε παῖ; monens ut tela in bestiam mitteret. Hinc obtinuit mos (qui nunquam veterascens minuitur, sed sæpe cum Assyrio flumine σύρφετον ἕλκει), ut ἰὲ παιὰν dixerint. Sane inde *iamborum* origo ἀπὸ τοῦ ἵειν καὶ ἀναβαίνειν (ut recte censet vir incomparabilis et literati mundi Sol unicus, Julius Cæsar Scaliger), quia in mittendis telis insurgere solent τοξόται. Aristophanes voluit ludere in verbis Παιὰν et παίειν, quia παίειν *cædere* est et bello magis proprium; unde *pavire* Latinum; ἵειν vero levius; nam et pace mittuntur tela et sagittandi ars exercetur: sed in Pæonibus acclamabant ἰὴ vel ἰώ. FL. CHR. τὸ παιὼν Elmsleius ad Acharn. p. 38. DIND.

446. ἄφελε τὸ παίειν. Propter malum omen. Nam in bello cædunt et feriunt, a quo isti abhorrent maxime. BERG.

447. ἰὴ τοίνυν, ἰή. Sic B. omissa quæ vulgo inseritur particula. BRUNCK. Scil. vulg. est, ἰή, ἰὴ τοίνυν γ', ἰὴ μ. λ. Corrupit metrum Inv. recipienda aberratione librarii Rav.: ἰὴ τοίνυν, ἰή, ἰὴ μ. λ. Sed γ' tamen delendum inde quoque patet. DIND. ἰὴ τοίνυν γ', ἰὴ ἰὴ μόνον λέγω ed. Brubachiana. ἰή, ἰὴ τοίνυν γ', ἰὴ μόνον λέγω Kust. ID. ἰὴ bis cod. Vat. Pal. (ante τοίνυν scil.) PORS.

448. Mercurium merito primum facit, quia auctor est et dux retrahendæ Pacis fugitivæ. Sed non abs re meminit sequentium numinum: sunt enim conjuncta Paci et convenientia, ut ὧραι, quæ sunt anni tempora quibus in bello nemo frui potest, neque mollibus (ut ait Maro) neque tempestivis. FL. CHR. Ἑρμῇ, Χάρισι. Conjunguntur etiam Thesm. 308. εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν, — καὶ τῷ Ἑρμῇ καὶ Χάρισιν. Subauditur autem hic in Pace εὔχεσθε aut εὐχόμεθα. BERG. Χάρ. Ὧρ. Ἀφροδ. Etiam ista conjunguntur ap. Athen. i. p. 36. Πανύασις δ' ὁ Ἐποποιὸς τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπονέμει (primam potionem tribuit) Χάρισιν, Ὥραις καὶ Διονύσῳ, τὴν δὲ δευτέραν Ἀφροδίτῃ καὶ πάλιν Διονύσῳ, Ὕβρει δὲ καὶ Ἄτῃ τὴν τρίτην. ID. Ὥραις Cod. Rav. DIND.

449. Ἄρει δὲ μή Chori sunt, Trygæi μή unicum. REISK. Nemo assensus est, et recte. DIND. Lege Ἄρει δὲ μή; ΤΡ. μή. BENT. Ἐνυαλίῳ. Distinguere videtur Martem ab Enyalio etiam Sophocl. in Aj. 179. ἢ χαλκοθώραξ ἤ τιν' Ἐνυάλιος μομφὰν ἔχων. Scholia ibi: διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου, ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ· καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων. δηλοῦται γὰρ ὁ Ἄρης ἐκ τοῦ Χαλκοθώραξ. Apud Comici Scholiastam hic notatur, secundum quosdam, Enyalium esse Saturni et Rheæ s. Opis filium, secundum quosdam Martis et Enyus; videri potest Hesych. in Ἐνυάλιος et ibi Schre-

velii nota. Berg. Sane Alcman hæc [Ursin. Fragm. Lyr. p. 71.] duo nomina interdum eadem, interdum diversa facit. Fl. Chr.

450. τοῖς κάλῳς Suid. in Ὀγκύλλεσθαι. Bent. Apud Suid. κάλοις legitur: utrovis modo legas, nihil interest; idem semper sensus elicitur. Fl. Chr. Perperam in A. ὑπότεινε δὲ δὴ πᾶς. — τοῖσιν κάλῳς. Sic bene primariæ edd. Nescio cur Kustero placuerit κάλοις. Et hoc quidem in binis codd., sed præferri debuit Attica forma. In Ran. 121. ἀπὸ κάλω, non κάλου. Eq. 756. πάντα κάλων ἐξιέναι. Brunck. τοῖσιν κάλοις, Rav. Venet. Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403., Kusterus. τοῖσιν κάλῳς reliqui libri. Dind. κάλοις ed. Kuster. κάλως ed. Ald. Schol. supra 418. hic i. e. in 1547. et in Ald. κάταγε τοῖσιν κάλως. κάταγε τοῖς Suid. Ms. scil. in ὀγκύλλεσθαι, ubi κάταγε τοῖς κάλοις edd. Med. Kust. Pors.

451. Sequitur stropha versuum xiv. cui similem post xiii. iambicos habes antistropham. Primus et tertius versus sunt palimbacchii, secundus pæon primus, quartus dactylicus duplex vel trochaicus πενθημιμερὴς vel ἡμιόλιος ex pæone quamvis in antistropha sit creticus; quintus duplex palimbacchius; sextus et septimus dimetri anapæstici; octavus ἑφθημιμερὴς ὅμοιος; nonus et decimus pæonici ex creticis; undecimus, xii. et xiii. anapæstici dimetri mixtis iambis, imo et dactylis in antistropha; decimus quartus octavo similis. Hæc etsi observatu digna sunt, tamen neque facilia neque vulgo placent. Pauci enim sunt, qui in numerato habeant veterem in metiendo et percutiendo rationem, sive quia difficultate terrentur, sive quia veteris Musicæ, et per multa jam sæcula, obliteratus usus. Mihi semper erunt καλὰ τὰ χαλεπά. Fl. Chr.

452. μάλ' εἶα ad illud Petronii μάλ' εἶα (p. 339.) solennis erat hæc formula excitandi, stimulandi aliquem. μάλα notat *rursus, magis, amplius, ultra, ulterius*. Medio quoque ævo eam usurpabant, *ultreja* dicentes. Landulphus Junior Hist. Mediol. p. 473. ed. Murat. 'Permovit juventutem Mediolanensem cruces suscipere et cantilenas de Ultreja, Ultreja cantare.' Et paulo post: 'Eamdem cantilenam de Ultreja, Ultreja, cantaverunt.' Reisk.

454. Non recte εἶα ante ἔτ. deletum est, quum ad v. 452. respiciatur. Dind. ἔτι μάλα, omisso εἶα, codices Rav. et Venet. Dind.

457. Si versus hic anapæsticus est dimeter, τὸ οὐχὶ [vulg. οὐχὶ οὐ ξυλλ.] supervacat, nocetque metiendo versui neque ad sensum proficit; sufficit enim τὸ οὐ. Sic autem distinguo: οὐ ξυλλήψεσθ', οἵ' ὀγκύλλεσθ', οἰμώξεσθ' etc. Niti frustra Bœotos ait vel potius nisum simulare per superbiam quam ὄγκον vocat. Belli cupidos ita innuit vel fœdifragos, cum eos velut pacis malignos extractores insimulat. Fl. Chr. οὐ ξυλλήψεσθ'; οἵ' ὀγκύλλεσθ'. Sic optime B. Dimeter est anapæsticus. Male in A. ut in primariis edd. οὐχὶ ξυλλήψεσθ'; In recentioribus vero pessime, οὐχὶ οὐ ξυλλ. Suidas: ὀγκύλλεσθαι; ὑψαυχενεῖν καὶ ὄγκους περιβάλλεσθαι, σεμνύνεσθαι. οἵ' ὀγκύλλεσθε, ἀντὶ τοῦ, οἷα ἐπερείδεσθε μὲν τῷ σχοινίῳ, προσποιούμενοι ἕλκειν, οὐχ ἕλκετε δέ. ἢ, τὸν ὄγκον περιβάλλεσθε καὶ ἀλαζονεύεσθε καὶ ὑπερηφανεύεσθε. Brunck. οὐ delet Ald. et mox [habet] ὀγκύλεσθ'. Bent. οὐ ξυλλήψεσθ' Rav. In Juntina ii. est οὐχὶ οὐ ξυλλήψεθ': sed in corrigendis monitum, γράφε οὐ ξυλλήψηθ'. — ὀγκύλεσθ' edd. veterrimæ. Vid. Bast. append. ad epist. crit. p. 18. Dind.

458. Ol. post ὀγκύλλεσθ' nota interr. posita, tum editum οἰμώξεσθ' οἱ Βοιωτοί. Tacite emendavit Brunck. Dind.

461. Hermann. de Metr. p. 290. ob antistrophicum ὡς κακόνοι etc. legi jubet, ἀλλ' ἄγετόν γε, ξυνέλκετε καὶ σφώ. Neque enim iambo in syzygia anapæstica locus est. Dind. Libri omnes ἄγετον ξυνέλκετον καὶ σφώ. Aristophanem tale quid scripsisse credam: ἀλλ' ἄγεθ' ἕλκετον ὦ 'γαθὲ καὶ σφώ. Aliam conjecturam per litteras mecum communicavit doctissimus vir Ahlwardtus: ἀλλ' ἄγετ', ἀλλὰ συνέλκετε καὶ σφώ. Id.

462. ἐξαρτῶμαι est: Me ex fune, quo extrahenda erat Pax, suspendo: ἐπεμπίπτειν autem Latt. verbo *incumbere* respondet. Dind.

463. κἀμπίπτω Suid. ἐξαρτήσας. κἀπεμπίπτω Ms. Pors.

465. Versus hi vulgo videntur choro esse tributi, propter δεόμεθ'. Rectius conveniunt Trygæo, cui ex Rav. sunt adscripti. Dind. Λάμαχε. Et hic, ut diximus, dux fuit cum Nicia et Alcibiade in Siciliensi bello, ubi fortiter se gessit occisusque est in prælio. Fl. Chr. ἐμποδὼν καθήμενος. Ex Pherecrate sumpsit, qui in Transfugis dixit de Argivis istis, quos hic notat, ἐπαμφοτερίζουσιν ἐμποδὼν καθήμενοι. Sic enim versum illum in Schol. emendo, et lego ἐπαμφοτερίζουσ'. Id. Supra 304. ἡμέρα—μισολάμαχος. Berg.

466. μορμόνος. Habuit pro insigni Lamachus Gorgonem, quam et *Mormonem* vocat, qua voce *terriculamenta infantium* designantur: et μορμολύκεια vocabantur tragicæ vel comicæ deformes personæ, vel

teste ipso Aristophane, qui in Amphiarao dixit, ἀφ' οὗ κωμῳδικὸν μορμολύκειον ἔγνων. Sic ap. Theocr. [xv. 40.] mater quædam terrorem incutere conatur filiolo, cum ait, μορμὼ, δάκνει ἵππος. Et, si bene memini, Callimachus [Dian. 70. Del. 297.] dixit μορμύσσεσθαι pro ἐκφοβεῖν. Latini Manias et Manducos vocabant, ut patet ex Festo. Sane Varro Cuninam et Ruminam lactentium deas inter Manias recenset. Fl. Chr. In Acharn. 582. ad eumdem istum, ἀλλ' ἀντιβολῶ σ', ἀπένεγκέ μου τὴν Μορμόνα. Alludit autem ad Gorgonem, signum in clypeo illius. In Acharn. 1094. ad eumdem: καὶ γὰρ σὺ μεγάλην ἐπεγράφου Γοργόνα. Berg.

467. Οὐδ'. Ita recte edd. Farr. et Brub. Aldina autem et Juntina et nupera εὖ οἶδε —. Berg. Argivi, quos a Laconibus Thyrea disterminat, cæterorum Græcorum rebus opimis tanquam invidi macrescebant et adversis crescebant. Itaque nunc Atheniensium fœderati erant, nunc Lacedæmoniorum, qui Argivam fidem semper suspectam habebant. Et merito. Nam Corinthiis auctoribus post ictum fœdus commune Atheniensium et Lacedæmoniorum rebus novis studuerant et vero Peloponnesi imperium adfectaverunt. Itaque non mirum si ad pacis conciliationem segnes olim fuerint. Illud πάλαι videtur arguere, proclives postea fuisse ad pacis studia amplectenda. Fl. Chr. Apposite hæc dicuntur ad annum didascaliæ a nobis assignatum. Nam anno 13. belli Pelop. pacem turbabant Argivi illato Epidauriis bello cum mille Atheniensibus auxiliariis. Thucyd. lib. v. 61. Palmer. Frob. οὐδ' Ald. εὖ. Bent. Comma post πάλαι sustulit Heindorfius ad Platonis Protagor. p. 622. Dind. εὖ οἶδε ed. Ald. Kuster. probante Toupio Cur. Posterior. in Theocrit. xiii. 15. Pors. εὖ οἶδε cod. Vat. Pal. Dobr.

469. διχόθεν μισθοφοροῦντες. Demosth. c. Timocr. ἐάν τις ἢ διχόθεν μισθοφορῇ ἢ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐκκλησιάζῃ ἢ δικάζῃ κ. τ. λ. Cæterum Argivi potuerunt et apud Lacedæmonios et apud Athenienses stipendia mereri, quia utrisque ex æquo fuerunt amici. Thucyd. lib. ii. [c. 9.] Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πάντες, πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν· τούτοις δ' ἐς ἀμφοτέρους φιλία ἦν. Et lib. v. [28.] οἵ τε Ἀργεῖοι ἄριστα ἔσχον τοῖς πᾶσιν, οὐ ξυναράμενοι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου, ἀμφοτέροις δὲ μᾶλλον ἔνσπονδοι ὄντες, ἐκκαρπωσάμενοι. Berg.

470. Lacedæmonii (ut ait princeps historicus Olorinus) animum ad pacis amorem verterunt non sponte sua, neque quod erant bello fessi, sed propter suos qui captivi erant ad Sphacteriam. Miror ergo, quod tantopere Aristophanes hostes laudat, ut ἀνδρικῶς Paci attrahendæ studere dicat. Sane suspicor legendum ἀλλ' οὐ, non autem οἱ: nam sequentia arguunt, et cum ait solos vinctos id sedulo adfectare et cum ait οὐδ' οἱ Μεγαρεῖς. Fl. Chr.

471. In carcere lignum erat vel cippus, quo pedes captivorum tenebantur, dicebaturque ξύλον vel ξυλοπέδη vel ποδοκάκκη (puto quasi ποδοκατοχὴ) vel etiam ποδοστράβη. Attici simpliciter nervum vocabant κᾶλον i. e. lignum: inde ἐγκαλοσκελεῖς qui ex lege nexi erant. Hesychius ait, sic vocari eos, qui quod debitum non solverent, ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας, pedes in nervo habebant. Cæterum cum ait χαλκεὺς, puto Cleonem αἰνίττεσθαι, qui trecentos illos Lacedæmonios captivos in Pylo et Sphacteria liberavit; nam eo spectat, quod de eodem Cleone dicitur in Eqq. 469. fabula ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται. Fl. Chr. Hic rursus delirat Schol., qui ἔχονται τοῦ ξύλου intelligit de iis, qui e Pylo fuerunt adducti, captivis, et ad hæc, ὁ χαλκεὺς οὐκ ἐᾷ ita commentatur: ὅτι ἐδέδεντο καὶ περιέκειντο αὐτοῖς πέδαι· Flor. Christianus vero ἔχονται τοῦ ξύλου interpretatur de cippis ligneis captivorum, et χαλκεὺς Cleonem putat significare, longissime a vero aberrantes. Nam Cleon pridem mortuus erat, ut ex ipsius dramatis verbis colligi demonstrabimus. Ergo simpliciter per eos, qui ἔχονται τοῦ ξύλου, intelligit ξυλουργοὺς, qui aratra, ligones, rastros, et alia pacis et arationis instrumenta faciebant, et ideo pacem expetebant, quod eorum artes in pace magis expetitæ et lucrosæ. At χαλκεὺς, cujus ars arma fabricabat, pacem impedire volebat, ne suum lucrum cessaret, et ea expositio firmatur ex iis, quæ satis facete de Atheniensium fabris et artificibus ait hac eadem fabula [548. ss.]: ἐκεινονὶ γὰρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς | τίλλονθ' ἑαυτόν; ὁ δὲ καὶ τὰς σμινύας ποιῶν | πέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ κεινουί. i. e. "Illum enim cristarum factorem non vides Se ipsum vellicantem: ille vero, qui ligones facit, Pepedit nuper in hunc ensium fabrum." Sensus planus est. Posset etiam quis non inepte interpretari οἱ ἔχονται τοῦ ξύλου magistratus, qui manum admovent gubernaculo reipublicæ: nam et eodem loquendi genere utitur infra in Lysistr. 313.: τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῦ ξύλου τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν, i. e. *quis manum admovebit gubernaculo?* vel, *quis negotia capesset?* Sed prior interpretatio est simplicior et magis

obvia, et, ut reor, is fuit sensus poëtæ. Facessat ergo ea de captivis e Pylo adductis interpretatio, qui statim post fœdus initum anni undecimi initio liberati fuerant, ut patet ex Thuc. lib. v. [c. 18.], qui sola fax in iis negotiis. Quod si nesciunt vocem mediam ἔχομαι transire sæpe in activam significationem, et ἔχεσθαι τινὸς significare *tenere aliquid*, vel, *adhærere alicui*, næ illi ignorantes Hellenismi censeri debent. Palmer. Optime hunc locum interpretatus est Palmerius, per eos qui ἔχονται τοῦ ξύλου intelligens ξυλουργοὺς, qui aratra, ligones, rastros, et alia pacis et arationis instrumenta faciebant et ideo pacem expetebant, quia eorum artes in pace magis expetitæ et lucrosæ. At χαλκεὺς, qui arma fabricabat, pacem impedire volebat, ne suum lucrum cessaret: et ea expositio firmatur ex iis, quæ satis facete ipsi artifices et fabri Athenienses in extrema fabula loquuntur. Brunck. Rectius hæc verba, vulgo Mercurio tributa, choro adscripsit Inv. auctoritate Rav. cod. et 473. loco chori præfixit Mercurii personam. Dind.

473. Perperam in B. Μεγαρεῖς hic et infra 492. Brunck. Quia fœdifragi erant: tamen nihilominus pacem cupiebant, quia multa passi erant et bello et fame. Scholiastes notat, hæc non a Mercurio sed a Trygæo quosdam existimare pronunciari. Id ego quoque existimo, sed ut sequentia illa ἕλκουσι δ' ὅμως etc. putem a Mercurio dici. Exspecto quid censeant potiori judicio et doctrina præditi. Fl. Chr. Suid. γλισχρόν. Pors. Lege EP. ἕλκουσιν. Bent.

474. γλισχρότατα σαρκάζοντες. Athenienses odio plusquam Vatiniano Megarenses (qui belli causa erant) prosecuti sunt, ac eo usque odiis tetenderunt, ut decretum fecerint, quod Pericles ratum esse postea censuit obtinuitque, ut Thucydides in suæ fine ξυγγραφῆς α' testatur: 'Quicumque Megaris Athenas venisset, capitale crimen id ei futurum.' Quo tempore Euclides habitu muliebri Athenas nihilominus ad Socratem ventitabat et sapientiæ fructum mortis periculo pacisci non dubitabat vir egregius: raro exemplo, neque ad hoc nostrum sæculum pertinente; ut videre est apud Gellium c. 10. lib. vi. Aristophanes, ut gratiam ineat a suis civibus, invehitur in ipsos Megarenses, qui, etsi pacem cupiebant vitandæ egestati, tamen propter Athenienses differebant. Recte autem ait ἕλκουσι, quia comparat eos *catulis*, i. κυνιδίοις, qui rictum diducentes et ore adulantes omnia adpetunt carnesque adrodunt. Hoc enim est σαρκάζειν, quod ap. Hippocratem Erotianus [p. 340.] exponit τὴν ἄνω γνάθον περιτείνειν. [Galen. in Explan. voc. Hipp. p. 556. Franz. σαρκάζειν κυρίως μὲν τὸ διὰ τῆς τῶν χειλῶν δήξεως χλευάζειν· ὁ δ' Ἱπποκράτης καὶ τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συναγομένοις ἀποτίλλειν τι. Dind.] Propterea putarim notari in Vespis risum Megaricum 57. qui fortassis inde σαρκασμός: nam qui misere macentes sunt, nequeunt liberum cachinnum tollere, sed misere renident et risum (ut proverbium fert Gallicum) edunt in ipsis gutturis faucibus moriturum. Sane Eupolis Προσπαλτίοις dixit: *Nimis Megaricum putidum dicterium est.* Quamquam alia interpretatio est quamque ego secutus verti *macentes*, quia σαρκάζειν etiam est ἐξισχναίνεσθαι et ἀπονεῖν extenuari et infirmari, secundum quod dixit Hipponax σαρκοκόων λιμὸς, quod de carnositate intelligendum non puto; non enim fames vel esuritio carnem generat, sed corpus potius attenuat et carnis obesum pondus degravat. Megarensium esuritio satis nota, qui propterea liberorum suorum erant ἀνδραποδισταὶ, ut apparet ex Acharnensibus, lepida et satyrica Comici hujus fabula, ubi et improbitatem eorum perfricat et Megarensem idiotismum imitatur, non sine gratia et sale. Solebant enim Megarenses ex Attica victum petere tum propter vicinum solum, tum quia exiguus neque pascere firmus erat ipsis ager, quem colerent: sed non licebat ex Attica commoditates, quas vellent, educere, obstante bello et infestis civibus. Fortassis etiam famem innuit, ad quam redacti sunt ab Atheniensibus, qui portum eorum Nisæam muniverant. Quod autem hic Schol. γλισχρὸν intelligit *miserum*, melius putem *avidum* et λαίμαργον et συντόνως ἐπιθυμοῦντα: vel potius *lentum*. Nam sic Theophrastus lib. ii. Histor. [Plantar.] dixit γλίσχρους, ut Demosthenes in orat. c. Aristocr. de ædificiis parvis, quæ lenta opera absolvuntur, dixit μικρὰ καὶ γλισχρά. Ad hunc vero sensum accommodandum est dictum de Tiberio imperatore [Suet. Tib. 21.], 'miserandum esse populum, qui sub tam lentis maxillis esset.' Sane Latinum *gliscere* inde originem mihi trahere videtur. Fl. Chr. Citat Suid. in γλίσχρον. Bent.

475. ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ. Causa famis, quia foro Attico carendum erat ipsis durante bello, etiam antequam bellum inciperet, cum ex edicto Periclis arcerentur foro et portubus Atticis, statim penuria laborabant; hinc aliorum opem implorantes efficere volebant, ut illud edictum tolleretur; quæ etiam præcipua causa belli fuit. In Acharn. 534. ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρῆς ὅτε δὴ

'τείνων βάδην Λακεδαιμονίων ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως μεταστραφείη. In eadem fab. 729. cum Megarensis longo post tempore Athenas ad mercatum venisset, dicit, 'Αγορὰ 'ν 'Αθάναις χαῖρε, Μεγαρεῦσι φίλα· ἐπόθουν τυ, ναὶ τὸν Φίλιον, ᾆπερ ματέρα. Paulo post 751. cum ex eo quæreret Atticus, πῶς ἔχετε, ille respondet, διαπεινᾶμες ποττὸ πῦρ. Berg.

476. ὦ 'νδρες. Sic A. Vulgo ἄνδρες. Berg. ἄνδρες Cod. Venet. Dind.

482. Fo. κινοῦμέν γ'. Bent. μικρὸν κινοῦμέν γ'. Τρ. οὐ δεινὸν—dimeter est anapæsticus, ut strophicus v. 454. Hinc liquido patet, mendosam esse vulgatam scripturam μικρόν γε κινοῦμεν. Brunck. Inverniz. ex libro Rav. edidit: ΧΟΡ. μικρόν γε κινοῦμεν. ΤΡΤ. οὐ δεινὸν τοὺς μὲν τείνειν, | τοὺς δ' ἀντισπᾶν; | πληγὰς λήψεσθ', ὦ 'ργεῖοι. Ego verba μικρόν γε κινοῦμεν Mercurio tribui, οὔκουν δεινὸν scripsi ex cod. Venet. et deinde lacunæ signa posui, quod recte factum esse docet versuum dispositio, quæ est in libro Rav. Aristophanes fortasse scripserat: οὔκουν δεινὸν δῆτα τόδ' ἐστὶν, | τοὺς μὲν τείνειν, τοὺς δ' ἀντισπᾶν; Compara similia loca Equit. 810. 820. 875. 878. Av. 27. Dind. [Cod. Rav. οὔκουν δεινὸν habet, ut monet Seidler.—collatione Cod. Rav. in hujus fabulæ usum facta. F.] Prima in κινεῖν longa est. V. Lysistr. 68. Dind.

486. Choro perperam vulgo continuatur. Brunck.

488. Ad Argivos videtur referendum, de quibus antea. Fl. Chr. Lege κακόνοι a κακόνους: vid. Schol. [ἐχθροὶ καὶ κακὸν νοῦν ἔχοντες] et v. 670. agnoscit et Suid. Κακόνοι, ἐχθροί. 'Αριστοφάνης mox Ald. ὑμῖν. Bent. Sic in impressis legitur hic versus absque ullo sensu, ὡς κακὸν, εἴ τινες εἰσὶν ἐν ἡμῖν. In B. scriptum est, ὡς κακὸν οἵ τινες εἰσὶν ἐν ὑμῖν. Quod quid sibi vellet, diu quæsivi. Latentem in ea scriptura veram lectionem tandem deprehendi. Voces male divisit librarius, quum scribere debuisset ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν. In A. etiam, ut in primariis edd. est ὑμῖν, sed male. Verum est ἡμῖν, quod ex Fracini ed. in novissimas manavit: at ille mendosissime dederat, ὡς κακὸν εἵτινες ἐν εἰσὶν ἡμῖν. Emendationem meam postea confirmatam reperi Suidæ testimonio, qui sic etiam apud Comicum legebat et hunc versum protulit in κακόνοι. Integram notam apponam: κακόνοι· ἐχθροὶ καὶ κακὸν νοῦν ἔχοντες πρὸς τὸ πρᾶγμα. 'Αριστοφάνης ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν. καὶ αὖθις· κακόνουν φωραθέντα σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις τούτου ἐλαθῆναι. Exempli illius apud Comicum sedes Kusterum latuit, qui postea Suidæ loco non usus est ad Comici emendationem. Singularis κακόνος ap. Hesych. prostat. Ap. Lysiam plus semel occurrit κακόνοι. Pæne gemellus est locus p. 682. ed. Reisk. εἰ δέ τινες κακόνοι ἐγένοντο εἰς τὰ ὑμέτερα πράγματα. P. 603. ubi legebatur olim, ὡς κακοὶ ὄντες τῷ πλήθει· vere et eleganter emendavit Marklandus ὡς κακόνοι ὄντες, quod sincerum esse ostendit oppositum in eadem periodo, εὖνοι ὄντες τῷ πλήθει. Ceterum hic versus bene vulgo tribuitur choro, cui continuari non debebant duo sequentes. Brunck. ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν cod. Rav. Aldina, Juntina I. ὡς κακὸν εἵτινες ἐν εἰσὶν ἡμῖν. Juntina II. Dind. Opusc. pp. xcii. 24. Pors.

489. κιττῶντες. Pro ἐπιθυμοῦντες. Est enim κίττα, ἐπιθυμία et morbus mulierum prægnantium, quasique insolens appetentia, quam ab alite quidam arcessunt, quæ vorax supra modum est, ut et illa pars in mulieribus, quæ honeste nominari non potest. Sic Polemo περιηγητὴς dixit in sua Samothracia Latonam, cum uterum gereret, κιττῆσαι τῆς γηθυλλίδος, quod est porrum capitatum et cujus radices naturam habent alliatam, ut ait Comicus noster in secundo Æolosicone, laudante Athenæo. [L. ix. p. 372. A. Casaub. s. Fragm. 3. Brunck. Dind.] Fl. Chr. Lege μέν γ' οὖν. Bent. Scribendum esse ὑμεῖς μέντ' οὖν οἱ κ. ut versus sit dimeter anapæst., respondens v. 462. docuit Hermann. de Metr. p. 290. Dind.

490. τῆς εἰρήνης, σπᾶτ' ἀνδρείως. Dimeter anapæsticus, ut strophicus versus 462. Hinc liquet, mendosissimam esse vulgatam lectionem σπᾶτ' ἀνδρικῶς. Nihil in metris intelligebant librarii, nec illis peritiores multo fuere, quos ad hunc diem nactus fuerat Comicus noster editores. Promiscue adhibentur ἀνδρικῶς et ἀνδρείως. Nihil referre arbitratus librarius, alterumne pro altero poneretur, quod sibi in calamum venit, scripsit, ut 481. μικρόν γε κινοῦμεν, pro, μικρὸν κινοῦμέν γ', quæ ad sensum perinde sunt, sed, metrorum si spectes rationem, toto cœlo differunt. ἀνδρείως occurrit infra 716. Ran. 372. Thesm. 656. et alibi compluries. In Vespis roganti filio, σεαυτοῦ ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς | ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικώτατον; pater respondet v. 1200. ἐκεῖν', ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γ' ἐμῶν. Vides ἀνδρικώτατον et ἀνδρειότατον promiscue sumi: sed ea sedes permutare aut alterutrum bis adhiberi non pateretur metri lex. Brunck. Bent. ut Brunck. Dind.

492. ἐς κόρακας. Diximus ante v. 71. Callimachum περιφραστικῶς dixisse, ἵν' ὁ φθόρος. Id Catullus xxxiii. 3. 'in malas oras.' Idiotismus Italicus inde fortassis dixit, va

in mal' hora; et labente tempore aspiratione ascita aliud etymon prætenditur. *Abire Morboniam* dixit Tranquillus; [Flav. Vesp. c. 14. ubi tamen *Morboviam* codd. habent. V. Oudend. Dind.] quod Dion in epitoma [Xiphil. p. 750.] ἐς κόρακας etiam dixit. Sane quod malo imprecatur Megaris, efficax habuisse puto votum: nam fractus est postea popularis eorum status victusque est δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν, ut ait Aristoteles in Politicis. Fl. Chr. οὐκ ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε sine auctoris nomine Suidas v. φλᾶν t. iii. p. 618. Dind. Μεγαρεῖς B. apud Brunckium in nota ad 473. Id.

494. σκορόδοις ἠλείψατε. Scholia: 'quasi alliorum acrimonia unxistis Pacem (i. e. exacerbastis nos, ut Pax turbaretur.). Sunt autem multa apud ipsos allia (v. supra 246.). Et videntur Megarenses belli inceptores fuisse, propter raptum meretricularum Aspasiæ, et inde ortam iram Periclis et ejus contra ipsos edictum.' V. in Acharn. 525. Præterea loquitur de Pace, tanquam de puella delicata, odorem allii aversante. Berg. Alliorum et bulborum feracissima est Megarensis regio, vel teste Columella in lib. x. ad Maronianam divinitatem accedente [v. 106.] 'Megaris genitalia semina bulbi.' Sed proculdubio miseriam et egestatem Megarensium exagitat, eosque velut pauperes et olidos, quique pacem miseria sua facile aspellerent. Sic ap. Athen. l. vii. Apollodorus Carystius exagitat sordes et inopiam eorum, quæ præcipue ex alliorum frequenti esitatione arguitur. Ipsi Athenienses cum fame aliquando premerentur, alliis vescebantur. Unde in Pluto contra felicitas et bonorum copia innuitur, cum ait [817.] σκοροδίοις οὐ λίθοις ἀποψώμεθα, ut intelligatur, cibum eum, qui palato antea gratissimus erat, nunc quum divitiæ abundant, utilem tantum esse ad usum sellæ familiaris. Hic autem ἀλείφειν est διεγεῖραι, quasi dormientem Pacem excitaverit odore alliorum, quibus misere tanquam in bello victitabant. Vel dixit ἀλείφειν de alliis, ut Horat. 'perungere,' et, 'dona allio delibuta.' Quo genere loquendi et nos olim usi sumus in poëmatio, quod meris iambis lusimus in Allium, [Quæ sequuntur, omisit Kust. Dind.] quod hic apponere non pigebit, lectorem fortassis otiosum et male feriatum tantisper moraturus. In Allium iambi puri. Meum dolore febris utitur caput, Tremore membra palpitant reciproco: Nec ulla causa quam sciam est hujus mali, Nisi alliati amatus esus anseris. Juvabat anser, ac nocebat allium, Nocens sapore me fefellit illice. In ægrimoniam ivit acrimonia, Et inde sole torrido pilæ vacans, Meá ipse tecta semilanguidus petens, Diem sopore diffidi insititio, Horatianus abdicator allii Et exsecrator: attamen putaveram, Quod artis ille Pergamenus autumat Magister, esse verum, et allio boni Inesse vim potentiamque pharmaci. Sed artis hujus est inanis exitus, Et arguetur omnis Æsculapius. Satis docebit istud usus unicus, Nec ista verba, qui facit periculum, Refellet ullus; et cruore viperæ Nocentiora non negabit allia. Venena tetra, toxica efficacia, Potest comesse, quisquis allium potest. Necesse Psyllus atque Marsus ut fuat Cui illa cordi amare amara: Vasconum Nimis nimisque dura sunt et ilia Et ora, quisque pœna, credo, vivere est. Satam Creonte pellicem Cytaïca Nurus liquore muneravit allii, Ducemque pellis aureæ ante mancupem Amore perdita unguine hoc perunxerat. Pice alliatus aut picatus allio Charontis est faselus: allio viret Stygisque ripa, Ditis et suburbium. Seni cicuta dira sorpta Socrati Jubente judice allio fuit lita. Merum vel allium, quod orbi Erinnydes Dedere virus ut nefas foret bonæ Deûm parentis ingredi sacram domum, Foretque crimen allii esus impium; Quod expiare nulla ruta possiet, Licet juvare fama viperas ferat. Fl. Chr.

495. Comma post λέγω delendum. Nam pendent verba ἐντ. ἐχομ. quod ad constructionem attinet a vv. λέγω τ. Ἀθην. sed dictum est pro παύσασθαι ἐχομένους, h. e. παυσ. ἐντ. ἔχεσθαι, *adhærere ei loco,* unde trahitis. Dind.

497. δικάζετε. Aliud voluit, nempe ἐμποδίζετε vel quid simile. Sane Athenienses notat, ut litigium qui emant, ut ait ille, et ament forum; quos propterea in Vesparum fabula φιλοδίκους et φιληλιαστὰς ab Heliæa, foro, nominat. Fl. Chr. V. Avv. 40. Berg.

499. ὑποχωρήσατε. Erant enim Megarenses πάραλοι. Sed hic innuit de navali prælio, quod contra Persas habuerunt. Magna enim tunc temporis in mari fuit eorum potentia. Vult autem solos colonos et agricolas Pacem extrahere, quasi loca maritima infesta habeant itinera propter piratas. Contra fit in campis terrestribus, qui lætas segetes educere nequeunt nisi in alta pace et rebus quietis. Propterea Δημήτηρ, quæ eadem terra est, legifera antiquis dicta a legibus, quæ inter arma silent. Fl. Chr. Hoc vult dicere, quod olim Demosthenes semper suadebat: ὅτι ἀνθεκτέα τῆς θαλάττης. Berg. Ingeniosum est hujus loci acumen, quo submonet Athenienses, ut maritimarum opum studio se applicent, quod identidem eis suadere solebat Themistocles. Brunck.

500. λαβώμεθ'. Sic recte in B. Perperam in impressis, metro reclamante, λαβόμεσθ'. Brunck. Lege λαβώμεθ'. Bent. L. λαβώμεθ' ob metrum. Pors.

501. χωρεῖ γε δὴ τὸ πρ. Sic bene in A. ut est in primariis edd. In B. χωρεῖ γε τὸ— syllaba deficiente. Quod vulgo legitur, χωρεῖ γέ τοι τὸ— ex Ant. Fracini edit. manavit. Brunck. γε δὴ Ald. et Junt. i. τοι 2. Pors. γέ τοι cod. Rav. et Junt. iii. Dind. Videtur τοι e v. 503. ductum esse. Id.

503. Οἱ γεωργοὶ edd. Aldina, Junt. et Farrei; nupera Νῦν, οἱ γεωργοὶ, addita νῦν propter versum, ut puto, qui in Brubach. sibi constat, ubi, Οἱ μὲν γεωργοὶ— Berg. οἵ τοι γεωργοί. Sic B. in A. ἴδ' οἱ γεωργοί. Vulgo νῦν οἱ γεωργοὶ, quod ex editoris nescio cujus conjectura est: nam primariæ tres editt. habent, metro vacillante, οἱ γεωργοί. Brunck. Pro οἱ lege μόνοι. Bent. νῦν οἱ ed. Kuster. ex interpolatione Porti. οἵ τοι Br. e Ms. cui accedit Rav. Pors.

504. Hæc chori ingressio monostrophica octo habere cola dicitur a Schol. Hoc si ita est, hic versus dividendus, ut prior sit ἄγε νῦν ἄγε πᾶς, basis scilicet anapæstica. Secundus dimeter ὅμοιος; tertius, quartus et sextus iambici dimetri; quintus dimeter ἑφθημιμερὴς, similis Anacreontico; sextus pæonicus trimeter hypercatalecticus ex palimbachiis et creticis; octavus dimeter hypercatal. similis. Sed in secundo versu, ubi habes ὁμοῦ ἠδ' ἐγγὺς, quia videtur Comicus usurpasse ἓν διὰ δυοῖν (nam ὁμοῦ et ἐγγὺς eadem esse vel ex Menandro certum est, qui dixit, ὁμοῦ δὲ τίκτειν παρεγένεθ' ἡ κόρη, i. e.: Jamque appetente virgo partitudine Aderat: audebam aliquando reponere, ἤδε γῆς ut de Pace loquatur et sic esset iambicus dimeter aliis tribus similis. Sed hanc emendationem non ausim præstare, imo vereor, ne medicina vulnus faciat. Legendum autem ἐπεντείνωμεν per ω magnum. Mox ἤδη 'στὶ, non autem ἠδ' ἠστί. Fl. Chr.

505. Quidam ἤδε γῆς [teste Scal.] Bent. καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη. Scilicet ἡ Εἰρήνη, quam e fovea extrahebant. Sic optime scriptum est in B. Vulgo, καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν, ἠδ' ἐγγύς. Acute vidit doctiss. Toupius Cur. nov. in Suid. p. 110. depravatam esse lectionem, in qua vox ἐγγὺς nihil aliud est, quam interpretamentum alterius ὁμοῦ, quod e margine vel interlineari glossa in textum se intrusit. Emendabat itaque ad nostram lectionem quam proxime, καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδε. Brunck. Hemsterhusii meminisse debebam, qui diu ante Toupium, Lucian. t. i. p. 443. hunc locum emendaverat accuratiusque tractaverat, prolata etiam e Vat. cod. nostra lectione. Id. καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδε Scholiastes ad Eq. 245. indicante et probante Ti. Hemsterhusio ad Lucian. Dialog. Mortuor. xxvii. p. 443. ἤδη ex Ms. commemorat itidem Hemsterhusius. Vide Appendic. ad Toup. p. 504. 'στιν ἤδη (sine ἐγγὺς) codex Vat. Pal. Pors. ὁμοῦ 'στιν ἤδη Rav. ὁμοῦ pro ἐγγὺς positum illustravit jam L. Bos. Obss. Critt. p. 14. Dind. Hunc versum Mercurio tribui jubet Reisk. Id.

506. ἐπεντείνομεν. ἐπεντείνωμεν ed. Ald. Kuster. Pors.

509. Educta et visa Pace hoc inquiunt: his autem verbis quasi celeusmate solebant magistri navium impetum inhibere trahentium. Fl. Chr.

510. Hic versus et sequens dimetri sunt iambici, ut is, qui præcessit: horum in vulgata lectione metrum non agnoscas. Brunck. Sic libri Rav. et Venet., nisi quod initio v. 510. in Rav. ὦ εἶ' scriptum est. Reliqui libri: ὦ εἶα, ὦ εἶα, εἶα, εἶα. | ὦ εἶα, ὦ εἶα πᾶς. Brunck.: ὦ εἶα εἶ', ὦ εἶα εἶ', | ὦ εἶα εἶ', ὦ εἶα πᾶς. Dind.

512. Verba ὦ πότνια βοτρυόδωρε hinc sumsit Philostratus Imag. i. 31. Citant hæc Suidas v. βοτρυόδωρος t. i. p. 443. et Stobæus serm. xliii. τί abest a codice Rav. Dind.

513. ῥῆμα μυριάμφορον. Propter illud βοτρυόδωρε, ut innuat vinearum fertilitatem: sed interim poëtis imminet, qui *projiciunt ampullas*. Fl. Chr. Verbum quo satis exprimam, quantus vini proventus tempore pacis esse soleat; vocabat enim pacem βοτρυόδωρον. Berg. Paullo mendosius exstant sub Menandri nomine apud Stobæum 53. Gesner. ubi π. λάβοιμ' ἂν ῥ. Trincav. Gesn. Grot. cetera ut vulgo. ἀναλάβοιμι Suid. Ms. μυρ. Pors. Apud Stobæum scriptum est πόθεν λάβοιμ' ἂν, quod præfert Brunck. Dind.

514. οἴκοθεν. Propter mala præterita, quæ ne verborum quidem lautam supellectilem reliquerunt colonis. In Schol. mendum est: τῶν τοιούτων ἐστέρηται χρημάτων, lege ῥημάτων. Fl. Chr.

515. Oporam et Theoriam, quæ ab aspectu et forma nomen habent, præterea pace tantum vigent et regnant, inducit tanquam meretrices. Sane enim in theatris et ludis scenicis earum visus et usus frequens fuit ut postea parebit. Fl. Chr. Scholia: ὡς etc. tanquam et istæ cum pace ascenderint; fingit autem eas esse meretrices. Berg. Opora et Theoria cum Pace ex antro educebantur. Mulierculæ autem erant meretricum more ornatæ. Brunck.

518. ἀστρατείας. Pacem a contrario sic vocat et unguento delibutam facit propter

amicas illas Oporam et Theoriam, Venerem ignavam et vere Murciam sic significans, ut recte dixerit ingeniosus et mollis poëta [Ovid. Her. xvii. 254.] 'Bella gerant fortes; tu, Pari, semper ama.' Fl. Chr. Rem odoris expertem conjungit cum odorata, ut Nubb. 1006. μίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης, et mox hic. Berg. κατὰ τῆς καρδίας in præced. versu redditur, *intimo pectore*. Dind.

519. Hunc versum (vulgo Trygæo adscriptum) jam Cod. Rav. et Reisk. ostendit Mercurio esse tribuendum. Seqq. autem versus ante Brunck. Mercurio fuerunt adsignati. Reisk. v. 520. Trygæi esse voluit. Dind. γυλίου. Cophinus vel fiscina militaris erat, ubi reponebant milites, quos portabant cibos et alimenta, puta caseum, olivas, et cepe. Erat autem istud πλέγμα ὁδοιπορικὸν oblongum et angusti aditus (unde postea macros et oblongo collo præditos vocat γυλιαύχενας,) ne composita corrumperentur, vocabaturque ὀψοθήκη στρατιωτική. Ap. Hesych. per duplex λ scribitur et indifferenter γύλλιος vel γύλιον. Hoc nomine aiunt grammatici vocari animalculum, χοιρογρύλλιον, qui echinus est. Hoc si ita est, puto potius ab animalculo inditum cophino nomen. Et fortassis Latini *gulam* inde dixerunt: ut non mirer, quod Hercules dictus fuerit γύλιος, quia gulosus fuit et βουθοίνας. Fl. Chr.

520. ἀπέπτυσ'. Soph. Antig. 664. ἀλλὰ πτύσας (despuens) ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες τὴν παῖδ' ἐν ᾅδου τήνδε νυμφεύειν τινί. Æschyl. Prometh. 1068. κοὐκ ἔστι νόσος τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον. Eurip. Iph. Aul. 509. ἀπέπτυσα (abominor) τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν. Ibid. 874. πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον· οὐ γὰρ εὖ φρονεῖς. Aliquando sine casu obliquo, ut in Hippol. 614. ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικός ἐστί μοι φίλος. In Hecub. 1276. ἀπέπτυσ' (abominor)· αὐτῷ ταὐτά σοι δίδωμ' ἔχειν. Berg. πλέκος. Nove pro πλέγμα, qua ratione Æschylus ῥέος dixit: ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος. Fl. Chr. Agam. 910. v. Abresch. Anim. ad Æsch. i. p. 354. et Suid. v. Πλέκος. Dind. 520—521. usque ad v. Εὐριπίδου Mercurio: v. 524—532. usque ad v. κἀγαθῶν Trygæo tribuunt edd. ante Brunckium. Dind.

521. κρομμυοξυρεγμίας. Composita dictio ex cepis, acrimonio et vomitione. Voluit autem notari ἀπεψίαν, quæ necessario stomachum lædit et usum sequitur talium ciborum. Semper autem militiæ allia et cepe resignat, ut antea miseris et bellorum cupientibus Megarensibus. Fl. Chr. κρομμ. ἀντὶ τοῦ ἀπεψίας. δριμεῖα γὰρ καὶ ἀηδὴς ἡ τοιαύτη ἐρυγή. ἀπὸ τῶν κρομμύων οὖν καὶ τῆς ὀξύτητος καὶ τῆς ἐρυγῆς συντέθεικε τὴν λέξιν. ταῦτα γὰρ εἰώθασι κομίζειν εἰς τὸν πόλεμον. διὸ καὶ ὁ γύλιος ἐκ τούτου δυσώδης. ἢ καὶ ὅτι ἐπιπολὺ ἐγκαλυπτόμενος ὁ γύλιος ἐκ διαφόρων ὄψων τε καὶ ζωμῶν ὀξίδος σύμμικτόν τινα ὀσμὴν ὄζωδε. Hæc Suidas e vett. in Comicum Scholiis. A sententia alienum est participium ἐγκαλυπτόμενος: aliud quid auctor scripserit. Brunck. Plenum sermonem fore τοῦ μὲν στόμα ὄζει ὀσμὴν κρομμ. ταύτης δ' ὀπ. στόμα ὄζ. ὀσμὴν ὀπ. monet Bos. de Ellips. p. 445. sed simpliciorem esse rationem docet Schæfer., si, verbo ὄζει impersonaliter intellecto ad priorem genit. intelligas ἀπὸ, si quid subaudiendum sit. Ad posteriorem enim nihil subintelligendum. Construitur ὄζειν cum genit. Dind. κρομμυοξερυγμίας. Ita lege, quamvis -υρεγμ. servet Phrynichus Bekkeri p. 56. 19. Dobr.

522. Hæc et sequentia ἐναλλὰξ dicunt Trygæus et Mercurius in hunc modum: Merc. ὑποδοχῆς. Tr. Διονυσίων. Merc. αὐλῶν. Tr. τραγῳδῶν. Merc. Σοφοκλέους μελῶν. Tr. κιχλῶν. M. 'Επυλλίων Εὐριπίδου. Tr. κλαῦσον ἄρα et sic vicissim sequentia quoque: Merc. κιττοῦ. Tr. τρυγοίπου. Prorsus ut in Pluto Carion et Chremylus. Reisk. Διονυσίων. Quia festo Dionysiorum inprimis jucunde vivitur. Sic ille in Acharn. 194. cum olfaceret pacem tricennalem, exclamat, ὦ Διονύσια· αὗται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. V. Suidam. Berg.

523. ΤΡ. κιχλῶν, ἐπυλλίων Εὐριπίδου. ΕΡΜ. κλαῦσ'—καταψ. 525. ΤΡ. οὐ γὰρ—δικαν. 527. ΕΡΜ. — 528. ΤΡ.—εἰς. Bent. τραγῳδῶν. Hic forte melius legeretur τρυγῳδῶν. Mirum enim, ni artis suæ mentionem tam opportuno loco fecisset poëta; nec opus erat tragœdorum meminisse, quum postea nominentur præstantissimi illius temporis duo. Brunck. Post cæsuram penthemimeram prima intenta est. Reisio.

524. ἐπυλλίων. Sophoclis industriam et tragicam διδασκαλίαν (etsi ejus mores postea exagitat) extollit, ut et in Ranis. Contra Euripidem ubique fere deprimit et vituperat ad ejusque versus fere semper alludit jocose παρῳδήσας, præcipue in Thesmoph. et ipsis Ranis. Itaque hic de Sophocle dixit μελῶν, de Euripide ἐπυλλίων, vocatque eum ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν, quia in fabulis Euripideis multum est litigii criminumque objectorum et dilutorum, crebræque inducuntur reorum ἀντιλογίαι. Propterea forum amantibus utilem esse Euripidem merito existimavit Quintilianus. [Vid. ad Ran. 985. Berg.] Sane in Acharnn. Euripides etiam exagitatur ἀπὸ τῶν ῥηματίων. Paulo post legendum εἰς ἰπνόν. Putem autem Trygæum

apud populum illa omnia locutum, neque Mercurio audiente usque ad versum 527. κιττοῦ, ubi Mercurius loquitur et orationem continuat, quæ semper pendet ab illis τοῦ μὲν γὰρ ὄζει, usque ad illa, καὶ τῶνδε τοίνυν, ubi loquitur Trygæus. Ubi vero habes τρυγοίπου, in editione illa Germanica legitur τρυγητοῦ, quam lectionem ego secutus sum in interpretatione. Nam verti *vindemiam;* est enim τρυγητὸς vindemia, sed τρύγητος προπαροξύτονον est tempus vindemiarum. Tamen lectionem τρυγοίπου præfero alteri. Est autem τρύγοιπος colum vel saccus vinarius, quo vina saccantur, ut ait Martialis. Grammatici σάκκινον ὑλιστῆρα vocant, Moschopulus σακελιστήριον: nam σακέλλιον sacculus, sed dicerem potius σακχυλιστήριον. Si Hesychii codices non sunt mendosi, τρυγητὸς idem erit, sed vereor ut illic non τρυγητὸς sed τρυγοιπὸς legendum. Fl. Chr. Vulg. κλαῦσ' ἄρα σὺ perperam Inv. mutavit in κλαῦσ' ἄρα σ. Ita versus pessumdatur. Scripsit, non monito lectore, sed recte, Br. κλαῦσαι 'ρα σὺ — v. Plut. 1087. Dind. Non mihi persuadeo, litteræ α ab αι diphthongo prioris vocabuli absorbendæ eandem atque ε similitudinem fuisse: ut περιόψομαι 'πελθόντα posset pro π. ἀπελθόντα dici. Hanc viam in Pace, v. 524. importune tentavit Brunckius, et nihil adeo nos commonens invexit κλαῦσα 'ρα σύ. Antiquissimi libri ferunt κλαῦσ' ἄρα σύ, etiam Rav. Jam in hanc partem contentis inter se verbis de Pluti versu 876. οἰμωξ' ἄρα σύ, Nubium 217. οἰμώξεσθ' ἄρα, Lysistratæ 505. κλαύσει τοίνυν πολὺ μᾶλλον, auctorem conjicio ad exquisitam verba synizesin aptasse, κλαύσει ἄρα σύ. Reisig. κλαῦσ' ἄρα σὺ cod. Venet. Dind.

527. κιττοῦ. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ verbum ὄζει ex v. 521. Berg. κιττοῦ, τρυγήτου Scaligeri Excerpta. Dind.

528. κτύπου pro κόλπου legi jubet Reisk. εἰς ἰπνόν. Impressorum omnium menda ἐς ἰπνὸν codd. non flagitabat opem. Hi autem longe diversam lectionem exhibent εἰς ἀγρὸν, quod huc retractum videtur e v. 544. Brunck. Recepit εἰς ἀγρὸν e Rav. Inv. et videtur antiquitus jam duplex fuisse scriptura. Certe illud huc non ex inferioribus retrahi potuit. Fortassis ab ipso poëta aut aliquo διασκευαστῇ fabulæ obscurius εἰς ἰπνὸν (ad furnos) mutatum est in clarius εἰς ἀγρούς. Vid. Schol. Dind. κόλπου γυναικὸς scholiastæ adnotationi præfixum in edd. Aldina, Juntina ii., Basil. 1547. Id. ἐς ἰπνόν. L. εἰς ἰπνόν. Pors.

529. χοὸς Elmsl. χοῶς agnoscunt Philemon Lexic. Technol. p. 122., Eustathius ad Homerum p. 1835, 19. Dind. χοὸς Suid. in v. Pors.

533. ὑπωπιασμέναι. Contusæ et detritæ per diuturnum bellum. Sumta translatio a tumicibus, qui sub oculos contingunt, ὑπώπια vocant, dixerim *subcilia:* nam inde *subgillare*, quasi *subcillare*, quod notat vox ipsa, quæ dicta teste Galeno quasi ὑποφθάλμιον. [V. Intpp. ad Luc. Ev. xviii. 5. Dind.] Sunt autem tumores lividi (corrige ap. Hesych. πελιδνώματα) qui cotularum pressu detumescunt et exstinguuntur. Cotulæ autem illæ κύαθοι dicebantur, usurpavitque Plato Comicus pro vasculo illo et haustro, quod ἀντλητὴρ vocatur. Nos Galli *ventouses*, quæ sunt χάλκεα ὀξύβαφα. Meminit Athenæus lib. x. laudatque præterea Archippum et Aristoph. hunc locum. Tubercula vero illa oculorum κορδύλαι dicuntur, fortassis quia δηλοῦσι τὰς κόρας. In Acharnn. versus 580.: τίς γόργον' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος, ubi Suidas legit ἀσπίδος, et γοργόνα ὑπώπιον facit me non probante. [In ed. Suid. Kust. iii. p. 274. est σάγματος. Dind.] Videndum autem, num mendosus sit idem Suidas alio loco, quo κονδύλους vocari scribit. Sane enim κόνδυλος facile κορδύλην faciet, at non contra. Itaque emendarim κορδύλας, quamvis inter œdemata et exanthemata sciam a medicis recenseri τὰ κονδυλώματα. Ap. Theocr. Id. i. 38. senes κυλοιδιῶντες aliud est; nam tumor ille non est ex plaga nisi amoris. Fl. Chr. δαιμονίως est vehementer, ὑπερφυῶς, Zon. i. p. 474. Dind.

534. κυάθοις. Cyathos calida impletos (cucurbitulæ solent vocari) admovebant ejusmodi tumoribus, ut detumescerent. Eo respicit in Lysistr. 445. ubi Lysistrata plagas minatur cuidam, et dicit, κύαθον αἰτήσεις τάχα· ubi v. Scholia a Kust. nuper edita. Berg. Vid. ad Lys. 444. Brunck. Cod. Ven. κυάθους. Dind. κυάθους Suid. Ms. ὑπωπιάζω. ubi mox Ἀπολλόδωρος φησίν. -θους ed. M. Pors.

537. γοῦν cod. Venet. γοῦν Rav. Legebatur γάρ. Dind.

538. τίλλονθ' ἑαυτόν. Quia ars ejus exolescit tempore pacis; infra dicit ad Trygæum, ἀπώλεσά μου τὸν βίον καὶ τὴν τέχνην. Berg.

539. πέπαρδεν. In Plut. 618. τῆς πενίας καταπαρδεῖν. Sosipater Comicus ap. Athen. ix. p. 378. τρεῖς ἡμεῖς ἐσμὲν ἔτι λοιποί, Βοιδίων καὶ Χαριάδης ἐγώ τε· τοῖς λοιποῖς δὲ προσπέρδου. Berg. πέπαρδεν [vulg.]. Satin' verum est, quod paulo infra chorus ait? πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει. Putida in hoc versu menda nimis diu me latuit. Nam præterquam quod illum sic excudi passus sum, ex eo etiam in nota ad Vesp. 712.

πέπαρδεν laudavi, simplex adhibitum pro composito. Atqui πέπαρδε vox Græca non est. Thema est πέρδομαι: nam activa forma præsentis apud Comicum non occurrit: præteritum medium πέπορδα, quod occurrit supra 335. et Nub. 392. plusquamperf. ἐπεπόρδειν Vesp. 1305. aor. 2. ἔπαρδον, fut. 2. med. παρδήσομαι. Composita sunt καταπέπορδα et κατέπαρδον. Barbarum est πέπαρδα. Dura provincia est, codices plures conferre, maxime si quis, ut mihi invito contigit, laborem hunc solus, nullo adjuvante, subeat. Prava lectio, in impressis omnibus recepta, si forte in codice reperiatur, quem primum adhibeas, nec tibi de corruptela suspicio oborta fuerit, alium codicem vel inspicere negligas, vel, si quid diversi in eo fuerit, vix eo animum advertas. Ita mihi evenit locum hunc tractanti. Impressorum omnium lectio est πέπαρδεν, et sic liquido scriptum in A. In mentem mihi non venit, vocem illam ad grammaticos canones exigere, nec memini, quid tum senserim de alterius codicis lectione, eamne animadverterim an pro mera habuerim scripturæ menda. Postquam vero notæ meæ in hanc fabulam jamdudum impressæ erant, quum eam forte relegerem, ut mihi monstrum illud verbi in oculos incurrit, atque obstupui veritusque fui, ne culpam in me admisissem, continuo codices rursum adii et in B. hanc scripturam reperi: καταπέπαρδεν ἄρτι. Est illud καταπέπαρδεν eodem nomine, quo simplex, vitiosum, et præterea duabus supervacuis syllabis versum onerat: sed ex eo sponte sua enascitur genuina et sincera lectio, quæ omnino reponenda est: κατέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξ. κειvοvί. Sic Vesp. 618. βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν. Item in Plut. 618. καὶ τῆς Πενίας καταπαρδεῖν. BRUNCK. ξιφουργοῦ κειvοvί. Sic in binis codd. et in primariis edd. Nescio qua libidine in novitiis excusum fuerit ἐκειvοvί elisa prima. BRUNCK. 'κειvοvί editum est, quia κεῖνος Ionicum habebatur. DIND. κατέπαρδεν cod. Rav., et Heindorfius ad Horatii Satiras p. 200. 'κειvοvί Kust. Reliquæ edd. κειvοvί. ID.

540. ὁ δὲ δρεπανουργὸς—Quia jam non *falces rigidum conflantur in ensem*, sed contra: et quia jam pluris vendet falces, quam antea: ὡς πρὸ τοῦ οὐδ' εἷς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου, inquit infra 1165. BERG.

541. ἐσκιμάλισεν. Avium curatoribus vox propria, qui digitum, parvum puta, immittunt in avium culum, ut olim solebant Deliaci gallos castraturi aut gallinarum partiones exploraturi. Hic est καταδακτυλίζειν et ἐφυβρίζειν, i. contumeliose irridere et in contemtum digitum, ut ait, medium ostendere, qui infamis vulgo existimatur. Id Gallico idiotismo dicitur, *faire la figue*. Quamquam in obscœniorem sensum id verbi olim detorserunt; nam id etiam erat σιφνιάζειν: propterea quod gens illa puerorum amoribus dedita, διὰ δακτυλίου ἐσκιμάλιζεν et digito femora contrectabat, ut λεσβιάζειν, os præbere πρὸς τὴν μόλυνσιν. Apud Schol. pro μέσῳ δακτύλῳ legebam μικρῷ, ut in fabula Acharn. 444. ubi dixit de Euripide, ῥηματίοις σκιμαλίσω· quamquam medium, ut diximus, digitum intendebant, quoties aliquem subsannantes contemnebant. FL. CHR. ἐσκιμάλισε, ἐφύβρισε, ἢ κατεδακτύλισε. σκιμαλίσαι γάρ ἐστι κυρίως τὸ, τὸν δάκτυλον εἰς τὸν πρωκτὸν τοῦ ὀρνέου βαλεῖν· οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἀλλὰ καὶ ὅταν, βουλόμενοι ἐφυβρίσαι τινά, τὸν μέσον δάκτυλον ἐντείνοντες δείξωσιν αὐτῷ. Vide ad Acharn. 444. BRUNCK. Lege δορυξοῦν: vid. 1179. BENT. δορυξὸν Suid. Ms. V. ἐσκιμ. ubi δοριξὸν ed. Med. PORS. δορυξὸν Cod. Venet. Rav. et Ald. conf. v. 439. DIND.

543. ἀκούετε λεῴ. Sic etiam edicta, quæ præco publicabat, incipiebant, et in sacris usurpabant, et extemplo λαοῖς ἄφεσις, unde missionis vel missæ nomen, ne necesse habeamus, a vetustiore lingua longius et curiosius arcessere. FL. CHR. In Avv. 449. ἀκούετε λεὼ, τοὺς ὁπλίτας—ἀπιέναι. BERG. Etiam ἀνειπεῖν est proprium præconibus aliquid proclamantibus. V. Demosth. de cor. p. 244. t. i. REISK.

544. εἰς ἀγρόν. Sic A. Vulgo mendose ἐς ἀγρὸν, ut supra 528. ἐς ἰπνόν. In B. præpositio plane omissa. BRUNCK. Lege εἰς. BENT. ἐς ἀγρόν. L. εἰς ἀγρόν. PORS. εἰς ἀγρὸν, Scaligeri Excerpta. DIND.

546. Proprie σαπρὸν dicitur, quod temporis diuturnitate putredinem quæsivit: hic pro *vetusto* et *antiquo* dixit, in quo notat belli diuturnitatem, vel quum paullo post ait, se jam senem revisurum ficus, quas juvenis plantaverat. παιωνίζειν autem est gratiarum erga deos actio: est enim παιὰν hymnus εὐχαριστήριος. FL. CHR.

549. ἄσμενός σ' ἰδών. Sic optime A. In B. pronomen exhausit præcedens litera ἄσμενος ἰδὼν, claudicante versu, cui ineptum fulcrum suppositum in impressis ἄσμενός γ' ἰδών. BRUNCK. Lege ἄσμενός σ' ἰδών. Vide infra 583. Eur. Ion. 1458. Sic membr. et forsan Rav. PORS.

551. ἀσπάσασθαι θυμὸς ἡμῖν γὰρ ἐπὶ πολλοστῷ χρόνῳ. πολλοστῷ χρόνῳ Menand. Misogyn. apud Priscian. xviii. p. 1194. quod non debuit a R. Bentleio (Emendat. in Menand. p. 52.) sollicitari.

In margine edit. Basil. 1532. scribit, ἔστι pro γὰρ ἐπὶ ed. Kust. πολλοστῷ χρόνῳ Menander Prisciani xviii. p. 1198, 30. πολλοστῷ ἔτει Cratinus Junior Athenæi xi. p. 460. F. πολλοστῷ μηνὶ Aristides iii. p. 270.=ii. p. 163, 13. Jebb. Alibi addit Demosthenem c. Timocr. p. 761, 21. c. Eubulid. p. 1304, 9.=478, n. 309. 708. n. 24. ed. Paris. De Menandri loco vide Opusc. p. 250. Ceterum γὰρ ἐπὶ tres primæ; ἔστι tacite Brunck. Invern. Pors.

553. τοὺς λόφους. Cristas in galeis, quarum usus in bello, ut et clypeorum γοργονώτων. Berg. τὰς Γοργόνας. Bellicum omnem apparatum intelligit, vel quia dixit λόφους, est ἐνδόασις, ut ad clypeum referatur, et ut Lamachum, quem in Acharnn. γοργολόφαν vocat 548. obiter notet, ubi versum supra citatum habes: τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος. Sed Suidas ἐκ τῆς ἀσπίδος legit et γοργόνα interpretatur κορδύλην. Puto tamen simpliciter de clypei terriculosa imagine tantum intellexisse Aristophanem. Sententiam meam adjuvat Hesychius, qui voce γοργόνα videtur respexisse ad illum ex Acharnn. locum, cum ait, γοργόνα ἣν ἐπ' αὐτῆς (puta ἀσπίδος, ne σάγματος potius legas et Suidam sequaris) εἶχεν ὁ Λάμαχος, ἵνα τὸν Λαμάχον εἴπῃ: nempe quia terriculamentis Gorgonum gaudebat Lamachus, propterea illa dixit in Acharnn. et hæc h. l. Itaque antea dixit, οὐδὲν δεόμεθα τῆς σῆς μορμόνος. Est autem Lamachus nomen pugnax et ἀκαταγώνιστον. Fl. Chr. Indicat enim eum qui cupidus est (λῇ) pugnæ. Dind.

554. Pro *velociter currere* τὸ λιπαργίζειν novavit, quia λίαν ἀργὸν i. e. ταχύ. Hesych. τροχάζειν exponit. Alii sunt λιτοῦργοι stipatores principum. Sed profecto cursores et a pedibus pueri recte dicerentur λιπαργοί. Fl. Chr. εἰς Suidas v. λιπαργιοῦμεν. Scribebatur ἐς. Dind. χωρία sunt prædia, villæ. Id.

555. ἐμπολήσαντες. Male ap. Athen. lib. iii. legitur, ἀγόρασόν τι. Nam horum trochaicorum catalecticorum moduli illam lectionem non recipiunt, etsi hic ut antea ἐμπολᾶν sit ἀγοράζειν. Fl. Chr. In marg. ed. 1532. ἀγορασείοντες f. v. Schol. ad Ran. 1100. Nempe ἀγόρασόν τι (sic) citat Athen. iii. p. 119. D. Pors. V. Kidd. ad Dawes p. 624. Dind. Vide Schol. ad v. 485. et Pierson. ad Mœridem, p. 156. Id.

556. ὡς καλόν, ὦ Πόσειδον, τὸ στῖφος αὐτῶν, καὶ πυκνόν, κ. τ. λ. Suidas v. ὡς καλόν. Dind.

557. Hic τὸ γοργὸν interpretantur ταχὺ καὶ εὐκίνητον alias est λιπαρὸν καὶ εὐτραφές. Vertitur a Berg. *alacris*, sed a Br. *compacta*. Fl. Chr. reddit: quam cita crebra, pilata instar offæ et symbolaris cœnulæ. Per ταχὺς etiam explicatur a Zon. i. 447. Neque tamen video, quidni caterva, multitudo (στῖφος) agricolarum dici vulgari significatu γοργὸν possit, nam seqq. ὥσπερ μᾶζα — ad omnem imaginem pertinent, non tantum ad γοργόν. Dind.] Ac τὸ πυκνὸν quidem recte comparat farinæ propter crebritatem. Sed τὸ γοργὸν nihil ad πανδαισίαν, quod est velut adjiciale vel symbolare convivium, nisi ἀντὶ τοῦ εὐτραφοῦς accipiatur, quod non puto: nam bellico labore exhaustos agricolas habiliores esse credibile non est. Sane nisi Scholiastem de celeritate interpretatum scirem, dubitarem num legendum pro καὶ γοργὸν, γεωργῶν, ut ad αὐτῶν referatur; nam prius καὶ propter τὸ καλὸν dixit. Judicent doctiores et me dubitatione vacillantem firmitudine felicioris ingenii sistant. Fl. Chr. De voc. πανδαισία (h. e. τράπεζα πολυτελής, εὐωχία) vidd. Phot. p. 274. Harpocr. et Zon. ii. 1507. Add. Suid. v. πανδαισία. Dind.

558. νὴ τὸν Δί'. Versus iste est octonarius iambicus (quadratum puto vocari); miror tamen inter trochaicos solum esse; fortassis legendum νὴ Δί', ut sit trochaicus tetrameter catalecticus cum cæteris. Fl. Chr. σφύρα. Chorus iste agricolarum Athmonensium (populus hic erat e Cecropide tribu, quem Ἄθμονον vocat, qui Ἐθνικὰ scripsit,) [Stephanus Byz. p. 29. diserte monet οὐδετέρως dici. Dind.] inducitur hic cum malleis, vannis, cæterisque instrumentis ferreis, quibus coloni βωλοκοποῦσι. Sed quem hic vocat malleum, nescio, nisi sit *ligo*, quia postea ait τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ. Mallei enim vel malleoli in re rustica sunt novellæ stirpes vitium, quæ et viviradices (etsi differunt aliquatenus), ad quas videtur alludere. Sane enim h. l. sunt tudites et martelli, quibus ridicas et pedamenta in terram demittentes et inspicantes tundunt et σφυρηλάτους faciunt. Fl. Chr. νὴ τὸν Δί' ἡ γὰρ σφύρα λαμπρὸν ἦν ἄρ' ἐξοπλισμένη. Omittit τὸν ed. Ald. Francofurt. Lege ergo νὴ Δί' ἡ σφύρα γε λαμπρόν, vel ἡ σφύρα γὰρ ἦν ἂν λαμπρὸν ἐξωπλισμένη, i. e. λαμπρῶς ἐξωπλισμένη. [Vid. quæ ego ad h. l. dixi. In Hesiodi O. et D. 427. σφῦράν κε τάμοιο primus recte edidit Spohnius. Dind. Om. τὸν Junt. 1515. non 1525. Tum ἂν Ald. Junt. 1515. ἄρ' 1525. Pors. νὴ τὸν Δί' cod. Rav. Junt. II. — ἡ γὰρ σφύρα libri omnes. ἡ γὰρ σφῦρα Bent., Jacobsius ad Anthologiam Palat. t. iii. p. xl., Reisig. in Syntagmate critico p. 20., Buttman. in Gr. Gr. t. i. p. 142. Arcadius περὶ τόνων p. 96, 26. τὰ εἰς ρα δισύλλαβα συνεσταλμέ-

νον ἔχοντα τὸ α βαρύνεται, σφαῖρα, μοῖρα, πεῖρα, σφύρα (scr. σφῦρα). Conf. Gaisford. ad Hephæstion. p. 17. 18.—ἦν ἄρ' codices Rav. et Venet., Junt. II. III. ἦν ἂν reliqui libri. Dind. Hunc versum sic emendo; νὴ Δί', ἡ σφύρα γε λαμπρὸν ἦν ἄρ' ἐξωπλισμένη. Particulas γὰρ ἄρα librarii non studio posuerunt doctrinæ, cuicuimodo est, ostendendæ, sed mero errore γε et γάρ confuderunt. Reisig.

559. θρίνακες. Vannos, i. e. τὰ πτύα intelligit Schol. nempe instrumenta quibus discernunt spernuntque paleas a granis, ut sic purgetur triticum, vel, ut dicebant veteres, evannetur. Tamen nominis etymon rimanti et grammaticos audienti, qui ἐργαλεῖον ὀδοντικὸν exponunt et τρίαιναν, videtur mihi aliud fuisse θρίναξ a vanni cribro et dictus quasi τρίναξ, qua ratione Sicilia θρινακία et τρινακρία dicta, vel propter tria promontoria vel quia tridenti similis. Quo magis credam, facit verbum διαστίλβουσι: nam ferrum attritum præsertim splendescit ad solem. Quodsi quis argutetur, ferramentum illud jam diu deses et situ longo depositum rubiginem potius quam splendorem contraxisse, respondebo, Trygæum hæc loqui quasi per ἀναχρονισμὸν et eruta Pace; cum bona spe sic eventurum, imo videri jam præsens. Fl. Chr. Inepte verterat Berglerus, *et ventilabra refulgent ad solem.* Quis fando audivit aut vidit unquam fulgentia ventilabra? Tum quis ventilabri usus ad vitium et ficuum conserendorum ordines? θρίνακες sunt τρίαιναι, tridentes rastri, s. ligones, idem fere quod δίκελλαι. Mox τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ. V. Hesych. in Θρίναξ. τριαινοῦν est *terram vertere*, τὸ ἄνω κάτω ποιεῖν. Pro *diruere, evertere*, utitur Eurip. in Bacch. 344. θάκους τοὺς —μοχλοῖς τριαίνου κἀνατρέψον ἔμπαλιν, ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ. Brunck.

560. Nisi passive accipimus τὸ ἀπαλλάξειεν et absolute, ut apud Latinos sæpe *mutare* et *turbare*, existimarem mutandum αὐτῶν in ἄν τις, nempe me movet τὸ ἂν repetitum. Tamen nihil pronuntio nisi dubitanter, neque quicquid ejusmodi a nobis observatur notaturve accipi velim tanquam κυρίας δόξας. Non ita vaticinor sed esse tantum cupio irritamentum alieni judicii. Est autem μετόρχιον spatium et intervallum, quod est inter vites ordinarias, quod vocatur a Columella [de R. Rust. iii. 13. 3.] *interordinium*, quo modo Vitruvius dixit [iii. 1. etc.] *intercolumnium*. Neque solum de vitibus intelligitur, sed oleis etiam aliisque arboribus, inter quas sementem faciebant. Nam ὄρχοι ordines sunt in quincuncem digesti, etiam ὄρχατοι dicti, παρὰ τὸ ἔρχεσθαι δι' αὐτῶν τὰς τάξεις τῶν φυτῶν. Fortassis etiam alludit πρὸς τοὺς ὄρχεις, ut in Acharnn. Fl. Chr. Versus hic est Mercurii, sequens versus rursus Trygæi. Sensus istius versus est, *Sane bene patientur ab ipsis sata;* bene curabunt segetem, bene agrum excolent. Reisk. ἢ καλῶς αὐτῶν. πῶς καλῶς αὐτὸν Suid. v. ἀπαλλάξειεν. πῶς καλῶς αὐτῶν Ms. Pors. ἡ καλῶς Junt. II. Dind.

562. τριαινοῦν. *Sensim fodere* et *occatas glebas attrahere*, ut semina operiantur, vocat τριαινοῦν. Id in segetibus fit, cum jacto semine tertio aratur et tunc *lirare* dicitur; fit enim e sulco porca. Hoc Græci vocabant ὑπαροτριᾷν, et sic usus videtur Theophrastus lib. viii. Histor. Plant. c. 11. quo loco amplector correctionem, ut pro ὑπαπεροῦντες legamus ὑπαροτριῶντες. Hic ego putem de hortorum areis accipiendum, ubi post sementem jactam tridente instrumento spargitur et demittitur semen et mox inverso æquatur ipsa area, præsertim quum usus sit hypocoristico; dixit enim γήδιον, i. *agellum* vel *prædiolum*. Ap. Hesych. arantes dicuntur τριαινατῆρες. Sed paulo post legendum ὦ 'νδρες, non ὦ ἄνδρες. Cæterum habemus hic undecim trochaicos dimetros acatalecticos præter octavum 570. qui est monometer, et coronidem quæ est ἐφθημιμερής. Sed notandum, in quarto dimetro vel dactylum esse vel potius duas in unam syllabas coalescere in παλλασίων, vel ut Suidas, παλλαθίων. Sunt autem παλάθαι vel παλλάθαι cum duplici λ *ficus siccæ*, quæ ἰσχάδες, vel *massa ficuum*, ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις, inquiunt grammatici, ut, nisi coalescant hæ duæ syllabæ, legendum putem παλλαθῶν. Fl. Chr. διὰ χρόνου. In Plut. 1051. βούλει διὰ χρόνου—παῖσαι. Ib. 1045. ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι. Berg. δυκέλλῃ Cod. Rav. Dind.

565. ὑμῖν. Sic A. Vulgo ἡμῖν. Brunck. Recte ἡμῖν revocavit Inv. et Cod. Rav. et Venet. Dind.

566. τῶν τε παλασίων ἐκείνων. Sic bini codd. recte. Ita ap. Hesych. e literarum serie excudi debuit, ubi nunc legitur: πλασία (scr. παλάσια) τὰ συγκεκομμένα σῦκα. καὶ διὰ τοῦ θ' πλάθια (scr. παλάθια) καὶ παλάθη. Photius ad hanc glossam citatus, παλάσια, τὰ συγκεκομμένα σῦκα, παλάθην λέγουσι καὶ παλαθίδα. εἰσὶ δὲ ἐξ ἰσχάδων ἢ σύκων κεκομμένοι βῶλοι πλινθοειδεῖς. Male in impressis παλλασίων. Brunck. Lege παλασίων. Bent. παλασίων Suid. Ms. in παλάθαι. Pors. Scholiastes affert aliam lectionem, παλαθῶν, quod in παλαθίων mutandum esse censet Bent. "παλλαθίων Suidas [v. παλάθαι t. iii. p. 5. ubi παλαθίων legitur]. παλλαθῶν

Fl. Chr. παλαθῶν Biset. παλάθων alii." Scaligeri Excerpta. Dind.

568. Non solum τρὺξ est fæx vini et subsistentia (Græci ὑποστάθμην vel ὑπόστασιν vocant), sed etiam novum mustum, ἀπὸ ληνοῦ ἀδιήθητον, inquit Hesych., ut h. l. Recte autem cum vino jungit ficus; nam ficuum tanta fuit apud veteres commendatio, ut secundum a vite locum obtinuerit, et merito Hipponax dixerit συκῆν μέλαιναν ἀμπέλου κασιγνήτην, i. ficum nigrantem vineæque germanam. Ratio cum historia fabulosa affertur e Pherenico ἐποποιῷ apud Athen. Itaque Theophrastus in libris de hist. plant. tractationi de vinea ficus adjicit contemplationem. De cujus variis generibus adfatim scripsit et scripta ab aliis recensuit idem Athenæus lib. iii. Dipnos. Quin apud Philostratum majorem lib. i. Imaginum titulo ξένια ad coacervandas asservandasque ficus, quæ pro apophoretis essent, vitis folia usui esse dicit. Fl. Chr. τῆς γλυκείας τρυγὸς Philostratus Imagg. ii. 26. p. 852., quod ex hoc loco petitum videtur Dobræo ad Nubes 1001. p. 40. Add. Suidam t. iii. p. 512. Dind.

569. Locum vel pratum violis refertum ἰωνιὰν vocant, qua ratione rosetum vel rosarium ῥοδωνιὰ et liliarium κρινωνιά. Sic in lib. i. de hist. plant. Theophrastus dixit ἰωνιὰ et ῥοδωνιά; nam accentum in ultimam puto rejiciendum. Doctissimus alioqui Gaza non satis explevit hæc verba, dum vertit *rosas* et *violas*, sed neque, si dixisset *violacea*. Ego cum Marone *violaria* et *rosaria* dicerem; et sane divinus ille vir dixit, 'irriguumque bibant violaria fontem.' Expressum ex his Aristoph. τ. ἰωνιᾶς τῆς πρὸς τῷ φρέατι. Nam τὸ φρέαρ *fontem* esse facile credo cum grammaticis. Ap. Theophr. l. vi. de hist. plant. Gaza vertit *juxta fontes*, quod Græce erat ἐν τοῖς κροτητοῖς, quamvis aliud sit κροτητὸν, semita scilicet plausu pedum trita et paverata a commeantibus. Quo loco existimavit divini viri discipulus eximius et, magistro ipso teste, melioris notæ, lilia pluribus variari coloribus quam violas: quod veritati rerum consentaneum non videtur; nam violæ præter omnes colores, quos habent lilia (purpureum eximo) etiam luteæ sunt, etiam variæ ex puniceo et candido. Fl. Chr.

570. Hic versus et sequentes male vulgo digesti sunt. Brunck. Ita dispositi sunt in edd. ante Brunckium: τῷ φρέατι, | τῶν τ' ἐλαῶν, ὧν ποθοῦμεν, | ἀντὶ τούτων τήνδε νυνὶ | τὴν θεὸν προσείπατε. Brunck.: τῷ φρέατι, τῶν τ' ἐλαῶν, | ὧν ποθοῦμεν, ἀντὶ τούτων | τήνδε νυνὶ | τὴν θεὸν προσείπατε. Invenit. ex cod. Rav.: τῷ φρέατι | τῶν τ' ἐλαῶν, ὧν ποθοῦμεν, | ἀντὶ τούτων τήνδε νυνὶ τὴν θεὸν προσείπατε. Dind.

572. Vide an hæc revocari ad formam strophicorum hoc modo possint: στροφὴ α'. Χαῖρε, χαῖρ' ὡς ἀσμένοισιν ἦμιν ἦλθες, φιλτάτη· | Σοὶ γὰρ ἐδάμην πόθῳ εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι. | ἀντιστρ. α'. Ἦσθα γὰρ μέγιστον ἦμιν κέρδος, ὦ ποθουμένη, | Πᾶσιν, ὁπόσοι γεωργὸν βίον ἐτρίβομεν. | στροφὴ β'. Μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις. | Πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ γλυκέα | Κἀδάπανα καὶ φίλια. | ἀντιστρ. β'. Ἦσθα γὰρ ἀγροίκοισιν χίδρα, | Ὥστε σὲ τά τ' ἀμπέλια καὶ τὰ νέα συκίδια | Τἄλλα θ', ὅσα γ' ἐστὶ φυτά, | Ἐπῳδός. Προσγελάσεται λαβόντ' ἀσμέναν. Primo versuum horum perperam legi solet, Χαῖρε, χαῖρ', ὦ φίλταθ' ὡς etc. cum feminam, Pacem, alloquatur chorus; secundo, Σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ, δαίμονα βουλόμενοι εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι, inconcinna quidem et frigida oratione hac: nam tui desiderio tenebar, cupiens deam (te) agros revisere. Jam vertendum: nam tecum agros revisere nimis cupiebam. Tertio minus eleganter libri τὸ μέγιστον etc. Quarto itidem inconcinne minusque exquisite γεωργικόν. Ultimo strophæ alterius φίλια maxime metri causa erat reponendum pro vulg. φίλα. Sequente versu vulgo legitur, Τοῖς ἀγροίκοισιν γὰρ ἦσθα χίδρα καὶ σωτηρία, obscurata metri forma iambici [trochaici voluit auctor scribere. Dind.] itidemque ineleganter intruso articulo (τοῖς), quo libenter in metricis caremus. Nam ab interprete esse ista καὶ σωτηρία, vix est, ut moneam. Laxe, pro more Scholiastarum vulgarium explicuit iste, quisquis fuit, jocosum poëtæ verbum ἦσθα χίδρα. Extremo versu, sublato, quod repetitur inutiliter pronomine σὲ post προσγελάσεται, apparuit metrum pæonicum, quo et conscripti versus 2, 4, 6, 7, 9, 10. Dedi quoque ἀσμέναν, tum quia sententiæ aliquid accrescit, ubi benevolæ benevolam excepturæ dicuntur arbores ac plantæ, tum vero maxime, quia juxta προσγελάσεται friget ἄσμενα, nec nisi rarius ancipites esse solent pæonicorum syllabæ extremæ. Sæpius quidem pro clausula ejusmodi versuum usurpatur pæonicus trimeter, velut et infra 361, 401. Quod reposuit Brunckius προσγελάσονται, et solœcum est in neutris ἀμπέλια, συκίδια, φυτά, et evertit versum. Quod autem hoc solo versu continetur epodus, sicut stropha Nub. 1200. si verum ibi vidimus, et Acharn. 943. 1221. sqq.; similiter in Æschyli Persis extremis, qui locus haud dubie strophicus est, unum versiculum Πέμψω σε δυσθρόοις γόοις, pro clausula

regi accinit chorus: neque non finitæ in extrema stropha sententiæ unicum hoc exemplum: cf. Ran. 213. Acharn. 993. Eccl. 518. 604. Pindarum et Lyricos passim. Ceterum, ne quis quærat, strophæ prioris prior versus trochaicus tetrameter catal., posterioris primus est iambicus dimeter, quibus respondent οἱ ἀντίστοιχοι. Hotib. Lege φιλτάτη. v. 644. et ἡμῖν. Bent. ἡμὶν ultima brevi, sic flagitante metro trochaico. Perperam vulgo ἡμῖν. V. præc. legi mallem, χαῖρε, χαῖρ' ὦ φιλτάτη γ', ὡς. Nec aliter credo Comicum scripsisse: nam ultima nominis φιλτάτη elidi non potest. Brunck. Sophocl. Trach. 18. χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μὲν, ἀσμένῃ δέ μοι ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς. Berg. Formulam ἀσμένοις ἡμῖν ἦλθες illustrant Wyttenbach. Epist. Crit. p. 27. s. p. 247. Dind. Hinc et ex Sophocl. Trachin. 18. optime ἀσμένοις defendit Musgravius in Euripid. Phœniss. 1075. adde Æschyl. Prometh. 23. Vide ad Phœn. 1061. Pors.

574. Εἰς ἀγρόν. Legerem ἀγρούς, ut sit catalecticus similis primo χαῖρε, χαῖρ': et alteri sequenti, κέρδος ὦ etc. In proxime sequenti etiam legerem, ἦσθα γὰρ μέγιστον, tolleremque τὸ, ut sit dimeter acatalecticus. Mixtus est hic chorus ex dimetris catalecticis et acatalecticis, ex dactylicis, ionicis a majore et pæonicis. Quin et iambicum habet dimetrum, decimum puta. In fine chori anapæsticus est dimeter, sed putarem legendum, προσγελάσει τοί σε λαβόντ' etc. non autem προσγελάσεται. Fl. Chr. Legebatur δαίμονα. Brunck. in notis δαίμονά σε, loco non intellecto. Hoc dicunt agricolæ, se vehementer cupiisse agros revisere. Vide supra v. 561. et alios in hac fabula locos. Quare emendavi δαιμόνια. Sic in Pluto 675. ἐπεθύμουν δαιμονίως ἐφερπύσαι. Dind. Quod reposui δαιμόνια, repertum nunc est in cod. Rav. Idem liber v. 576. omittit τὸ et v. 583. σε. Ceterum si cui de carmine illo recte sensisse videbor, inventi laudem non tam mihi quam Reisigio tribui velim. Quamvis enim viri egregii de carmine impeditissimo sententia ab mea valde dissideat, illud tamen me monuit, versibus 576—583. ita scriptis ut ante me legebantur et γεωργικὸν in γεωργοὶ mutato, respondere versus 346—356. Id.

575. Legebatur: ἦσθα γὰρ τὸ μέγιστον ἡμῖν | κέρδος, ὦ ποθουμένη, | πᾶσιν, ὁπόσοι γεωργι- | κὸν βίον ἐτρίβομεν. | μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις. nisi quod Inverniz. dimetros illos ἦσθα—ποθουμένη in unum versum conjunxit libri Rav. auctoritate. Articulum τὸ ante μέγιστον ejecerunt Florens et Porson. in præfat. ad Euripidis Hecub. p. LI. ed. Lips., omittitque cod. Venet. Præterea transposui verba μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις, additis lacunæ signis. Nexus verborum fortasse hic fuit: μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις, πάντα παρέχουσ' ἀγαθὰ πᾶσιν, ὁπόσοι—. Dind.

579. ἀδάπανα. Horatius de vita rustica [Epod. ii. 48.] 'dapes inemtas apparet.' Noster Acharn. 32. ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρὸν, εἰρήνης ἐρῶν, στυγῶν μὲν τὸ ἄστυ, τὸν δ' ἐμὸν δῆμον ποθῶν, ὃς οὐδεπώποτ' εἶπεν, ἄνθρακας πρίω, οὐκ ὄξος, οὐκ ἔλαιον, οὐκ ᾔδει πρίω, ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα. Berg.

580. Lege ἀγροίκοισιν. Bent. ὅσα γ' vel ὁπόσ'. Id. ἀγροίκοισιν. Sic recte A. Male vulgo omissum ν paragogicum. Versus est dimeter trochaicus. Brunck. χίδρα. Num χαρά? Reisk. Species est leguminis τὸ χιδρὸν, et ex panico conficiebant: fruges novellas vel farinas ex leguminibus exponit Hesychius, qui ait σῖτος νέος φυτόμενος (corrige φρυττόμενος, nam alibi vocat ἐρεγμὸν πεφρυγμένον); est enim legumen fresum ex hordeo maxime. Existimat Suidas dictum χίδρον ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quasi terra illud facile fundat. Ego putarem dicta χίδρα quasi χέδροπα, quia manu legantur. Legumina vel χέδροπα etiam sunt σιτώδη. *Fruges* summum genus est, et cætera species vel differentia. Jureconsulti quidem ad uvas *frugum* vocem diffuderunt, imo ad silvas cæduas et lapicidinas, quos recte castigat Julianus [Dig. L. 16, 77.] qui ne pomis quidem appellationem hanc tribuit. Tamen male frumentum definit, quod arista in se teneat, ubi videtur pro spica *aristam* usurpasse; non enim cuivis frumentacei generis spica aristosa est; deinde certum est, neque milium neque panicum neque surgum neque hæc χίδρα constare spica, sed neque siliqua. Ita magnis Jureconsultis magni accidunt errores, quorum neque Gallus neque Servius neque Alphenus immunes sunt. Tamen ex animi mei sententia non placet χίδρα. Quid enim est hoc, *tu es legumina et salus?* nam malo ἀγροίκοις σὺ, quam ἀγροίκοισι. Ne diutius lectorem morer, fortasse χύτρα tam convenientem hic locum habeat, quam τὰ ὄστρια in ipsa. Hæc ego doctis censenda relinquo. Mihi satis vel nimis potius audere sententiam meam pronunciare, quæ in his minutis rebus semper erit ἐφεκτική, neque tanti apud me unquam erit auctoritas glossographorum, ut in eorum verba jurare velim. Quoquo modo legamus, innuitur tantum et speratur ubertas ex pacifico rerum statu. Fl. Chr. χίδρα edulium ex hordeo freso recenti. Pacem dicit rusticis fuisse χίδρα, quia tempore Pacis haberi possunt recentes fruges ad pa-

randa χἶδρα, et quia valde delectabantur illo cibi genere. In Eqq. 803. de rusticis: Εἰ δέ ποτ' ἐς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν Εἰρηναῖος διατρίψῃ καὶ χἶδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ κ. τ. λ. Berg. Non esse femininum, sed neutrum χἶδρα, animadvertit jam Tittmann. ad Zon. ii. 1853. Dind.

581. τὰ νέα συκίδια. En ut semper ficus jungit vitibus. In fabula Acharn. 996. dixit μοσχίδια συκίδων, novellas ficus. Nam μόσχος tener et novellus. Sic Homerus Il. xi. 105. μόσχοισι λύγοισι. Latini mostum vel mustum, ut οἶνος μοσχίδιος vinum mustum et novum. Fl. Chr.

582. Vulgo legitur, τἄλλα θ' ὅσ' ἐστὶ φυτά· qui versus dactylicus est, ut quartus hujus cantici. Sed quum præcedant duo pæonici facillimumque sit hunc versum ad idem metrum redigere, prætuli, τἄλλα θ' ὅσα γ' ἐστὶ φυτά. Nec dubito, quin quartus etiam syllaba defectus sit: requiri enim videtur in eo pronomen, et multo melius omnia procederent, si legeretur: χαῖρε, χαῖρ', ὦ φιλτάτη γ', ὡς | ἀσμένοισιν ἡμῖν ἦλθες. | σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ, | δαιμονά σε βουλόμενοι | εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι. Quinque sunt dimetri acatalecti, quorum duo primi trochaici, medius ionicus a majore, duo ultimi pæonici sunt. Brunck. Bentl. ὅσα γ' vel ὁπόσ'. Libri omnes ὅσ', præter Venet. Cod. in quo ὅσσ' scriptum est. Dind.

583. Fl. Chr. προσγελάσει τοι. Ald. προσγελάσονται. Bent. προσγελάσονταί σε λαβόντ' ἄσμενα. Sic bene A. et primariæ edd. In B. προσγελάσεται, quod imperite invexit Ant. Fracinus et ex Frobeniana in alias novitias manavit, reclamante nemine. Et sane miror editores illos, qui textui scholia subjecerunt, labem non animadvertisse. Nam diserte ait Schol., versum esse dimetrum anapæsticum acatalectum: et talis est revera, nisi malis choriambicum trimetrum catal. eum appellare. Sed ad utrumvis metri genus referas, omnino legi debet προσγελάσονται. Brunck. Nullo modo tolerari potest προσγελάσονται, licet ita ediderit Brunckius, melico Scholiastæ nimis credulus. Nam versus 581-3. e creticis et pæonicis constant, ita legendi: ὥστε σέ τά τ' ἀμπέλια | καὶ τὰ νέα συκίδια | τἄλλα θ' ὁπόσ' ἐστὶ φυτὰ, | προσγελάσεται λαβόντ' ἄσμενα. Pors. Ad Hec. 1141. p. 72. Id. προσγελάσεταί σε cod. Rav. Venet. Junt. ii. προσγελάσονταί σε, Junt. i. Dind.

585. ἧδε. Ita recte ed. Ald. et Farrei: male nuper ἠδέ. In aliis etiam signum interrogationis perperam ponitur post χρόνον. Berg. Nempe Kust. dedit—χρόνον; ἠδὲ τοῦθ' ἧμ.—Ad hæc Dawesius M. Crit. p. 278. "Principio ἠδὲ non est vox Attica. Deinde si esset, nullum hic sensum sortiri posset. Tertio parum commode subauditur nominativus, ad quem referatur verbum ἦν. Ut hæc omnia simul incommoda evitentur, non est nisi ut pro ἠδὲ legas ἧδε, locum autem sic distinguas:—πολὺν τοῦτον χρόνον ἧδε; τοῦθ'—Nempe hæc dicit chorus de Irene sive Pace jam præsente. Postquam hanc emendationem excogitaveram, certior factus sum, editiones Ald. et Wechel. præferre: πολὺν ἤδη χρόνον Ἧδε, τοῦθ'—quas etiam sequi video Basil. 1532. Id quod vulgata scriptura partim quidem rectius est, sed partim etiam corruptius." Dind. τὸν πολὺν ἤδη χρόνον Ald. Junt. i. Id. χρόνον; Ἤδη. χρόνον Ἧδε; Dawes. p. 283. sequente Toupio Cur. Noviss. in Suid. p. 68. 111. Negant quidem hi Critici, adstipulante Valckenærio ad Schol. in Eurip. Phœniss. 1685. vocem esse Atticam ἠδέ. Quod de Comicis verum est; de Tragicis non item. Vide Eurip. Hec. 322. Iph. Aul. 817. Herc. Fur. 30. Sophocl. Scyth. apud Athen. iv. 2. p. 189. Vide Adverss. p. 42. et ad Hecubæ locum. Pors. ἠδέ. Vide Marklandum ad Iph. A. 812. Kidd. ad Dawes. p. 500. (Myrtilum sive Eupolin persanare conatus sum Auctar. Porson. Opusc. p. 384.) In Eupolidis loco, de quo Gaisford. ad Heph. p. 277. et Meinekius Cur. Crit. p. 58. κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον, ni me fallit memoria, Porson. apud Censorem, (Crit. Rev. March 1805.) Roberti Walpole, Scarce Translations. Dobr.

586. Rogante choro senum Athmonensium incipit Mercurius narrationem belli Peloponnesiaci et causas arcessit a Phidia et Pericle. Sunt autem versus hi omnes trochaici tetrametri catalect. ab his ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἦν usque ad inferiora ἅττ' ἂν αὖ (634.). Cæterum ex Archilocho versus iste manavit, qui dixit, ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα. Quod etiam usurpavit Cratinus in Πυτίνῃ. Diodorus Sic. l. xii. c. 40. apud quem historia hæc de Pericle et Phidia exstat, hunc versum ita habet: ὦ πένητες καὶ γεωργοί θ', ἅμα τις ξυνιέτω. Puto illud πένητες detortum ex Archilocho et Cratino, qui λιπερνῆτες dixerant, neque tamen sic displicet; nam bello pauperantur coloni; sed δὴ ξυνίετε melius quam τὶς ξυνιέτω. Fl. Chr. Scholiastes affert similia loca: unum Archilochi, Λιπερνῆτες πολῖται—ῥήματα· alterum Cratini, ὦ Λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε. Ego inveni et alium Eupolidis, quem libenter imitatur Comicus noster, ap. Stob. Serm. iv.: ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, τἀμὰ καὶ ξυνίετε Ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς ἀπολογήσομαι. Vulgo pro τἀμὰ

γενεῖς et προσήκοντες γένει. BERG. Non sine singulari vi hæc adjecta sunt, πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει. Scilicet multa inscio populo tum agebantur in re publica. DIND. Suid. πολλά γ' ἡ. λανθ. PORS.

602. κᾆτ' ἐπειδὴ —. Notat leves occasiunculas, quas arripiebant Athenienses, ut bellum gererent. Mira autem est hujus poëtæ œconomia. Nam cum in principio hujus fabulæ maximam operam dederit, ne Athenienses læderet, belli causam rejiciens in alios, Bœotos puta et Megarenses, nunc libertatem loquendi detorquet in ipsos, non maledicendi studio, sed ut eos, si poterit, avertat a pravis illis moribus et natura irritabili vereque efferata et canum in morem hirriente. FL. CHR.

603. Vide Bekkeri Anecd. i. p. 42. 6. DIND.

606. Turpis lucri studiosi et hospitum deceptores Lacedæmonii, de quorum avaritia oraculum est vetus: 'Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδὲν, i. *solus amor lucri Spartæ pessumdabit urbem.* Neque vero avaritiam solam notat, sed inhumanitatem et inhospitalitatem; hoc enim vox illa sonat διειρωνόξενοι, quasi per ironiam et fallaciam hospites acciperent, quia non licebat quandocunque Spartam adire, sed certis tantum diebus erantque illic κακοὶ ξενοδόκοι, ut ait Theocritus Id. xvi. 27. et qui proverbium tollerent, ἐγγύτερον γόνυ κνήμης. Quin ibi lata lex fuit περὶ ξενηλασίας, et Archilochum poëtam Spartam ingressum statim expulerunt quæsito versuum prætextu, quibus fugam morti præferebat. Adeo aberant a comitate illa humaniorum, qui hospitio indulgent, et, ut ait Virg. Æn. iv. 51., causas morandi innectunt. FL. CHR. Avv. 1013. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι ξενηλατοῦνται. Vid. Eurip. Androm. 445. ss. BERG. Adverss. p. 234. PORS.

610. οὐδὲν αἰτίων. Ad γεωργοὺς referendum, quos innoxios vocat, merito ridens leves bellorum prætextus propter aliquot uvas vel ficus decerptas. FL. CHR. ἀνδρῶν γε: lege γεωργῶν. BENT. οὐδὲν αἰτίων περ ἀνδρῶν. Sic ad metri normam legendum. Mendose in libris omnibus, οὐδὲν αἰτίων ἀνδρων γε. In B. plane omissa ultima particula, mutilo versu. BRUNCK. κράδας. Videtur ludere in paronomasia κέρδη et κράδη. Sunt autem κράδαι, *ficus agrestes*, ut censent Nicandri Scholia et Pollux Onomastico [iv. 129. xi. 40.] cujus fructum sunt, qui ἐρινεὸν vocent vel ὄλυνθον. Κράδια vero vocantur frondes; unde κραδοφάγος auctore Hesychio ἀγροῖκος. Apud Theophr. in Hist. Plant. i. 13. extr. κράδη est verruca nodosa, quæ in olea gongrus, quam alii πρέμνον, alii κροτώνην vocant. Etiam machina quædam scenica sic dicta et qua vehitur in aërem Trygæi scarabæus. Eam Hesychius videtur vocare ἄγγυριν, nisi codices mendosi. Nam vocem illam, si bene memini, non legi uspiam. Quæ si bona est et Græca, videndum quid sit apud Suidam ἄγκυρις. Nam herbam esse ait, quo nomine nulla mihi nota neque lecta est. Quid si pro βοτάνη τις legas μηχανή τις· nam ἀγκύρισμα et genus est luctæ (corrige ibi Suidam et lege σχῆμα τῶν ἐν πάλῃ, non autem σχημάτων) et vas ficuum capax. Censeant literati judices neque mihi vitio vortant conjectationes nostras, quas indaginis vicem tantum esse volo, sine qua sagaciores ad cubile veritatis facile fortassis perveniant. FL. CHR. Porson. ad Eurip. Phœn. 412. probavit scripturam Rav. ab Inv. receptam, οὐδὲν αἰτίων ἂν ἀνδρ. Adhibetur ἂν ea vi, ut significet, quæ fieri et esse facile possint aut soleant. DIND.

611. Hæc vulgo choro (et rectius, opinor) tribuuntur, 613. s. Trygæo. Mutavit personas auctoritate Rav. Invern. DIND. κορώνεων. Inter genera ficuum recenset Schol.: ego de vite hic accipio, quamvis Hesychius v. κορώνεως (sic emendo pro κορωναῖος) tam de ficu quam de vite accipiat. Sed satius de nigricante uva intelligere, quæ a corvino colore κορακιὰς dicta? Eadem declinatione in Acharnn. 802. dixit φιβάλεων, qui ficus siccus est et proprie ἰσχὰς propter ἰσχνότητα. Nam inde macilenti et vesci homines dicti φιβαλεῖς. FL. CHR. Suidas: κορώνεως, ὡς φιβάλεως. ἔστι δὲ εἶδος συκῆς. ταύτην δὲ καὶ κοράκιον λέγουσιν· ὁ γὰρ καρπὸς αὐτῆς κόρακι ἔοικε κατὰ τὸ χρῶμα. BRUNCK. Rav. κορώναιόν. Vid. Pors. ad Hec. 1161. p. 78. PORS.

612. Lege vel Ἐξέκοψαν ἣν ἐγὼ φυτεύσας ἐξέθρεψ' ἐγώ, vel quod verius 'φυτευσα κἀξέθρ. BENT. ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξέθρεψ. Quis non videt sic legi debere? Mendosa est librorum omnium lectio, ἣν ἐγὼ φυτεύσας ἐξεθρεψάμην. Claudicat versus in quinto pede. Emendationem præceperat Dawes. [Misc. Crit. p. 278. s. qui vidit e vulg. φυτεύσας spondeum occupare quintam trochaici sedem. DIND.] confirmatam Euripidis versu in Med. 1349. οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην. BRUNCK. Libri omnes, etiam codd. Rav. et Venet., φυτεύσας ἐξεθρεψάμην. Conf. Eurip. Med. 1346. Porson. DIND.

613. Lege ὦ μέλ' ἐνδίκως γε δῆτ' ἐωεί. BENT. νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως δῆτ', εἴ γε

κἀμοῦ, τὸν λίθον—. Hic rursus versus turpiter in libris omnibus claudicat, in quibus, — ἐνδίκως δῆτά γ', ἐπεὶ κἀμοῦ — dactylo quintam sedem tenente. In B. sic scriptus est: νὴ Δί, ὦ μέλε', ἐνδίκως δῆτ' ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον—. Ad numeros quidem male; sed bene, immo optime factum, quod articulum τὸν omiserit: est enim longe ineptissimus, eumque, si sapuissem, in Morboniam amandassem. En, ni fallor, veram Comici manum: νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως δῆτ' εἴγε δὴ κἀμοῦ, λίθον | ἐμβαλόντες, ἐξμέδιμνον κ. ἀ. Brunck. Importunum illud τὸν et sensui et metro noxium tecte omittunt Brunckii Ms. et Rav.; dudum omiserat Juntina secunda. Sed in versu constituendo longissime a vero aberravit Brunckius. Lege, transposita tantum particula, Νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως γε δῆτ', ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον—. Sed aliud hic restat. Nam si sensui nocet articulus τὸν, nocet etiam articulus τὴν supra 611, ut additus noceret infra ante ἐξμ. κυψέλην. Lege igitur, ἐπεί τοι καὶ κοράνεόν γε μου. Vide quæ dixi ad Med. 675. et adde exemplum e Schol. Ven. ad Il. N. 513. ἐπεὶ καὶ τοῦ Οἰνομάου ἐξέσπασε τὸ δόρυ καὶ τοῦ Ὀθρυονέως. Sed et ibi Ms. Townlei. ἐπεί τοι καὶ τοῦ Οἰ. Jam poteram multa de μέλε apud Atticos disyllabo, nunquam trisyllabo; poteram non pauca de dactylo in trochaicos ne a Comicis quidem, nisi in propriis nominibus admisso; poteram denique quædam de vocibus ἑκμέδιμνον, ἐξμέδιμνον, et ἐξαμέδιμνον edisserere. Sed tibi, lector, et tempori tuo parcam. Pors. Pessime ed. Kuster. ex Ald. τὸν λίθον, quod est, *throwing the stone*, cum oporteret, *a stone*. Lege ἐνδίκως (vel ἐν δίκῃ, ut supra 611.) γε δῆτ' ἐπεί. τὸν om. Suid. ed. λίθον βαλόντες Ald. θον β. Ms. in κυψέλη ἐξμ. Pors. 613-14. Choro tribuuntur in cod. Rav.: Trygæo in reliquis libris. Cod. Rav. νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως δῆτ', ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον. Junt. II. νὴ Δί' ὦ μέλε' ἐνδίκως δῆτά γ', ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον. Dind.

614. ἐξμέδιμνον distraherem in duas voces ἐξ μεδίμνων. Est autem medimnus mensura capiens 48. chœnicas, i. e. 108. libras siccorum: ut recte Callimachus Cererem dixerit πολυμέδιμνον [in Cer. 2.]. At κυψέλη vas est figlinum et testaceum (quamvis etiam fierent ex vitilibus) sic dictum ab obscuritate διὰ τὸ κεκρύφθαι τὴν ὕλην. Aliud est κυψελὶς, sordes scilicet aurium. Fl. Chr. ἑκμέδιμνον Elmsl. ad Euripidis Medeam p. 256. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 414. Dind. Accuratius forsan ἑκμέδιμνον. Vide acutissimum Tyrwhittum ad Euripid. Electr. 888. Brunckium ad Med. 1181. Pors.

615. ὡς ἐκ τῶν ἀγρῶν ξυνῆλθ. Nempe initio belli, cum omnes in urbem commigrarent. V. ad Eqq. 789. Berg.

616. ἐλάνθανεν. Duplicem lectionem admittit Schol.; nam etiam ἐμάνθανεν probat, ut dicat Mercurius, agricolas postquam bello coacti urbes cœperunt colere, cognovisse proditorum artes improbas. Si ἐλάνθανε legis, tacite magnificantur agricolæ, qui reip. calamitates ipsis urbanis melius præsenserunt. Fl. Chr. In Acharnn. 373. κἀνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπωλούμενοι. Berg. ἐμάνθανεν cod. Venet. et Rav. Eandem scripturam commemorat scholiastes. Dind.

617. ἄνευ γιγάρτων. Pro uvis dixit gigarta. Nam victus hic erat agricolarum una cum ficu. Est autem gigartum granum in acino et semen, sed improprie semen. Nulli enim usui est gigartum, imo vites agigartæ dulciores. Fl. Chr. Suid. γίγαρτα. Pors.

618. ἔβλεπεν. Perperam vulgo ἔβλεπε. Brunck. πρὸς τοὺς λέγοντας. Auscultabat oratoribus, quid illi dicerent, cumque oratores isti libenter calumniarentur opulentos, ut nempe multarentur pecunia aut etiam omnia illorum bona publicarentur, plebi inopia laboranti ea res placebat, quamvis reip. perniciosa. Berg. Superiorem versum laudavit Porson. ad Eurip. Hec. 788. ut ostenderet, participium ὢν non omitti, ubi duo membra sententiæ conjunguntur. Dind.

619. Suid. ἀσθένεια. Pors.

620. δικροῖς ἐώθουν. Proverbiale est: Latini dicunt *furcillis ejicere*, ut Catullus, vel ut Horatius, 'furca expellere.' Dicitur etiam δικράνοις: sunt enim δίκρα vel δίκρανα perticæ bifidæ et bifines, quasi δύο τέλη ἔχοντα. Quod autem jungit cum κεκράγμασι, propter demagogos facit, qui magnis clamoribus agebant, ne pax conciliaretur. Et præter exspectationem hoc dixit, cum debuisset ξύλοις, vel proditores innuit et bilingues. Corrigendus h. l. glossographus Græcus ῥήτορες δημιουργοῦντες: tu lege meo periculo δημηγοροῦντες, nisi mavis δημαγωγοῦντες. Fl. Chr. Suidas ad h. l.: ἔδει εἰπεῖν ξύλοις, καὶ εἶπε κεκράγμασι. Δίκρον ξύλον dixit Timocles Comicus ap. Athen. vi. p. 243. Proprie δίκρουν ξύλον est lignum *bifidum*, quale est *furca*, et *furcæ* dicuntur δίκρα, item δίκρανα. Hinc proverbium δικράνοις ὠθεῖν, *furcillis ejicere*, sive ut Hor. *expellere furca*. Lucianus in Timone c. 12. καὶ μονονουχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας. Berg. Suidas: δικροῖς, διφυέσι ξύλοις, δικρανίοις. Ἀριστοφάνης· δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι· τὴν Εἰρήνην λέγων.

ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις, καὶ εἶτε κεκράγμασι· ἐπειδὴ οἱ ῥήτορες δημηγοροῦντες τῇ κραυγῇ ἔπειθον μὴ ποιῆσαι εἰρήνην. BRUNCK. δικροῖς. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 233. 234. "πικροῖς quidam, non δίκροις: et mox καὶ κράγμασι, non κεκράγμασι." Scaligeri Excerpta.—κεκράγμασι edd. omnes, κεκράγμασιν Etymol. M. δικροῖς ἐώθουν τὸν θετὸν κεράγμασι grammaticus Ms. in catalogo codicum Nanianorum p. 496. DIND.

621. φανεῖσαν ἄντην Bentl. V. ad Av. 391. DIND.

622. τῶν συμμάχων κ. τ. λ. Talis ille est, cui exitium minatur judicum chorus Vesp. 287. Maxime autem illos aggrediebantur sycophantæ, qui essent simpliciores et simul divites. v. Eqq. 260. et 265. quæ ibi ad Cleonem spectant; nam is talia docte norat facere. BERG. Verbum σείειν eximie dici de sycophantis, qui alios vexant et exagitant, ostendit Photius Lex. DIND.

623. ὡς φρονεῖ τὰ Βρ. *quod cum Brasida sentiat eique sit addictus.* Iste erat admodum prudens imperator, eoque efficiebat, maxime quo tempore in Thracia erat, ut multi ab Athenn. ad Lacedæmonios deficerent. Hinc sycophantæ Athenis sæpe arripiebant occasionem, ut etiam innocentes insimularent, quasi cum eo conspirarent. In Vesp. 473. ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐραστὰ καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ. BERG. Ad loquendi normam oportet ὡς φρονοῖ— et sic liquido scriptum est in B. BRUNCK. Nulla opus mutatione; nam quasi oratio illorum adfertur, qui hanc causam addebant. V. Matthiæ Gramm. Gr. p. 710. s. Reisk. ad φρονεῖ supplet τις, quod Græci ita omittant. Cod. Venet. φρονοῖ. DIND. Βρασίδα Suid. v. cetera corrupte. Producitur autem prima syllaba, ut et Vesp. 473. quod ignorarunt Valckenærius ad Euripid. Hippol. 31. Brunckius ad Theocrit. Idyll. vii. 11. not. ad Analect. p. 69. PORS.

626. ἄττ' ἂν διαβάλλοι. Salse et satyrice διαβάλλειν dixit pro παραβάλλειν. Nos in interpretatione utrumque exprimere voluimus. Melius autem consuletur modulo, si legatur ἄττα διαβάλοι etc. Sic enim fluidior erit versus sublato quasi obice, ut cum Plinio loquar. Illa vero κἂν φόβῳ intelligo pro καὶ ἐν φόβῳ. FL. CHR. Lege Ἄττα διέβαλ' ἄν τις vel Ἄττ' ἂν αὐτῇ διαβάλοι τις. BENT. Ita dixit pro παραβάλοι, quod *objicere* sive *projicere cibum* est canibus aut aliis bestiis: et hoc verbum erat ponendum, quia similitudo est a canibus, cum cibus eis projicitur; sed quasi errans utitur verbo διαβάλλειν, *calumniari*, quia rhetores isti sycophantæ per calumnias efficiunt, ut innocentibus bona sua extorqueantur. BERG. ἄττα διαβάλοι. Mendose vulgo ἄττ' ἂν διαβάλοι. Facete autem verbo διαβάλοι usus est pro παραβάλοι. BRUNCK. ἄττα διαβ. conjicit Reisk. ἄττ' ἂν διαβάλλοι Cod. Venet. ἄττ' ἂν διαβάλοι Kust. et Invernîz. DIND. Lege ἄττα διαβάλοι, prius ex Fl. Christiani conjectura, posterius cum Scholiaste. PORS. Vide ad Lys. 508. DOBR.

627. V. in Eqq. 67. de Cleone. BERG. ἐτύπτονθ' scholiastes, cod. Rav. et Venet. DIND.

628. Avaritiam rhetorum tangit, cum ait χρυσίῳ, sed et fortassis nefandam libidinem, puta oris illusionem vel buccæ offensionem. Apud Suidam ἐβύνουν habes, quod non omnino rejiciendum puto, cum βυνεῖν, auctore Hesych. sit, in ore aliquid tenere. FL. CHR. In Plut. 379. τὸ στόμα ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων, ubi v. Not. Cratinus ap. Schol. ad Eqq. 523. εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι. BERG. ἔβυον aut ἔβυσαν. REISK. Mirum non recepisse e Rav. ἐβύνουν Invernizium, qui recte v. præc. dedit ἐτύπτονθ' pro ἔτυπτον. Ipsi socii affligebantur verberibus et sentiebant (δρῶντες) ea. DIND. ἐβύουν legit Reisig. F.

629. Alterum ἂν non redundare, sed pertinere ad ἐξερημωθ. docuit Hermann. ad Vig. 817. ἧδ' Ἕλλας αὖ conjecit Reisk. DIND.

630. Lege ἔλαθε. BENT. ἦν ὁ δρῶν. Sophocl. Ajac. 1289. οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε; ibid. 1297. ὅδ' ἦν ὁ πράσσων ταῦτα. BERG. ἔλαθε pro vulg. ἔλαθεν scribendum esse jam Reisk. ostenderat. DIND.

631. βυρσοπώλης. Cleonem intelligit, quem ab isto spurco officio exagitat, ut noscatur, a quibus artibus impetum fecerit ad principalem magistratum. Quem vero Attici σκυτοδέψην vocant, Asiani βυρσοδέψην dicunt, et Paphlagones (unde Cleonis origo) βυρσέα et σκυτέα. In Eqq. 197. βυρσαίετον vocat tum propter pelles, tum a rapacitate. Rapax enim aquila. Sed quia non solum Carthago Byrsa dicta est, sed etiam Athenæ ipsæ ab Aristoph. nostro ἐν δράμασι (sic lego v. Βύρσα ap. Hesych. non ἀράμασι, ut Niobem vel Centaurum fabulas intelligat; sæpe enim citatur ἐν δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, ἐν δράμασιν ἢ Νιόβῃ, teste Athen.): quidni putem Βυρσαίετον esse urbis voraginem et populi furem? Apud Suid. v. σκυτοδέψης invenio, Cleonem imperatorem furiosum hominem, Cleæneti βυρσοδέψου filium. FL. CHR. Vulgo inepte ὁ βυρσοπώλης. Ar-

ticulum quem versus respuit, non agnoscit A. *Et l' auteur de toutes ces manœuvres étoit un corroyeur.* Non vero, ut Berglerus, *coriarius ille, le* corroyeur. Brunck. ὁ βυρσοπώλης cod. Venet. Dind. ὁ βυρσοπώλης edd. Kuster. Bergler. perperam. Om. ὁ edd. tres primæ; quin Portus. E scholiaste, ut videtur, habuit Kuster. Suid. ἀπειχόμενα. Pors.

632. ἀλλ' ἔα. Invehebatur in Cleonem Mercurius, quasi gratificans hanc injuriam civibus; nam paci contrarius erat (lege in scholiis Gr. ἀνθίσταται, non ἐνίσταται), ut ante dictum est. Sed Trygæus, ut bonum virum et innocentem decet, non patitur vituperari mortuum, et, (quod Christiani solemus in precationibus et solemnibus nostris) requiem orat defunctis, ut recte antea de se gloriatus sit, οὐ συκοφάντης οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων, et tamen tacite eum suis coloribus depingit, artificiose admodum et rhetorice. Tanto enim odio flagravit in illum, a quo postulatus fuerat, quasi exterus non civis esset, ut Equites fabulam in eum scripserit: cumque propter Cleonis impotentem et tyrannicam potentiam non inveniret, qui personam Cleonis effingere vellet aut mimum qui agere, ipse Aristophanes effinxerit et mimum sub persona Cleonis egerit. Fl. Chr. In marg. ed. Fl. Chr. ad περ ἔστ' (nam ita divisim οὐ, περ ἔστ' editum) adscribitur, γρ. πάρεστ'. Dind. οὔπερ ἐστ': Ald. οὐ πάρεστ'. Bent. Et Junt. i. Dind.

633. Ald. τις ἐστ'. Bent. Rav. ἔτ' ἐστ'. vid. Kidd. ad Porson. Miscell. Crit. p. 370. Dind. Vulgo sic legitur hic versus, numeris fœdissime corruptis, οὐ γὰρ ἡμέτερός τις ἔτ' ἔστ' ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀλλὰ σός. In codd. vero sic scriptus est; in A.: οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔστ' ἐκεῖνος ἀνήρ, ἀλλὰ σός. In B. οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔσται κεῖνος ἀνήρ, ἀλλὰ σός. Non alia mendarum fœcundior causa quam vocum transpositio: singulis in suam sedem repositis sponte enascitur venustus tetrameter: οὐ γὰρ ἔστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ ἡμέτερος ἔτ', ἀλλὰ σός. Brunck. Sed facilior est emendatio e Rav. exhibita, sed ea jam legebatur in ed. Fl. Chr. ubi in marg. ad ἡμέτερος additur τις. Dind. ἀλλὰ σός. Erat enim Mercurius etiam νεκροπομπός. Et Cleo jam erat mortuus. Berg. οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔτ' ἔστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ ἀλλὰ σός. Perperam ed. Kuster. ἡμέτερός τις ἔτ' ἔστ'. Simile mendum exemit Kusterus ipse ex Av. 521. Eurip. Iph. Aul. 509. ταραχή γ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται, Πλεονεξίαν τε δωμάτων. Vulgo perperam τις δι' ἔρωτα, quæ male emendarunt Marklandus et Musgravius. Idem verbum metro nocet Lysistr. 862. Ut vero hic redundat τις, alibi suppleri debet, ut in Tragico anonymo citato a Schol. Ms. in Homer. Il. Γ. 415. apud Valckenaer. ad Euripid. Hippol. 117. ἀλλ' ὡς λέβης τις μείζονος δεῖται πυρός. Male vir doctissimus τοῦ infercit. τις pro ἔτ' Ald. et Junt. 1515. ἡμ' ἔτ' ἐστ' (vel ἐστὶν) Junt. 1525. Fl. Christianus, (sed hic τις pro v. l.) Scholiastes, Ravennas; recte, modo ἀνὴρ legatur cum Porsono Opusc. p. 370. Utrumque ἔτ' et τις omittunt Brunckii Mss. unde patet corruptelæ origo. Pors. Vid. Reisig. Consect. i. pp. 184. 246. F.

634. Sequentes sex versus dimetri sunt trochaici, sed ultimum ἐφθημιμερῆ esse puto propterea que legendum σεαυτοῦ, non σαυτοῦ. Fl. Chr.

637. κύκηθρον. Supra de eodem v. 269. ἀπόλωλ'—ἀλετρίβανος—ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα. Berg. Vocab. κυκήθρα (nescio utrum hic lectum) habent Phot. Hesych. Zonar. ii. 1266. aliique grammatici. Dind. κυκήθρα maluit Elmsl. ad Acharn. p. 184. ed. Lips. Femininum legitur apud Hesychium, Suidam, alios, incertum an ex hoc loco. κύκηθρον retinendum est. Phrynichus in Bekkeri Anecd. i. p. 48, 28. κύκηθρον: ἐπὶ τοῦ τὰ πάντα κυκῶντος καὶ ταράττοντος. Id.

639. Ad personam Pacis, quæ muta introducitur. Berg. Redit ad senarios. Compellat autem ipsam Deam *Irenam*, quæ hic est κωφὸν πρόσωπον, vocatque μεσοπορπακιστάτην, novo et insolenti vocabulo, a parte armorum bellica ipsum bellum innuens, i. e. μισοπόλεμον. Πόρπαξ ferrum est, quod medio clypeo hæret quodque manu prehenditur. Alias est fibula et πόρπη. Fl. Chr. σαυτοῦ Cod. Rav. Dind.

641. εἴπειμι Cod. Rav. Dind.

643. Legebatur ἤδ'. Correxerunt Elmsl. ad Acharn. p. 265. ed. Lips., Heindorfius ad Platonis Sophist. p. 341. Dind.

644. Cod. Rav. Junt. ii. iii. εἰφ', ὅ τι νοεῖς αὐτοῖς, πρὸς ἔμ', ὦ φιλτάτη. Dind.

646. Legebatur εἶέν γ'. Cod. Rav., scholiastes, Juntina ii. iii. recte omittunt γ', Æschylus Choeph. 655. Stanl. εἶεν. ἀκούω· ποδαπὸς ὁ ξένος, πόθεν; Quem locum Hermann. comparavit. Dind. Post hunc versum censenda est persona Pacis Mercurio quædam in aurem insusurrasse. ἐπικαλεῖν est i. q. ἐγκαλεῖν, κατηγορεῖν, μέμφεσθαι. v. Suid. in Ἐγκαλῶν, Zonar. i. 838. Id.

647. μομφὴν ἔχει. Eurip. in Alcest. 1009. φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν — μομφὰς δ' οὐχ ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν σιγῶντα.

Idem in Phœn. 779. ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην—ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν. Berg.

648. Lacedæmonii pacem orabant post res gestas in Pylo, et naves, quas bello ceperant, reddere pollicebantur. Cleone satagente obtinuit eorum sententia, qui bellum malebant. Cæterum notandum, in Ulyssea Homeri Telemachi peregrinationem a Criticis vocari τὰ ἐν Πύλῳ. Fl. Chr. Postquam cepissent Athenienses Sphacteriam, insulam Pylo vicinam (Pylum autem antea occupaverant) et captivos ex ea duxissent trecentos Laconas, quorum plerique erant ex nobilioribus, Lacedæmonii aliquoties legatos miserunt Athenas de pace, qui re infecta sunt dimissi. Thucydides iv. 41. ἐπρεσβεύοντο πρὸς αὐτοὺς καὶ ἐπειρῶντο τήν τε Πύλον καὶ τοὺς ἄνδρας κομίζεσθαι. οἱ δὲ μειζόνων τε ὠρέγοντο καὶ πολλάκις φοιτώντων αὐτοὺς ἀπράκτους ἀπέπεμπον. ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα. Berg.

649. Corayus ad Heliod. ii. p. 155. e Schol. ad h. l. (in quo κυτίδα pro κυτίδια reponit) concludit, poëtam non κίστιν sed κύτιν scripsisse. οὐ γὰρ, inquit, εἰκὸς, τὸν Σχολιαστὴν τὸ σαφὲς, κίστιν, διὰ τοῦ ἧττον σαφοῦς, κυτίδα, ἐξηγήσασθαι. Monet præterea duplicem hanc accusativi formam esse usitatam, κύτιν et κυτίδα, et κύτις aut κυτὶς esse deminutivam a κύτος, quo vocab. in eadem significatione usus sit Eurip. Ion. 37. — Ἀποχειροτονεῖσθαι mox est, suffragatione repudiari. Conf. Elmslei. ad Acharn. p. 272. ed. Lips. Dind. Suid. ἀποχειροτονηθῆναι. Pors.

650. τρεῖς cod. Rav. Dind.

652. Proverbiale est, σκύτη βλέπει, ut ait Schol., quod ego ad servorum metum flagra et lora cogitantium refero cum doctis viris. Aliud proverbium est ὁ νοῦς ἐν σκύτεσι, etsi illi agnatum, quod vel de clypeis et scutis συνεκδοχικῶς intelligendum, i. e. de miseriis bellicis, vel de Cleone, qui pellio et σκυτεύς. Nos cum vertimus, *in pellibus*, utrumque sensum complexi sumus, et sane sic designatur militaris dormitio; nam ἀπὸ τῶν δερμάτων Latinum *dormire*, quod etiam jam diu notarunt docti viri. Fl. Chr. ἐν τοῖς σκύτεσιν. Id est, Cleo *coriarius* tunc gubernabat remp., cui oportebat advertere animum et auscultare; is autem rejiciebat pacem et legatos pacem petentes abigebat. In Eqq. 790. ad Cleonem dicitur, Ἀρχεπτολέμου δὲ φέροντος εἰρήνην ἐξεσκέδασας, τὰς πρεσβείας τ' ἀπελαύνεις ἐκ τῆς πόλεως. Berg.

654. καὐτῇ Ald. Junt. i. Dind.

655. Male hic divisim excusum esse χῷς τις pro χὥστις Brunck. ad 429. animadvertit. Certe χὥστις (sine iota subscr. esse debet). Dind.

657. Cod. Rav. et Junt. ii. omittunt οὖν. Dind.

658. ψυχὴν ἄριστος. Sic bene A. In B. ψυχήν τ' ἄριστος, quod depravatum e vulgato ψυχήν γ' ἄριστος. Istud γε inficetum est: mox aptum est in πλήν γ' ὅτι. Brunck. Per ironiam dictum vel qua ratione dicimus *minime malus*. Cleonymum hunc sale comico aspergit tanquam spurium et timidum. In Avv. vocat eum κατωφαγᾶν, epitheto avi conveniente vel propter edacitatem vel παιδεραστείαν. Eum κολακώνυμον vocatum ait Hesychius, quia κόλαξ erat et ἀπατεών. Fl. Chr. Erat timidus, recteque δειλὸν eum dicit et καρδίας ἀπωτέρω Avv. 1475. Berg.

659. Fo. οὔπερ. Bent. Οὐκ ἦν—. Videtur indicare velle, eum esse degenerem filium; hinc etiam infra de eo dicitur v. 1199. κατῄσχυνάς γε τοκέων. Berg. ὥσπερ φησὶν—. Sic quidem libri, sed manifesta menda, quam me reliquisse piget. Legendum οὔπερ φησὶν εἶναι. In B. ὅπερ male pro οὔπερ, quod quum metro repugnaret, a sciolo mutatum fuit in ὥσπερ. Notissimus clypei abjector Cleonymus, in quem facetus hic est jocus e similitudine vocum petitus ἀποβολιμαῖος et ὑποβολιμαῖος. Brunck. οὔπερ, Reisk. ὅπερ cod. Rav. Dind. οὐκ ἦν ἄρ' ὅπερ scholio præfixum in ed. Ald. Pors.

661. Qua ratione dicitur ὑποβολιμαῖος, *supposititius*, sic formavit ἀποβολιμαῖον, *abdititium*. Nam utrumque voluit. In Avv. 290. dixit ἀπέβαλε τὸν λόφον. Sic enim ῥψάσπιδα innuit. Fl. Chr. Vesp. 589. κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής. Berg.

663. τοῦ λίθου. In Eqq. 950. λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν. Berg. Pnyx locus Athenis, ubi conciones agebantur, a frequentia dictus (sic enim malo, quam crebritate) fuitque antiquus. Thucydides πύκνα vocat (nescio an illic melius πύκα, non enim audeo in rebus incertis certum quid pronunciare). Neque vero illic tantum fiebant conciones, sed et in theatro Dionysiaco et in ipso foro, adeo sane ut ἀγορὰν pro concione acceperint. Quem vero hic vocat lapidem, profecto βῆμα est et suggestus in tribunali; quæ erat προεδρία Prytaneis et Epistatis assignata; olim e lapide, qua ratione etiam altare dicitur λίθος. Fl. Chr. Τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ πυκνὶ Stephanus Byz. v. πνύξ. Rav. et Junt. iii. πυκνί. Vide quæ dixi ad Eccl. v. 244. Dind.

664. Hyperbolus, filius Chremidis et Charonis frater, post Cleonem magistra-

tum gessit, vir perniciosus et qui deinde viam stravit perditissimis successoribus in reip. administratione. De quo legendus Plutarchus in Alcib. vita et Thucydides lib. viii. Etiam Tullius in lib. de clar. orat. Saturninum quemdam ait similem Atheniensis Hyperboli, qui notatur in Atticorum comœdiis, tanquam φιλόδικος qui litigium emat. In hunc Hyperbolum scripserat Eupolis *Maricam* fabulam (male apud Erotianum Μαρίᾳ pro Μαρικᾷ) ut in Cleonem Equites suos hic noster. Fl. Chr.

665. ποι. Ald. σοῦ. Bent. τὴν κεφ. ποῖ περιάγ. Bona hæc lectio Ant. Fracino debetur. In B. ποῖ abest. In A. ut in primariis edd. τὴν κεφαλὴν σου περιάγεις. Brunck. Hæc a Mercurio dicuntur ad Pacem, quæ putanda est, quum Hyperbolus nominabatur, caput flexisse et a spectatoribus avertisse. Dind. τὴν κεφαλὴν ποῖ περιάγεις Junt. ii. τὴν κεφαλήν σου περιάγεις, Ald. Junt. i. Id. Vide Reisig. Conject. i. p. 167. F.

667. πονηρὸν προστάτην. In Eqq. 1315. habes de Hyperbolo, ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον, i. e. *perditum vappam pretiique nulli Hyperbolum.* Nam quod illic Schol. intelligit ὀξίνην propter ὀξυβαφίαν et λυχνοποιΐαν, frustra est et indignum Scholion docto grammatico fidem non facit. De hoc Hyperbolo, homine nihili et vere vappa, recte censet Plutarchus in Nicia, quum ait, non ab opibus ad audaciam, sed ab audacia ad opes sibi viam fecisse; evectum vero ad illam προστασίαν post Cleonem a populo, quod non satis fideret nobilioribus civibus bellua illa multorum capitum, sed metueret ne eorum potentia et dignitate effueret status democraticus. Is postea consilio Niciæ ostracismo damnatus est, pœna, ut ait Plato Comicus ap. Plut. l. l. indigna ipsius moribus et factis: οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστρακ' εὑρέθη. Nullus enim antehac hoc exilii genere improbus aut ignobilis multatus fuerat. Itaque post eum desiit ostracismus, cumque paulo post Sami exularet, occisus est et cadaver ejus sacco impositum in mare abreptum est. Fl. Chr. ἐπεγράψατο. Hoc verbum proprie usurpatur de inquilinis, quos habere oportebat προστάτην. Berg.

670. περιεζώσατο, h. e. amicit se eo, induit eum, ponitur pro ἐπίτροπον κατέστησε, quia ad voc. γυμνὸς respicitur. Mox ad ἐρωτᾷ scil. Εἰρήνη, cogitandum, mutam Pacis personam ita se composuisse, ut Mercurius ejus voluntatem interpretari posset. Dind. Scholiastes Platonis p. 85. ed. Ruhnken. Suidas v. περιεζώσατο. Id.

672. εὐβουλοτ. κ. τ. λ. Axionicus Comicus ap. Athen. vi. p. 210. ἔπειτα καὶ τρόπον τινα τὸ πρᾶγμά μοι λυσιτελὲς εἶναι νενόμικα. Berg. γενησόμεθα. Sic A. Vulgo γενησόμεσθα. Brunck. Bent. TP. εὐβουλότεροι γενησόμεθα τρόπῳ τινί. Tyrwhittus et Inverniz. ex codice Rav. TP. εὐβουλότεροι γενησόμεθα. EP. τρόπῳ τινι; γενησόμεθα imprudens retinuisse videtur ex Brunckii editione. Revocavi γενησόμεσθα et transposui verba τρόπῳ τίνι. Dind. Malim γενησόμεθα. Pors.

673. λυχνοποιός. Fabricator lucernarum erat, sed vitio et dolo fabricabat. Nam quo majoris essent ponderis et pretii, non ex ære solido sed plumbo addito faciebat. Talis enim in Nebulis describitur et κωμῳδεῖται. Fl. Chr. V. Nub. 1054. Berg.

674. ἐψηλαφῶμεν. Quod accidit iis, qui per tenebras, ne offendant, manum prætendunt et omnia pertrectant. Sic nos antea, inquit, obscure res gerebamus; nunc clara erunt consilia nostra, quando, qui rebus præest consulendis, lucernas fabricat. Salse hominem tangit. Alias ψηλαφᾷν verbum est flagitii, κλειτορίζεσθαι et σιφνιάζειν: est enim ἀκολάστως ἅπτεσθαι (sic apud Suidam corrigo v. μύρτον, ne legas ἕπεσθαι); et inde veriloquium ἀπὸ τῆς ἀφῆς καὶ τοῦ ψάλλειν, quod est τίλλειν, i. e. a tractu et tactu. Hinc Bacchus ap. Æsch. [in fragm. ap. Clem. Al.] χοιροψάλας. *Pertrectandi* autem vel *pertractandi* verbum sic usurpant Petronius et Ausonius. Fl. Chr. In Eccl. 315. ζητῶν ἐν τῷ σκότῳ—ὅτε δ' ἤδη 'κεῖνο ψηλαφῶν οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν etc. Berg.

677. Aut τὸ τί, aut τίνα. Reisk. Copiose de usu vocc. τὸ τὶ (*quid illud?*) et τὰ τὶ disputavit Hermann. ad Viger. p. 705. s. Articulus τὸ additur pronominibus interrogativis, ubi refertur ad aliquid, quod in verbis ejus, quem interrogamus, præcessit, ut 680. Sed eum articuli usum, qui hic obtinet, explicat sic, ut τὰ referatur ad οἷα, τί autem positum sit, non τίνα, quia rem ipse non noverit. Dind.

678. Cod. Venet. κατέλειπεν. Dind.

679. πράττει. Sic recte in B. In A. πράττειν. Vulgo ὅ τι πράττοι. Brunck.

681. Σιμωνίδης. Duorum simul poëtarum præstantium avaritiam uno stylo perstringit, in Simonide satis vulgatam vel ex arculis illis, de quibus Theocritus in Gratiis Id. xvi. Fertur enim primus carmina mercede scripsisse et primus poësin dehonestasse avaritiæ sordibus, imo in mercedem Asma scripsisse, ut merito a Pindaro tacite sugillatus fuerit, qui Musam ipsius

vocat φιλοκερδῆ [Isthm. ii. 9. ibique Schol.] Et Aristoteles in Rhetor. iii. 2. lepidam historiam eo pertinentem refert. Ait enim, Simonidem, accepta exigua mercede ab eo, qui vicerat mulis, carmen scribere noluisse, quasi turpe esset in mulas scribere, sed, accepto majori pretio, sic cecinisse: *χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων.* De Sophoclis avaritia non adeo res certa, cum postulatus olim a suis fuerit male administratæ rei familiaris. Tamen ferunt ex prætura, quam cum imperio in Samo gesserat, grandem eum pecuniam conflasse. Unde Xenophanes vocavit eum *κίμβικα*: est enim *κίμβιξ, ὁ λίαν μικρολόγος περὶ τὰ χρήματα.* Origo ἀπὸ τῶν κιμβίων, quæ sunt *σφηκιαὶ* vel *μελίσσια* ab apibus, quas *parcas* recte Virgilius vocat. Corrigendus obiter Hesychius, qui ait *κιμβία, σκυφία*: lego enim *σφηκιὰ*, etsi *σκυφία* non omnino absurdum, quia cymbium et scyphus non longe distant. Et idem Hesychius *κύμβικον* per *υ* agnoscit esse *μικρολόγον*, ut ab alvearibus, quæ sunt velut cymbia, derivatum sciamus. Apud Athenæum quoque Chamæleon Simonidem vocavit *κίμβικα* et *αἰσχροκερδῆ*. Miror autem Aristophanis inconstantiam, qui maximum et prudentissimum poëtam et theatri scenici principem ita perstringat et vellicet, quem opere maximo laudavit in Nebulis. Sane temperare sibi debuit ab hac scabie, præsertim cum tantus olim fuerit ei honos habitus vel ab hostibus, ut cum bello Siculo multi captivi essent Athenienses, plerisque tamen parsum fuerit propter communicatas ipsis Sophocleas fabulas. Sed prisca comœdia satyra fuit tota, et, quod diximus antea, *κακῶς λέγειν Ἀττικόν ἐστι μέλι.* Nec amicis quidem parcebant Comici. Fl. Chr. V. Plutarch. Nic. 29. Dind. Rav. liber *γίνεται* ex more suo. Inverniz.

683. *ἐπὶ ῥιπός.* Sic optime in B. ut et apud scriptores omnes, qui proverbialem hunc versum laudarunt. Suidas: *σαπρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ. Σιμωνίδης γέρων ὢν καὶ σαπρὸς κέρδους ἕκητι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.* Casaub. ad Athen. xiv. 21. Paulisper inque moralis sententiæ formam immutatum senarium hunc profert Plutarchus de Pyth. Orac. p. 405. B. *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.* Et sic emendate legitur, in Exc. Grotii p. 933. Insulsissime vulgo apud Comicum, *ἐπὶ τῆς ῥιπός.* V. not. ad Plut. 1065. Brunck. Senarius est integer proverbialis, *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις*, i. *in tegete nabis cum diis volentibus.* Est autem *ῥὶψ teges* vel *storia* ex calamis; a *ῥίπω* deducit Schol., puto a *ῥίπτω*, quia res est levis, abjecta et sperta, quæ etiam dicitur *ψίαθος* et *φρύγανον*, vel *cremium*; quo nomine etiam vocantur saligni ramusculi. Itaque nare in tam levi re est quasi *τῶν ἀδυνάτων*, ut summa sit avaritia ejus, qui extremo se periculo committit propter lucrum. Sed auri sacra fames quid non cogit? Hinc impiger mercator se credit undis et pericula temnit. Hinc Persio censente [Prol. 12. ss.] spes dolosi nummi corvos et poëtas transformat in luscinias. Fl. Chr. In marg. ed. Fl. Chr. *γρ. ἐπὶ ῥι.* Dind. *ἐπὶ ῥιπὸς* Rav. scholiastes, Junt. ii. et scriptores qui proverbialem hanc sententiam afferunt. Reliqui libri *ἐπὶ τῆς ῥιπός.* Id. *τῆς* om. Suid. *ῥιπός. σαπρός. ἕκητι* Suid. Pors.

684. Lege *δαί.* Bent. *Τί δαί*; Sic optime scriptum in B., quod absque eo facile reponi poterat. Vulgo mendose, *τί δέ*; tanquam si *δὲ* produci posset ante tenuem et liquidam. Vide quæ notavimus ad Thesm. 169.—*ἐστίν; vivitne? estne adhuc in vivis?* V. not. ad Eurip. Hecub. 312. Brunck. Cratinus, antiquæ comœdiæ scriptor, et qui post Susarionem inventorem primus partes comœdiæ distinxit, actus disposuit et personarum numero temperavit, apertus cætera conviciator et reprehensor, splendidum characterem amans, Æschylique inprimis æmulus, vinosus et *φιλοπότης* audiit, ut apparet ex Eqq. 538. ubi velut Connas dicitur coronarum satis abundans, sed siti semper enectus, tum ex fabula ipsius *Πυτίνη*, sic vocata ab œnophoro picato, ex qua versus habemus apud Athenæum. *Πῶς αὐτὸν* [*Πῶς ἄν τις.* ed. Schw. Dind.] *ἀποπαύσειε τοῦ λίαν ποτοῦ*; | *Ἐγᾦδα· συντρίψω γὰρ αὐτοῦ τοὺς χοᾶς* | *καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν,* | *καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν ποτὸν,* | *κοὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται.* Neque vero solum vinosus, sed permictor ab Aristoph. in Eqq. 401. *κωμῳδεῖται*, cum ait *γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον.* Miror etiam quod homo tam *φίλοινος* vinosum Homerum exagitaverit, nam ad hoc suos Ulysseas dicitur scripsisse. Habemus in Cratinum epigramma ex Anthologia quod exstat etiam apud Athenæum. [In Ran. 478. Berg.] Auctor Niceratus vel ut alii Chærestratus, vel etiam Theætetus, et incipit, *Οἶνός τοι χαρίεντι* etc. ubi quod antea de coronis diximus, firmatur; ait enim, *Τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν· εἶχε δὲ κιττῷ* | *Μέτωπον, ὡς σύ, Βάκχε κεκροκωμένον.* Hunc Cratinum, quod esset timidior et duxerit ordines Œnidensis tribus, Epeum vocabant. Nam Epeus timidus fuit. Lege apud Hesych. *δειλὸς ἦν*, non *δείλαιον*; ut non mirer, si Bacchum ipsum timidum

fecerunt. Fl. Chr. τί δέ; Κρατῖνος ὁ σοφός ἐστιν; Toup. in Suid. iii. 220. Pors. τί μαθὼν noli mutare in τί παθών. Utriusque significationis diversam speciem esse, sed discrimen tenue, vicit Frid. Aug. Wolfius annotatione ad Demosthenis Leptiniam, p. 348. 349. Illud tamen urbanius esse et magis Atticum, vere judicavit Reisk. Quinque in locis apud Aristoph. τί μαθὼν legitur, nullis nostris discrepantibus libris, et duobus in locis τί παθὼν, Pace 685. et Nub. 341. Et in his quoque μαθὼν dictum puto. Nam recte Boeckhius ad Nub. 401. τί μαθὼν in locum vulgati τί παθὼν reduci ex Rav. jussit. Reisig.

686. ὡρακιάσας. Deliquium animi et pallorem notat cum dissolutione et vertigine. Illud censet Lycophron, qui ὠχριᾷν idem facit, ut et Eratosthenes. Grammatici etymon dant, quasi ὥραν αἰκίζειν: nam pallor vultum et formam turpat. Causam vero mortis [Cratini] ridiculam adfert: quia, inquit, cum Lacedæmonii primo obsiderent mœnia, non sustinuit videre dolium vini plenum, effractum. Alii tamen alio genere mortis mortuum faciunt propter Baptas fabulam, et vinctum ab iis, quos in comœdia amare perstrinxerat, in mare projectum et demersum, titulum suæ fabulæ reipsa repræsentasse. Fl. Chr. ἐξηνέγκετο Suid. v. ὡρακιάσας in edd. Mediolanensi et Ald.: Kust. t. ii. p. 759. ἐξηνέσχετο ex Suidæ Ms. A. restituit. Dind.

687. ὁρῶν. Sic bene A. Vulgo ἰδών. In eod. cod. bene v. seq. scriptum πόσ' ἄττ'. Perperam vulgo spiritu aspero notatur postrema vocula. Brunck. ἰδὼν Cod. Rav. Suid. l. l. Affert scriptor περὶ κωμῳδίας in Commentariis in Nubes p. xxix., qui confirmat revocatam ab me scripturam ἰδών. Dind.

688. F. χἄτερα τοιαῦτ' οἷου γ'—. Reisk. τοιαῦτ', nisi fallor, voluit. Mox scribendum erat, γεγενῆσθαι 'ν τῇ π. non γεγενῆσθ' ἐν τῇ π. ut e Rav. editum. Vulgo ἐν deest. Dicit autem Trygæus hæc ad Pacem conversus. Tum dubitari potest an, quod ex uno Rav. editum est, ἀφησόμεσθα sit interpretamentum scripturæ omnium aliorum codd. et edd. ἀφεξόμεσθα. Dind. Junctim ποσάττ', i. πόσα τινα scribi jussit Dawes. M. Crit. p. 296. Id. Brunck. γεγενῆσθαι 'ν τῇ πόλει. Dind.

689. ἀφησόμεσθά σου liber Rav. Legebatur ἀφεξόμεσθά σου. Elmsl. ad Acharn. p. 61. ed. Lips. sine idonea caussa corrigit ἔστ' οὐδέποτέ γ', ὦ πότνι', ἀφησόμεσθά σου. Dind.

690. Olim scriptum, ἴθι νῦν. Tacite correxit Br. ἐπὶ τούτοις est, hac conditione, hac lege, scil. ut Pacem semper retineas et colas. ἐκποιεῖσθαι est sibi gignere, procreare. Dind.

693. Hæc ad Oporam dicuntur, meretricis habitu cultam. Ad δός μ. κύσαι subintell. στόμα, aut, quod simplicius est, σέ. διὰ χρόνου plerique intpp. cum κατελάσας junxerunt: si longo post tempore subegero. Quod non est commodum neque probabile. Pertinet ad βλαβῆναι, *aliquo tempore interjecto damnum inde habiturum*. Aberravit magis etiam Francog. interpres: 'Croyez-vous, qu' après une si longue privation il m'en arrive mal de m'amuser avec Opora?' Dind.

694. βλαβῆναι futuri temporis. Bent. Non intelligo quid Bent. velit. Dind.

695. τῆς 'Οπώρας κατελάσας. Recte Hesych. interpretatur συνουσιάσας et κατατήξας. Utrumque enim hic convenit, tam ad Oporam scortum (cui ἐλαύνειν vel μόλλειν accidens est maxime proprium) quam ad pulegium, quod κατατήκεται et cujus succo aquæ mixto cordis dolores, qui ex pomorum aut vindemiæ nimio usu adsciscuntur, sanari dicuntur. Hunc autem fere sensum accipit Enarrator Græcus, quasi dicat: 'Censen' tu, Mercuri, mihi male esse aut fore ex nimio oporæ usu?' Mihi nondum placere aut satisfacere potuit ista mens. Quomodo enim male esset ei, qui jamdudum oporam non cognovit? Censeam potius (sententiæ veniam peto pudentem) per hæc nefandam libidinem innui, et κυκεῶνα βληχωνίαν *fructum* esse, ut ait Plautus [Pseud. iii. 1. 16.] 'fullonium,' vel, ut hic noster alibi, Eqq. 1295. ἀπόπτυστον δρόσον, ut hic fere sit sensus auctoris: 'Putasne mihi male esse, quod tamdiu (hoc est διὰ χρόνου) caruerim opora?' 'Non,' inquit ille, 'si Cyceon blechonius buccam tuam offenderit;' hanc enim tertiam pœnam barbatis resignat ithyphallicus magister in Catalectis v. quæ Virgiliana non puto; nihil enim illa ad Partheniam. Nam ea etiam potione recreata fuit Ceres, filiæ suæ vestigatrix, cum monstrasset Baubo res suas. Sane enim βλήχωνα etiam esse τὸ ἐφήβαιον vel severi non nesciunt Catones. Alias vulgaris notitiæ herba; Origanum quidam vocant et Blechona, quia pecoribus balatum excitat, cum eam gustant florentem; calefacit et extenuat et viscosos crassosque humores e thorace et pulmone amolitur. Sed ad obscœna transferri etiam hic noster alibi testatur, ubi et πεδίον pro horto venereo et pulegium huc refert: nam Bœotiam pulegio abundasse constat, et hortorum culturam amasse. Postea cum de anguillis Bœotiis loquitur, fortassis alludit ad

spectatoribus. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 309. Lege ergo αὖ τοῖσι θεαταῖς cum editione Ald. et Juntinis. Pors.

717. ὁδὸν λόγων εἴπ. χ' ὅσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει. Hic versus ultimus ex quinque illis, qui Commatium faciunt, non videtur constare suis numeris; legendum fortasse νοῦς ἔχει αὐτός. [Νοῦς αὐτὸς ἔχει. Ita Ald. Junt. et supera, versu luxato, ut et Florens vidit, qui, admisso iambo λόγων, transposuit, νοῦς ἔχει αὐτός. Sic autem habet ed. Brub., Farrei vero νοῦς αὐτοὺς ἔχει. Berg.] Neque vero λόγων, qui est iambus, turbare debet. Nam magister Hephæstion testatur apud Tragicos et Comicos iambum inter anapæstos locum habere. Fl. Chr. ἣν ἔχομεν ὁδὸν, λόγον εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς αὐτός ἔχει γε. Sic plane scriptum in A. Vulgo λόγων reclamante metro omissaque in fine partic. γε. Depravatissima in B. lectio ἣν ἔχωμεν, ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, ὅσα τε νοῦς ἔχει. Nomen ὁδὸν eleganter adhibent Græci pro modo et ratione cujuscunque rei, ut observat Kuster. ad ista in Eqq. 1015. φράζευ, Ἐρεχθείδη, λογίων ὁδόν—. Sed ibi quum versum hunc Pacis laudaret, animadvertere poterat numeris eum solutum esse, proinde falsam esse lectionem, nec in eo λόγων ὁδὸν eodem modo construi posse, quo in Eqq. versu λογίων ὁδόν. Valet istud, ἣν ἔχομεν ὁδόν, qua ratione possumus, qua ratione solemus. Jam vero quid sibi vult Florens? — Dixerit ergo etiam magister ille in eodem anapæstico versu locum habere iambum et molossum. Ad istum modum versum dimetire: ἣν εχο | μεν ὁδον | λογων | ειπωμεν | χὤσα τε | νους αυ | τος εχει. [Imo sic voluerunt: ἣν εχο | μεν χὠ | σα τε νους | αυτος ε | χει. Dind.] Mallem dixisset, anapæsticum metrum omnes pedes admittere, quod musicæ rudibus per esset commodum. Brunck. Corruptum censet Porsonus Præf. Hec. pp. lv. vi. Notat Porsonus in exempl. Juntinæ 1515. Vide Euripid. Iph. A. 1139. ed. Markl. Platon. Phileb. ii. p. 64. A. HSt. 93. Fisch. Locus Euripidis est, ὁ νοῦς δ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει. Platonis, ἆρ' οὐκ ἐμφρόνως ταῦτα καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ μνήμης καὶ δόξης ὀρθῆς ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα; Ita etiam edd. Ald. et Bas. 2. Frustra locum tentat Stephanus. ἐχόντως νοῦν alibi citat Porsonus e Platone de Ll. iii. p. 686. E. HSt. Restituendum censeo νόον ἐχόντως Herodoto iv. 36. p. 297, 25. [Antiatticista Bekkeri p. 109. Νουνεχόντως· Ἰσοκράτης Ἀντιδόσει. Dobr.] In Aristophane, αὐτὸν vel ἑαυτὸν legisse Porsonum liquet. Pors. Cod. Rav. ἣν ἔχομεν ὁδὸν, λόγων εἴπωμεν, ὅσα τε νοῦς ἔχει. Cod. Venet. ἣν ἔχωμεν ὁδὸν λόγων εἴπομεν ὅσα τε νοῦς ἔχει. Veteres edd. ἣν (ἣν Juntina ii. et iii.) ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει. Brubachiana ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, χὤσα τε νοῦς ἔχει αὐτός. Bent. ἔχει in ἀνάγει mutabat, admisso haud dubie λόγον, quod in Scaligeri Excerptis est, ubi hæc sic scripta sunt: ὁδὸν, λόγον εἴπ. χ' ὅσ. νοῦς αὐτοὺς ἔχει. Reisig. ὁδὸν ἣν ἔχομεν τοιάνδε λόγων, εἴπωμεν ὅσ' αὐτὸς ἔχει νοῦς. Dind. Pro vocab. αὐτὸς aliud videtur olim lectum esse. Nam illud aut deest aut variis sedibus legitur in libris. Meineke Cur. Crit. in Com. Fr. p. 64. conjecit, ἣν ἔχομεν ὁ. λ. εἴπωμεν ὅσα τε νοῦς ἔχει, eumque versum dixit trochaicum tetram., anapæstis subjectum. Vide Reisig. Conject. i. pp. 166-9. Dind.

718. Nunc incipit Parabasis, quæ excursio vel digressio, etiam epirrhema, qua uti solebant comœdi, et in qua movetur chorus e suo loco, et ad populum conversus aut ex sua aut poëtæ persona dicit aliquid de se, de suis studiis, de furtis ineptiisve aliorum poëtarum. Ejus partes septem constituit princeps non solum Veronensium sed omnium Criticorum, quorum interest vacare Musis, Julius Cæsar Scaliger (neque enim huic magistro habeo, ne ex veteribus quidem, quem opponam, et uno tantum minor Aristotele mihi videtur), nempe, Commation; secunda pars anapæstica, quia olim ex solis anapæstis conficiebatur, post, suppositis aliis pedibus, nihilo secius nomen retinuit. Tertiam vocarunt μακρὸν, non propter tractum productionis; erat enim brevissima; sed quia unico impetu sine respiratione absolvendum esset. Post eam erat stropha, cui antistropha respondebat, huic epodos succedebat aut epirrhema, cui antepirrhema respondebat, quodque sedecim non amplius versibus constare lex fuit. Auxit numerum tamen Aristophanes. Quodsi non e scena, sed e choro unus loquebatur, ut hic, παρασκήνιον hoc dictum est, quia extra chori et propositum et numerum id fiebat, velut fecit Æschylus in Agamemnone. Aliquando parabasis quartæ personæ attribuebatur, quod tunc παραχορήγημα dicebatur, propterea quod diversum erat a materia scenica. Erat enim illa persona scenica. Sed ego id miror et cum illo maxime heroë puto, e choro παραχορήγημα, e scena παρασκήνιον, esse, ut produnt ipsa nomina. Fl. Chr. ῥαβδοῦχους. Vel magistratus fuit similis ædilibus vel ædilium apparitoribus. Scholiastes censet intelligendum de judicibus certaminis, quos poëta αἰσυμνήτας vocat. Ego simpliciter de lictoribus accipio, qui

operam dabant, ne quid novi fieret inter spectatores, utque suo quisque sederet loco, qualem Oceanum Martialis nominat. Vetus glossarium *virgarium* vocat ῥαβδοῦχον, quia virgæ et commotacula insignia lictorum, qui magistratibus apparent. Sed eædem glossæ habent, ῥαβδοῦχος, *rector*; proclive est emendare *lictor*. Sed quidni lictorem ab officio et regimine sic vocaverit, quia regerent turbantes? Ibi enim invenias ἀρχιραβδοῦχον esse summum lictorem, i. e. principem potius quam primum, imo qui *proximus* dictus. Sed de hoc genere qui post Lipsium (non solum unicum Belgarum lumen, sed alterum literatæ οἰκουμένης columen et cum Scaligero meo geminum) aliquid scribere volet, næ ille faciet λυχνοψίαν ἐν μεσημβρίᾳ. Ita enim accurate hanc rem tractavit ille in Electis suis, ut alienæ industriæ locum non reliquerit. Sic censeo, vel, ut dictum de Mutio, ambigebam. Fl. Chr. χρὴ μέν τοι τ. τε ῥ. Suid. Ms. ῥαβδ. et mox κωμῳδοποιητής. Pors.

719. Chori vicem fiebant Παραβάσεις, in quibus aliorum poëtarum dicta et scripta traducebantur sine maleficii crimine aut pœnæ suspicione, ut hic, ubi chorus a proposita materia divertit et stans ἀντιπροσωπιστὶ alloquitur spectatores. Ideo ait πρὸς τὸ θέατρον. Parabasin vocat anapæstum (ἀναπαίστοις), quia, ut dicebamus, erat quædam anapæstica parabasis, quæ solis olim et meris constabat anapæstis. Plato Comicus strophen et parabasin ita miscuit, ut στρεφόμενος loqueretur, et versio erat strophe, sermo parabasis, ut patet ex his: εἰ μὲν μὴ λίαν, ἄνδρες, ἠναγκαζόμην στρέψαι δεῦρο, οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ' ἐγώ. Fl. Chr. πρότερον pro πρὸς τὸ θέατρον Suid. ἀνάπαιστοι. Pors.

720. θύγατερ Διός. Vel Minervam vel Musam innuit. Illud similius vero, quia Athenis. Fl. Chr.

722. διδάσκαλοι. Proprie dixit. Nam *docere* dictum de fabulis. Horatius: 'vel qui docuere togatas.' Cicero Bruto 18.: 'Livius qui primus fabulam docuit.' Utuntur Athenæus et Suid. Sic et Isocr. or. de Pace qui docent comœdias, κωμῳδοδιδάσκαλοι dicuntur ab Aristot. qui tragœdias, τραγῳδοδιδάσκαλοι. Plutarch. Lib. de Musica διδασκάλους simpliciter dixit. Fl. Chr.

724. ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας. Forte alios etiam ita tractavit, ut Euripidem in Acharn. 414. sqq. Berg. τοὺς cod. Rav. apud Bekkerum. Dind.

725. τούς θ' Ἡρακλέας. Hæc in Euripidem, vel, ut alii, in Cratinum dicta existimant, qui tales dederunt fabulas, in quibus Hercules famelicus et vorax inducitur, Bacchus timidus, Jupiter mœchus et servus. Herculem autem voracem vel in cunis fuisse etiam testatur Theocr. xxiv. 135. qui ait, illi pro cibo carnes elixas fuisse et panem Doricum, qui φυτοσκάφῳ satis fuisset. Itaque recte βουθοίνας dictus est potius a βοῦ, particula αὐξητικῇ, quam quia boves ederet. Fl. Chr. Atqui ipse etiam Aristoph. risum voluit captare, cum Herculem introduxit, non pinsentem quidem, sed, quod perinde est, carnes torrentem, in Avv. 1688. Berg. Suid. v. μάττοντας. Dind.

726. Lege Φρυνώνδας: vid. Hesych. Harpocrat. Suid. Bent. τυπτομένους. Nempe ab Omphale: παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ, ut est ap. Lucian. in dial. Jov. Æsc. et Herculis [Deor. Dial. xi 1.]. Berg. Nempe si hæc omnia ad Herculem referuntur. Sed πεινῶντας ἐκείνους etc. videntur spectare alios ejusmodi homines, qui a Tragicis inducebantur, ut Telephus. Dind.

727. παρέλυσεν cod. Venet. et Rav. apud Bekkerum. Legebatur κατέλυσεν. Dind.

728. Brunck. et Invernis. κλάοντας tacite. Legebatur κλαίοντας.—εἵνεκα cod. Venet. Dind. οὓς ἐξῆγον. Hos etiam initio Ranarum ridet: ubi tamen ipse etiam producit servum talem. Berg.

729. Lege ἐξ ἀνέροιτο vel εἶτ' ἀνέροιτο. Vid. ad Thesm. 868. Bent. ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγάς, εἶτ' ἀνέροιτο. Sic optime Dawesius. Manifesto vitio laborat versus in libris, nisi Hephæstio dixerit etiam apud Tragicos et Comicos trochæum inter anapæstos locum habere. Sic enim vulgo legitur: ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς ἐπανέροιτο. Nihil apud Comicum frequentius occurrit, quam εἶτα sic inter participium et verbum positum, qua de structura vid. Kœn. ad Corinth. de dial. Att. p. 74. Distinctionem in hoc versu male posuit typotheta. Brunck. εἶτ' ἀνέροιτο Dawes. Misc. Crit. p. 284. Similiter εἶτ' ἐκπιὼν pro ἐπεκπιὼν vere emendavit Musgravius in Euripid. Cyclop. 327. ἐπανέροιτο. Sic Suid. ed. Ms. σύνδουλος. Ad Phœn. 1277. Pors.

730. In Ran. 626. ὑστριχίδι μαστιγῶν. Berg.

731. Verba e re militari petita sunt. δενδροτομεῖν τὰ νῶτα, est *terga*, velut arbores, *secare*, *scindere*. τὸν νῶτον cod. Rav. Venet. Dind. τὸν νῶτον Suid. Ald. τὸ νῶτον Ms. ὑστριχίς. Pors.

732. φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ. Recte addidit ἀγεννῆ, quia auctore Aristot. in Rhetor. [iii. 18. 7.] τῶν εἰδῶν τοῦ γέλωτος ἄλλο μὲν ἁρμόττει τῷ ἐλευθέρῳ,

ἄλλο. δὲ τῷ βωμολόχῳ. Sunt autem proprie βωμολόχοι, qui in sacrificiis aras frequentant, (qualis postea Hierocles) et cum adulatione aliquid petunt et mendicant. Hesychius ἱεροσύλους vocat, quia insidiantur aris. Moschopulus definit [περὶ σχεδῶν p. 84. ed. Par.], qui ficto lusu utuntur ad fraudem. Tales etiam dicuntur tibicines et divini et æruscatores, denique per tralationem εὔκολοι καὶ ταπεινοὶ ἄνθρωποι καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει διὰ τοῦ παίζειν καὶ σκώπτειν. Recte autem hic φόρτον addidit, et puto dictum ut illud Virg. 'Pateris libamus et auro:' ut intelligas βωμολοχίαν φορτικήν. Est enim βωμολοχία, γένος κολακείας φορτικὸν καὶ γελωτοποιόν. Quamvis φόρτος apud hunc nostrum in Pluto 796. sit χλεύη. Sane hic et Cratinum et Eupolidem irridet, eorumque fabulas tanquam φορτικὰς traducit, ut dixit in Vespis 66. ubi et de Megarensibus σκῶμμα φορτικὸν dicit. Apud Suid. de Hermogene: πλείω ἕτερα διελέχθη καὶ ὧδε βωμολόχα, i. e. inepta et ridicula, φορτικὰ καὶ γελοῖα. Fl. Chr.

733. κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας. Parabasi utebantur Comici ad proprias laudes et in aliorum convicia. Pherecrates in Κραπατάλλοις de Æschylo iisdem fere verbis dixit, nempe, eum tradidisse atque adeo ædificasse magnam artem. Sic verbum πυργῶσαι usurpavit etiam Antipater (optimus me judice epigrammatum scriptor, et qui in Græca anthologia palmam facile feret). Ait enim de Æschylo [Antip. Thessal. 57. t. ii. p. 110. s. Anth. prior. Jacobs.] ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν | πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ. Fl. Chr. In Ran. 1036. de Æschylo: ἀλλ' ὦ πρῶτος Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας Τραγικὸν λῆρον. Euripides in Heracl. 292. πᾶσι γὰρ οὗτος κήρυξι νόμος δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων. Idem Med. 526. λίαν πυργοῖς χάριν, et Or. 1568. ὃς πεπύργωσαι θράσει. Berg.

734. ἀγοραίοις. Nati in triviis et pæne forenses, Horatius dixit. ἀγοραῖοι hic sunt viles et pauperes, dicti ab antiquis Latinis *Canalicolæ*, quod consisterent ad canales fori. Fl. Chr.

736. Lege ἐπεχείρει: vid. Vesp. 1025. Bent. Recitati jam fuerant hi versus in Vesparum parabasi, unde huc eos transtulit Comicus. Brunck. ἐπεχείρει cod. Rav. apud Bekkerum. Legebatur ἐπιχειρεῖ. Dind.

737. βυρσῶν ὀσμ. δ. Et de Hercule contra quam alii loquantur et se fortissimo heroi et ἀλεξικάκῳ comparat. Nam velut ille magnos labores hausit, magnaque pericula obivit, ut magna et illustria facinora ederet; sic Aristophanes Cleonem et Lamachum, nihil eorum minis aut potentia deterritus, exagitavit. In Cleonem vero invehitur, cum ait βυρσῶν ὀσμὰς, quia ille βυρσοδέψης et sic ad Augiæ fimeta respicit. βορβοροθύμους. Schol. videtur agnoscere βαρβαροθύμους, ut notetur Cleonis barbaries; erat enim Paphlagon: sed non male de cœno intelligemus, ut mentem Cleonis cœnosam fuisse credamus; præsertim cum postea subjiciat χαράδρας. Fl. Chr. ὀδμὰς Schol. Bent. Ibid. fo. βαρβαροθύμους: vid. Schol. Id.

738. Sequentes versus etiam habes in Parabasi Vesparum. καρχαρόδοντι. Quasi Hercules Cerbero. Canem autem Cleonem vocat ab impudentia et ex oculorum aspectu, ut apud poëtam Hom. κυνώπης vel κυνὸς ὄμματ' ἔχων. Quod autem ait μάχομαι, dixit alibi in Vesp. ξυστὰς, tralative a lucta. Fl. Chr. In Vesp. 1034. θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι. Sequentes quatuor versus sunt et in Vesp. l. c. Berg.

739. Κύννης. Cynna et Salabaccho scorta fuerunt Athenis. De Cynna supra in Eqq. 765. meminit. Tamen Eratosthenes legebat hic non κύννης, sed κυνὸς ὡς, ut canem semper appellet, alii πυρός. Duplicem autem impudentiam Cleoni tribuit et caninam et meretriciam, ut dictum olim de impudente, non κόρας in oculis sed πόρνας habere. In Schol. in Vesp. mendum est, cum ait Eratosthenem pro κύννης legisse κοινῶς· legendum illic κυνός. Fl. Chr. "οὗ δεινότατα alii, et πυρὸς ὡς vel κυνὸς ὡς pro κύννης." Scaligeri Excerpta. κυνὸς ὡς Eratosthenis conjectura est, in scholiis commemorata. Vid. Valckenar. ad Theocriti Adoniaz. p. 361. Dind.

740. ἑκατὸν δὲ κύκλῳ. Hydra bellua centiceps Herculis fuit labos. Sed detorsit δράκοντας ad κόλακας, quibus stipatus erat Cleon, quem Typhonem in Eqq. 511. vocavit. Quod autem legitur ἐλιχνῶντο, in Vesp. habes ἐλιχμῶντο· utrumque convenit; nam et vorant et lambunt. Tamen ἐλιχνῶντο agnoscere videtur Hesychius. Fl. Chr. Lege ἐλιχμῶντο ut Suid. in Κύννα: at Hesych. Ἐλίχνων τοῦτο πεποίηται ἀπὸ τοῦ λιχνεύειν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ: lege Ἐλιχνῶντο. Bent. οἰμωζομένων. Perperam in A. οἰμωζομένων, ut vulgo legebatur in Vesp. 1033. Brunck. ἐλιχμῶντο Scaligeri Excerpta. ἐλιχμῶντο etiam Reisk. prætulit. Tacite receptum est a Brunck., unde et Inv. retinuit. Dind. οἰμωζομένων ἐλιχνῶντο. Sic Suid. ed. Ms. Κύννα. ubi θαυμαζόμενα παρ' Ἀθήνησιν ἑ. Ms. Pors.

741. χαράδρας. Præcipitium innuit,

cum ait ὄλεθρον· quamvis pro πηλὸν dixerit; nam torrentes secum, ut ait Callimachus, (h. in Ap. 109.) trahunt, πολλὸν συρφετόν. Sed vocem irridet sonoram et fractam, quæ καχλάσματα, i.e. cachinnos, imitabatur. Tamen interpres Vesparum de asperis moribus et inæquali vita intellexit. Sed ad vocem referendum esse, ausim probare vel ex Pherecrate, qui in Ἐπιλήσμοσι vel Θαλάσσῃ dixit, ἂν δ' ἀποκριθῶ, οἴμοι τάλας, φησί, χαράδρα κατελήλυθεν, præceps, puto, responsum innuens. Fl. Chr.

742. φώκης δ' ὀσμήν. Etiam graveolentiam illi exprobrat et tetrum odorem, tam fortassis a libidine quam arte βυρσοδεψικῇ. Tetrum autem odorem esse phocæ, sive vituli marini, etiam Homerus testatur, qui dixit Φωκάων ὀλοώτατος ὀδμή. Et alibi πικρὰν ὀδμὴν ipsas ἀποπνεῖν dixit. *Lamiam* belluam perhibent olentem et feram, sic dictam a granditate gutturis, λαιμίαν et λαμίαν. In eam transformata fertur formosa femina Lamia, Beli et Libyæ filia, quæ e Libya in Italiam venit, ubi urbs Lamia inde dicta. Eam, ut ait Duris in secundo historiæ Libycæ, compressit Jupiter. Juno zelotypa partum necavit, unde illa præ dolore necati partus ex formosissima deformis facta est et Junonis exemplo aliarum infanticida existimatur: unde nutriculæ, quæ terrorem infantibus incutere solent, de Lamia interminantur. Lamiam autem illam fabulantur volente Junone assiduo vigilasse et noctes diesque in dolore fuisse, donec miseratus Jupiter exemptiles illi oculos fecit, quos assumeret et poneret, cum vellet. Qua de re elegans opusculum exstat Politiani, viri suo seculo incomparabilis. Hic vero notandum, finxisse Aristophanem, quod non est. Nam cum Lamia femina sit, ei tamen ὄρχεις tribuit, et, ut Cleonis sparcitiem arguat, ἀπλύτους, i. e. ut ait Plautus, 'illutibili odore.' Cæterum fuit Lamia olim etiam Atticum scortum, cujus dictum Ælianus memorat, Græcos Leones, Ephesi esse Vulpes, ut infra dicemus. Salacem *camelum* et θερμόπρωκτον existimant. Corrigendus autem obiter Suid. v. Πρωκτὸς, ubi καμήλου legendum, non καμίνου. Aliud est κάμιλος, nempe παχὺ σχοινίον, ut putem καμηλαύκιον Suid. vel σκιάγειον inde dictum, nisi ἀπὸ τοῦ καῦμα ἐλαύνειν vel κάματον potius. Nam est πιλίδιον. Fl. Chr. Lege λαμίας δ': vid. Vesp. 1030. Bent.

743. ἡμῶν Suidas v. τέρας in edd. Mediolan. et Ald. Dind.

744. ὧν οὕνεκα. Perperam vulgo εἵνεκα. Brunck. Repugnat Ahlwardt. in secunda Symbola ad Schneider. Lex. Gr. et tuetur hic alibique εἵνεκα. Dind. εἵνεκα cod. Venet. Id.

745. Hic versus cum sequenti non videtur integer. Nam pede curtus est; sequens, syllaba tantum. Qui vero sequuntur, in unum jungi debent. Nam decem sequentes, qui faciunt ἕκθεσιν, dimetri sunt. Sed quia Schol. hoc longum Commation sive Parabasin 33 versibus tetrametris catalect. constare dixit, aut error est in numero aut duo desiderantur. Fl. Chr. Omittit μοι Ald. fo. ἀνταποδοῦναι τὴν χ. Bent. ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκός. Sic recte in B. collocatæ voces, quas transpositas impressi exhibent cum versus labe, εἰκὸς ὑμᾶς. In A. idem binarum vocum ordo; sed alioqui male mulcatus versus: ἀποδοῦναι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκὸς δὴ, καὶ μνήμονας εἶναι. Brunck. Apud Fl. Chr. hic versus legitur sic: ἀποδ. (sine μοι) τ. χ. εἰκ. ὑμ. κ. μν. εἶναι, in sequ. autem deerat partic. περινοστῶν. Dind. ἀποδοῦναι τὴν χάριν εἰκὸς ὑμᾶς. Ita tres primæ. ἀ. μοι τ. χ. ὑμᾶς εἰκὸς, ob metrum. μοι Kusterus e Palatino. Mox 746. περινοστῶν omittunt tres primæ, reposuit Kusterus e Palatino. Pors.

746. περινοστῶν omittit Ald. lege περιφοιτῶν παλαίστρας sic περιὼν in Vesp. 1020. vel περιῄειν Παῖδας πειρῶν: etenim ibi Schol. περιῄει τὰς παλαίστρας. Bent. Etiam in Vesp. 1020. de se dicit Comicus: οὐδὲ παλαίστρας (φησι) περικωμάζειν πειρῶν. Utrobique autem monet Schol. in Eupolidem hæc dici. Berg.

747. παῖδας ἐπείρων. Nihil hic Comicus maledicentiæ et insectationis poëtarum reliqui facit. Nam ecce Eupolin et alios poëtas insimulat παιδεραστείας. πειρᾶν verbum proprium libidinosis, qui quavis via expugnare tentant pudicitiam. Ap. Lucian. Dial. Deor. vi. 1. Jupiter de Ixione Junonem procante, ait, μῶν ἐπείρας. Fl. Chr. Ad σκευὴν in marg. ed. Fl. Chr. adscriptum, γρ. σκηνήν. Dind.

748. Perperam vulgo hic versus in duos divisus. Brunck.

749. Hæc velut est peroratio. Sane enim parabases istæ sunt tamquam δημηγορίαι scenicæ. Fl. Chr.

751. καὶ τοῖς φαλακροῖσι. Quod Satyrici solent, hoc facit Aristophanes (quid enim aliud istæ fabulæ, quam Satyræ?), ut, quo liberius alios insectentur, sibi ipsis non parcant. Fuit enim revera calvus Aristophanes, quod testatur Plutarchus cap. i. lib. ii. Sympos. διὸ καὶ τῶν Κωμικῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτοὺς, ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα καὶ τὴν ἄγαν οἴνου δίψαν. Sed fortassis hæc spectant Eupolidem: nam in Scholiis, quæ sunt ad Eqq.,

habes, εἶγε, φησὶν Εὔπολις, ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ. Nomen calvi olim videtur pauperem et miserum designasse. Nam Myconios, qui calvitii morbo laborabant, pauperes fuisse testatur Athenæus et invocatos ad convivia venire solitos, ita ut Myconii dicti fuerint vulgo omnes ἄκλητοι, de quibus Stephanus et Donatus ad Terentium, ubi laudatur illud Lucilii, 'Myconi omnis calva juventus.' Hesychius: Μυκώνιοι ἐπὶ γλισχρότητι διεβεβόηντο, lego, διεβέβληντο. Neque vero per calvos pauperes solum innuebantur, sed etiam stulti et fatui, unde illud, μωρὸν ὁρᾷς φαλακρόν. Synesius in Encomio calvitii per ὑποκορισμὸν vocari eos σελήνια dixit, quod traduci potest ad stultitiam. Tamen quia luna dicta a splendore et luce, et calvi ea parte videntur splendere, propterea σελήνια dicti et ab ipsa luna amari dicuntur, vel quod in orbe lunæ omnia contraria huic orbi sunt, et calvities ibi tam familiaris, quam hic cæsaries. Fl. Chr.

752. Cod. Rav. ξυνσπουδάζειν. Dind.

754. κἀπὶ τραπέζῃ. In conviviis sæpe in calvos dicta jocularia jaciebantur. Petronius in Satyrico: 'quum Eumolpus et ipse vino solutus dicta voluit in calvos stigmososque jaculari.' Quamvis illic putem stigmosos vocari, qui nævos habent, et calvos, qui rasi: nam apud poëtas præsertim hæc promiscue usurpantur. Fl. Chr.

755. Schol. Ms. Platonis apud Gaisford. in Catal. codd. Clarkianor. p. 72. et apud Seidlerum de Aristophanis Fragm. p. 23. Dind.

756. τρωγαλίων. Bellaria sic vocantur ab edendo, quæ et τραγήματα ab eadem origine, τρώγω· nam inde τράγος, quia rodere solet, ut dicitur: Rode caper vitem: etsi differre putat Athenæus lib. xiv. ubi τραγημάτων multa nomina. Nam ἐπιδορπίσματα et μεταδόρπια et ἐπιφορήματα et ἐπιτραπεζώματα et δευτέρας τραπέζας vocat, imo et ἐπαῖκλα· sic enim corrigo Athenæum, ubi legitur ἐπέκλεια [ἐπαίκλεια. Hanc scripturam tuetur Schweighäus. Anim. vii. p. 519. non memorata Fl. Chr. conjectura. Dind.]· sane enim αἶκλον convivium: quamvis Dalechampius ἐπάϊκλα legat, nescio unde id verbi expiscatus. Nam Hesychius variat, qui eum αἶκνον convivium esse dixerit, postea ait ἀναίκλεια, ἄδειπνα· nisi mendum est et legendum ἀναίκεια. Idem Athenæus lib. iv. κοπίδα ait fuisse apud Laconas cœnam εὐτελῆ, et proprie ut αἶκλον [ἄϊκλον] ex Eupolide in Εἵλωσι. Possint etiam vocari ἐπίδαιτρα, quæ placentas designant. Fl. Chr.

757. In hac oda sunt stropha et antistropha, in utraque versus 22. Sed priores versus sex utriusque sunt ex Stesichori Orestea πλοκῇ. Quæ ultra sunt, in tragicos poëtas scribuntur, puta Carcinum ejusque filium, Melanthium et Morsimum. Ferunt autem primum Stesichorum instituisse chorum ad citharæ cantum. Unde illud ipsi nomen, cum antea vocaretur Tisias. Cæterum Orestea Stesichori ex Xantho μελοποιῷ videtur sumta, si credimus Athenæo lib. xii. Scripserat autem, ut aiunt, Helenæ vituperium, unde oculis captus est, postea visum recuperavit, cum cecinisset palinodiam, ex qua idem auctor Athenæus versus aliquot laudat lib. iii. et x. [v. Suchfort Fragm. Stesichori Lyr. p. xxiii. ss. xxviii. s.]. Fl. Chr.

758. Doctus amicus conjicit φαιδρὸν τὸ μέτωπον, comparato Equit. v. 550. et ibi Schol. Dind.

759—71. et 772—84. Semichoriis tacite tribuit Brunck. F.

761. θεῶν τε γάμους. Ut Martis et Veneris, quorum conjugium vel adulterium potius in Ulyssea sunt, qui Homeri esse negent. Fl. Chr. Lege θεῶν τ' ἐπαίνους. Bent. κλίουσα Scaligeri Excerpta. Dind.

763. Καρκίνος. Tragicus fuit poëta, cujus filii tres, Xenocles, Xenotimus, et Xenarchus, viles personæ et ludii tragici, qui propter staturæ brevitatem vocati sunt ὄρτυγες. Carcini fabulam Thyestam laudat Aristot. in de Poët. cum agit de recognitione, quæ fit ex signis συμφύτοις. Notandum autem hoc nomen factum licentiose προπαροξύτονον, ut fecit etiam Aratus [Phæn. 147.]; nam alias secundam syllabam producit. Fl. Chr.

764. s. Ἀντιβ. Versus hic longior est et secandus in duos, ut alter sit δῶν χορεῦσαι. Aliter enim hæc stropha constaret tantum 21 versibus, neque par esset antistrophæ quæ sequitur. Fl. Chr. ἀντιβολῇ μετὰ τῶν | παίδων χορεῦσαι. Sic scripti et distincti hi versus in codd. recte. Vulgatum ἀντιβολεῖ solœcum est. Brunck. συνέριθος mox est ὁ βοηθὸς Zon. ii. p. 1685. Ante Fl. Chr. hi duo versus unum constituerunt. ἀντιβολεῖ Cod. Rav. Dind.

765. Lege Μήθ' ὑπάκουε μήτ' ἔλθε ξυνέριθος. Bent.

768. ὄρτυγας οἰκογενεῖς. Cum dicendum esset ὄρνιθας, maluit ὄρτυγας, ut sic magis insectetur Carcini liberos tanquam contentiosos. Sunt enim coturnices mares natura φιλεριστικοί. Cæterum hic versus citatur ab Athenæo l. ix. qui ait feminas coturnices ab Alexandro Myndio dictas esse λεπτοτραχήλους (lego enim illic λεπτοτραχηλότερος). Solent autem

Attici producere mediam et τυ longum facere, ut testatur Ixion Demetrius apud illum Dipnosophistam, perinde ac δοίδυκα et κήρυκα. Sed hic noster Comicus breviavit propter metrum. Dixit autem οἰκογενεῖς i. e. domi et in umbra educatos. Suid. ἐσκιατραφημένους dixit. Fl. Chr. γυλιαύχενας. Nullum vel oblongum collum designat. Quid esset γύλιος, notatum a nobis supra 519., cophinus scilicet militaris parvus et vegrandi collo. Sane irridet ista carcinomata, tanquam pumilos et nanos, qui tamen operam patri præbebant ad saltandum fabulis suis. Corrigendus itaque locus Suidæ in v. Καρκίνος, ubi ait de filiis, ἐχόρευον δὲ τῷ παντί· lego πατρί—. Error ortus ex compendiaria scriptura πρι. Nam sic multa notarii et ταχυγραφεῖς scribebant. Contrarius illi error visitur apud eumdem grammaticum v. Κυρῖνος i. Quirinus. Nam ubi habes Ἰούλιός τις Πάτροκλος, legendum Πρόκλος. Est enim Julius Proculus, et historia est de Quirino vel Romulo, ascendentem in cœlum ille juratus vidisse se dixerat. Putarunt postea compendio scriptum et legendum Πάτροκλος librarii hospites in historia Romana. Fl. Chr. Suidas τοὺς μακροτραχήλους. Sic figura magis erant ridicula, si exiguam staturam longum exciperet collum. Brunck. Vid. Athenæum iii. p. 452. Dind. γυλιοτραχήλους Suid. Ms. στρόβιλοι. Pors.

769. νάννοφυεῖς. Nani in hominibus pumili dicuntur; mutilique et murci in equis, hinni, quos tamen alii gynnos vocant. Inde genus panis parvi et placentarii *Nanus*. Credibile vero est, Aristophanem ad grande eorum veretrum respexisse, quia pumilis μέγα αἰδοῖον. Mimnermus, poëta elegiacus, νάννους scripsit, si Dalechampio credimus, qui pumiliones vertit, quamvis vetusta Athenæi exemplaria habent Ναννοῖ et Ναννὼ, quæ meretrix fuit et ipsius Elegiographi amica ut titulus non sit temere abdicandus. Nam et Ephippus Comicus fabulæ nomen fecit Philyram meretricem. Quo magis credam, facit vox σφυράδων, quæ sequitur, quibus *caprarum stercora* significantur. Fuit autem Nannion meretrix (si tamen eadem est) vocata *Capra*, quia, ut capræ θάλλους, qui ramusculi sunt, libenter esitant, sic illa Nannion Thallum quendam cauponem bonis exhauserat, ut Plautina Phronesium Dinarchum [in Truculento Plaut.]. Fl. Chr. Hesychius: σφυράδες, τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων· οἱ δὲ, σπυράδας. v. Pierson. ad Mœr. in σχινδαλμός. Brunck. ἀποκνίσματα. Mirum in modum parvitatem et brevitatem ac vero vilitatem eorum exagitat, quos etiam ramentis et strigmentis stercoris caprini comparat. Corrigendus Suid. locus non rectus: apud quem Scholiastæ Græci verba ad verbum leguntur, ubi legendum ἀποτμήμασιν pro ἀποτυχήμασιν. Hic autem etiam legi potest ὑποκνίσματα. Fl. Chr. ὑποκνίσματα cod. Rav. Dind. ὑποκνίσματα. ἀποκ. Suid. v. Καρκίνος. edd. Ald. Kuster. et Junt. i. ὑποκ. Junt. ii. Pors. μηχανοδίφας. Carcini filius, Xenocles, machinas et ostenta in fabulas induxit, ut testatur Plato Comicus, qui δωδεκαμήχανον vocat. Machinas enim adhibebant, cum deos descendentes de cœlo aut discedentes repræsentabant. Fl. Chr.

770. Verba ὃ παρ' ἐλπίδας in al. edd. omnibus separatum efficiunt versum. Dind.

771. γαλῆν τῆς ἑσπέρας. Scripserat, credo, Carcinus *Mures* fabulam, quæ non stetit, sed exacta est, fueruntque actores μισούμενοι, quamquam magna exspectatio fuerat illius fabulæ (ait enim παρ' ἐλπίδας) et fortasse respexit ad proverbium anapæsticum: ὤδινεν ὄρος, τὸ δ' ἔτικτεν μῦν. Itaque salse ridet Tragicum et mures ait strangulatos a fele. Ut enim, qui placuerunt populo, liberam sibi auram videntur haurire, sic, qui exiguntur, suffocari. Fortassis autem alium, qui vicerat, Carcinum etiam traducere voluit nomine γαλῆς, quasi felem pullariam vocet, Morsimum puta, vel Melanthium, quos, ut cinædos, paulo post tangit. Nam muribus strangulandis convenit τὸ μόρσιμον. Fl. Chr. Vide Schol. Berg.

772. Hoc est principium antistrophæ et sex priores versus sunt item πλοκὴ Στησιχόρειος ex eadem Orestea iisdem fere verbis. Sic enim Stesichorus, quem σοφὸν ποιητὴν videtur vocare: τοιάδε etc. Deinde, ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών. Fl. Chr. Versus sunt Stesichori in Orestia: τοιάδε χρὴ Χαρίτων | δαμώματα καλλικόμων ὑμνεῖν, | Φρύγιον μέλος ἐξευρόνθ', ἁβρῶς | ἦρος ἐπερχομένου. Hesychius: δαμώματα, κοινώματα, δημοσιώματα. Carmina quæ publice cantantur. Brunck. Dorice pro δημήματα. Sunt enim τὰ δημοσίᾳ ᾀδόμενα. Berg. Suid. Δαμώματα. Bent.

774. ἠρινά. Sic bene scriptum in binis codd. Neutrum est plurale adverbialiter adhibitum. Perperam vulgo et metro reclamante ἠρινῇ quod cum φωνῇ tanquam epitheton conjungunt. Ordo est: ὅταν μὲν ἠρινὰ χελιδὼν ἑζομένη κελαδῇ φωνῇ. Ut hic ἠρινὰ *verno tempore*, sic in Antipatri Sidon. epigr. 26. ὀρθρινὰ sub *auroram* significat, quod vocabulum gemella menda in vulgatis anthologiæ libris inva-

serat: legebatur enim ὀρθρινῷ. Integrum epigramma proponam: Κερκίδα, τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ | μελπομέναν, ἱστῶν Παλλάδος ἀλκυόνα, | τόν τε καρηβαρέοντα πολυρροίβδητον ἄτρακτον, | κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἀρπεδόνας, | καὶ πῆνας, καὶ τόνδε φιληλάκατον καλαθίσκον, | στάμονος ἀσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα, | παῖς ἀγαθοῦ Τελέσιλλα Διοκλέος, ἁ φιλοεργὸς, | εἰροκόμων Κούρᾳ θήκατο δεσπότιδι. Κούρα εἰροκόμων δεσπότις est Minerva. Male in Analectis nostris excusum fuit καύρα. BRUNCK. μὲν φωνῇ. Quid si μεμφωλῇ? Sane sic mallem, ut querulos cantus innuat. Fl. CHR. Lege ἠρινά. BENT. ἠρινὰ, Rav. Lennepius Animadv. ad Coluthum p. 23. ἠρινῇ μὲν ὥρᾳ χελιδών. DIND.

775. Vulgo duo erant versus, ita ut ab ἐξομ. novus inciperet. DIND. De *Morsimo*, tragico poëta inepto et frigido, sed oculorum non malo, ut ferunt, medico, Philoclis Tragici (qui post Sophoclis Tereum Πανδιονίδα scripsit) filio et patre Amphidamantis supra in Ranis et Eqq. meminit. De *Melanthio*, item tragico gulone, cinædo et leproso, in Avibus. Utrumque diris imprecationibus semper immiscet. Nam in Ranis post furta, stupra, cædes, parricidia, subjicit de Morsimo, ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο. In Eqq., si fallat, imprecatur sibi hoc modo: καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν, tanquam hic Morsimus sit in fabula præcipueque in choro μοχθηρὸς καὶ θανατηφόρος. In Avv. autem dixit, βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου. Fl. CHR. Vide inf. 974. Rav. 152. Avv. 151. BERG.

775. et seqq. Om. Suid. Ms. Μελάν. et Μόρσ. ut et locum Eq. scil. 400. PORS. Vid. Athen. DIND.

779. Lege ὠδελφός. BENT.

781. Gorgones cum magnis malis dentibusque pingebantur et fingebantur. Unde voraces et Manduci Gorgones vocati et Gumiæ. Tales in exodiis Atellanarum personæ pallentes et hiantes erant, quæ risum movebant et pueris terrorem incutiebant, ut ait Juvenalis [Sat. iii. 175.] Hic addidit ὀψοφάγους, ut non temere dixerit Varro *Manducum* vocari obsonium. Suspicor tamen aliquid deesse in exemplaribus Varronis, quasi scripserit *obsonium mandentem* vocari *manducum*, ut sit ὀψοφάγος. *Obsonium* vero cum de piscibus proprie et quasi unice dicatur, vel teste Plutarcho, non male hic conveniet, quum præsertim sequantur βατιδοσκόποι et ἰχθυολῦμαι. Nihil tamen in loco Varronis affirmo, tantum Senatus critici sententias per saturam exquiro. Agitur enim de saturitate et ὀψοφαγίᾳ. Fl. CHR. βατιδοσκόποι. Piscibus libenter vescebantur Athenienses. Inter eos *batis* excellit, et sane Sannyrion in Risu fabula inter mensarum delicias hunc piscem appellat hoc semiversu: ὦ βατίδες, ὦ γλαυκῶν κάρα. Et Archestratus, culinarius poëta, quomodo sit apparanda batis, docet l. viii. Athen. Ait enim: καὶ βατίδ' ἑφθὴν ἔσθε μέσου χειμῶνος ἐν ὥρῃ, | καὶ ταύτῃ τυρὸν καὶ σίλφιον. ἅττα τε σάρκα | μὴ πίειραν ἔχει πόντου τέκνα κ. τ. λ. Innuit enim περιφραστικῶς cartilagineum piscem, ut facit Aristoteles, qui contra Archestrati sententiam Raias et cartilagineum genus condi hiberno tantum tempore ait et capi frigore negat. Fl. CHR. βατιοσκόποι, haud dubie ex hoc loco, scholiastes ad Vespas 506. DIND.

782. γραοσόβαι μιαροί. Olidos hircos vocat, qui vetulis capris naturam, ut ait ille, liguriunt. Sunt enim σοβάδες, ἅβραι παλλακίδες, ancillæ meretrices. Eupolis: παρὰ τῇδε σὺ τῇ σοβάδι κατήγου. Malo enim hoc interpretari de initu vetularum, quam de abigendis ipsis a piscium propola, ne præstineat. Fl. CHR.

783. Quos ineptos poëtas, inquit, sputis et verberibus spernere debes, o Musa. Fl. CHR.

785. Hæc Coronis est. Prodeunt vero de novo personæ, et Trygæus descendit e cœlo et ad penates suos redit, narrans, quantum laboris hauserit in ascensu et descensu. Fl. CHR. εὐθὺ τῶν θεῶν est, recta ad deos. Codices Rav. et Venet. ὡς χαλ. ἐλ. ἦν. Legebatur ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ' εὐθὺ τῶν θεῶν. DIND. Hunc versum sic a Reisig. citatur: ὡς χαλεπὸν ἦν ἐλθεῖν ἄρ' εὐθὺ τ. θ. F. Ald. νεῶν. BENT.

786. Lege τὼ σκέλη. vid. τὼ σκέλη in 791. et τὼ πτέρυγε in Av. 1229. BENT. τὼ σκέλη, ut mox quinto abhinc versu et Thesm. 24. Vulgo minus bene legitur τὰ σκέλη. BRUNCK. Fugit viros doctos genuinam scripturam leviter depravatam exstare apud Herodianum in Aldi Hortis Adonidis p. 201. B. ἔγωγέ τοι πεπόνηκα κομιδῇ τῷ σκέλε. DIND.

788. ἀπ' οὐρανοῦ—. De loco valde sublimi videntur quidem minores homines in imo, sed non nequiores: παρ' ὑπόνοιαν itaque dixit κακοήθεις πάνυ pro μικροὶ πάνυ. BERG. Est quidem hic anthypallage pro μικρότατοι, tamen visus vitio, qui in locis celsioribus sunt, inferiora pro pusillis habent, ut oram solventibus videntur terræ recedere. Κακοήθεια est *malignitas*. Jam *malignum* apud Latinos pro parco et parvo sumitur; ut *maligne laudare*, et ap. Horat. *maligni* caupones. Sic autem Athenienses quasi malo assue-

tos traducit, quique, ut dictum est, sciunt quæ recta sunt, sed facere nolunt. Propterea dicit ἐντευθενὶ, i. e. propius spectanti mihi etiam estis impensius vel maligni vel malitiosi. Fl. Chr. Lege φαίνεσθε. Bent. Cod. Rav. ἀπό τ' οὐρανοῦ φαίνεσθαι. Venet. ἀπὸ τοὐρανοῦ. Dind.

790. ἔγωγ' ἐπυθόμην τινος. Ut sit senarius versus iambicus, videtur τινὸς esse παρέλκον. Sed meo judicio tamen retinendum. Est enim genus dicendi et Atticum et comicum et rustico dignum. Sic vernacula lingua dicimus, *on le dit*. Itaque malo exsulet illud ἔγωγ', ne senarius corrumpatur. Fl. Chr. Cod. Rav. Venet. Junt. ii. iii. ὡς ἔγωγ' ἐπυθόμην τινός: qua scriptura recte mihi usus esse videor. Dind. ἔγωγ' ἐπυθόμην. ἐγὼ 'πυθόμην edd. Ald. Kuster. Junt. i. non ii. Pors.

796. In Avv. introducit Dithyramborum poëtam Cinesiam alas petentem, ut sublime volans possit captare prooemia, v. 1383. ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς. Ad quem alter: κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ὑμῖν ἡ τέχνη. Berg. ξυνελέγοντ'. Sic libri. Non minus apte quadraret forma ξυνέλεγον. Acharn. 378. ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια. Dithyrambicos autem poëtas hic irridet Comicus, cumque his conferri debent, quæ dicit Cinesias in Avibus. Brunck. ἀναβολάς. Sic dicta principia τῶν ᾀσμάτων. Homerus [Od. i. 155.] ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. Imo omnia προοίμια. Nugantur grammatici, qui dicunt ἀναβαλλόμενος et ἀναβαλόμενος per unicum λ differre, illud esse *cunctari*, hoc vero *ordiri*. Pindarus in Nemeis καταβολὰν [ἀγώνων] dixit in 2 εἴδει [v. 5.]. Est enim καταβολὴ, κατεύργησις et καταβάλλεσθαι verbum fundamentale: Euripides Bacch. [1244.] καλὸν τὸ θῦμα καταβαλοῦσα δαίμοσιν, de primitiis loquitur. Fl. Chr. Schol. Platonis Clarkianus l. l. p. 77. 'Αριστοφάνης εἰρήνῃ συνέλεγ' τ' ἀναβολὰς ποτώμεναι. Dind.

797. ἐνδιαεριαυερινηχέτους. Id est ἀερονηχεῖς· nisi quod habetur ibi ἔνδιος, i. e. *serenus, lucidus*, et ἀήρ. Vox ἀερονηχεῖς occurrit in Nubb. 336. ubi etiam ridet dithyrambos: ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς. Berg. Audaces, ut Hor. vocat, in dithyrambis compositiones ridet, præcipueque eas, quæ ex aëre et nubibus fiunt, ut hic, quibus principia sua fulciunt, quæ ut plurimum disconvenientia sunt, vana et inutilia. Omnino Attico perfundit aceto poëtas dithyrambicos, quos alii ἀμφιάνακτας vocant a prooemiis, quæ incipiebant, ἀμφί μοι ἄναξ, et inde ἀμφιανακτίζειν dicebant pro προοιμιάζειν. Magnus vero subsannator prooemiorum Aristophanes, qui in Ranis Æschylum inducit omnia Euripidearum fabularum exordia corrumpentem ἀπὸ ληκυθίου. Fl. Chr. Suid. in Διθυραμβ—habet 'Ενδιαέριαι ἐρινηχέτους: [aliter] in 'Ενδιαεριαβερινηχέτους: forte ἐνδιαπερινηχ—vel εὐδιαστερι—. Bent. At in folio ad calcem libri scripsit Bent. "τὰς ἐνδιαπερινηχέτους: lege εὐδια—Plutarch. p. 1410. H. Steph. εὐδίας δὲ καὶ εὐαμερίας γενομένης." Dind. ἐνδιαέριαι ἐρινηχέτους Suid. ed. Ms. διθυραμβοδ. ἐνδιαεριαβεριν. Ald. in v. Locum om. Ms. Pors. Scripsit ἐνδιαεριαιθερινηχέτους Reisig. Quem vide i. p. 312—13. F.

801. Ἴων ὁ Χῖος. Dithyrambicus et tragicus et melicus hic poëta fuit; imo comœdias scripsit et epigrammata et pæanas et hymnos et scolia et elegias. Fuit autem Orthomenis, quem Xuthum vocarunt, filius, qui tragœdias docere cœpit LXXXII. Olympiade; cumque Athenis in dithyrambicorum et tragicorum certamine victor evasisset, populo Atheniensi viritim donavit vasculum Chium. Scripserat autem oden dithyrambicam, cujus initium erat: 'Αοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνομεν ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον. Propterea Eoum ἀστέρα eum vocaverunt. Aut fortasse alludit ad Meteora, de quibus scripserat Ion, teste Suid. Sed multum operæ posuerat in dithyrambicis, quos, ut ambitiose conditos, lancinat hic Comicus, ut et Philoxeni στρεπταίγλαν. Ionis autem Chii titulo dialogum scripsit Plato philosophus. Fl. Chr. De Ionis Chii memoria optime meritus est Criticorum princeps Rich. Bentleius in epist. ad Jo. Millium. Fecerat Ion dithyrambum, cujus initium a Schol. et Suida in Διθυραμβοδιδάσκαλοι prolatum: ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείναμεν, | 'Αελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον. Inde Comici jocus. Brunck.

802. ὡς δ' ἦλθ', εὐθέως cod. Rav. et Venet. et margo ed. Florentis. Legebatur ὥστε γ' εὐθέως. Scholiastes ad h. l. ὡς δ' ἦλθεν ἐνθάδε, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀπέθανεν. Dind.

803. ἀοῖον, pro ἠοῖον, ut ἀὼς pro ἠώς, quæ et ἠοίη. Alia vero est origo τῶν 'Ηοιῶν, qui titulus est poëmatii Hesiodei, cujus fragmentum videtur esse Scutum Herculis. Nam in illo poëmatio ἠοιῶν Heroinarum recensetur Catalogus, et sic dictæ, quia Ascræus ille de nobilibus feminis identidem comparatis scripserat ἢ οἵη. Fl. Chr. Vid. Suid. v. Ἴων. Dind. Carmen, cujus principium citat Schol.: 'Αοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνωμεν, ἀελίου

legitur perquam inficete: εὐδαιμονικῶς ὁ πρεσ- | βύτης, ὅσα γ' ἔσθ' ἰδεῖν, | ταυνὺν τάδε πράττει. Particulam γε in primo versiculo insertam non agnoscit A. Reliquas sordes ipsi purgavimus. Ordo est: ὁ πρεσβύτης ὅδε, ὅσα γ' ἔστ' ἰδεῖν, εὐδαιμονικῶς ταυνὺν πράττει. BRUNCK. γ' tacite omisit Inverniz. imprudens Brunckium secutus. Habent particulam cod. Venet. et Rav. apud Bekkerum. DIND. Legebatur ταυνὺν. Brunckius, sordes se purgasse affirmans, edidit: — ὅσα γ' ἔστ' ἰδεῖν, | ταυνὺν ὅδε πράττει. Veteres lectiones ex cod. Rav. revocavit Inverniz. Euripides Heraclid. 641. εὐτυχεῖς τὰ νῦν τάδε. ubi vide Elmsleium p. 97. DIND.

824. τί δῆτ'. In Acharnn. 1010. τί δῆτ' ἐπειδὰν τὰς κίχλας ὀπτωμένας ἴδητε; Antecedentia ibi antecedentibus hic etiam sunt similia. BERG.

826. αὖθις — πάλιν. Eurip. Heracl. 796. νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ. BERG.

829. Per ironiam dixit εὐδαιμονέστερος, sed per στροβίλους intelligit Cancri illius vel Carcini filios, quos duros et asperos vocat instar nucis pineæ, quæ στρόβιλος, quia turbinata, unde fastigium et συστροφὴ capillorum, ubi erant τεττίγων ἐνέρσεις, κρώβυλον quasi στρόβιλον dixerunt a forma coni. Hic vero ad Cancrum respicit: nam cochleæ illæ marinæ sunt ὀστρακόδερμοι: vel propter orbiculatas eorum saltationes hoc dixit; est enim στρόβιλος etiam genus ὀρχήσεως et propterea vocavit antea eos γυλιαύχενας. Corrigendus Suid. v. Στρόβιλος, ubi habes γλυκύτραχήλους· lege γυλιοτραχήλους. FL. CHR. φανεὶς. Lego potius φανεῖ in futuro Attico; nam hæc videntur a choro dici; ut in versione feci. BERG. Tacite recepit Brunck. DIND. Simili ratione χίλους Vesp. 1511. ludens in vocibus ὀρχεῖσθαι *saltare*, et ὀρχίλος *orchilus, avicula quædam*. BERG.

830-2. Horum versuum numeri in ed. Lips. prorsus corrupti sunt auctoritate cod. Rav. Sunt, ut omnes præcedd. et seqq., Trygæo tributi versus iambici tetrametri catalect., ita restituendi, ut in al. edd. leguntur:—οὔκουν δικαίως; ὅστις εἰς ὄχημα κανθάρου βὰς | ἔσωσα τοὺς Ἕλληνας, ὥστ' ἐν τοῖς ἀγροῖσιν αὐτοὺς | ἅπαντας κ. τ. λ. Neque enim ulla appareret causa, cur primum bini iambici dimetri, tum unus senarius, denique tetrameter catalect. in continua hac oratione fuerit adhibitus, et ἐπιβὰς interpretamentum vulg. βὰς esse videtur, αὐτοὺς autem (quod Rav. omisit) cum vi quadam positum. DIND. Cum libro Rav. consentit Venet. nisi quod male ὄντας omittit. εἰς ὄχημα κανθάρου ἐπιβὰς etiam Suidas v. ὄχημα t. ii. p. 748. DIND. ἐπιβὰς Suid. ed. Ms. ὄχημα. PORS.

831. ὥστε ἐν τοῖς. Lege ὥστ' ἐν τοῖς, ita postulante versu. FL. CHR.

832. Frob. βινεῖν. Ald. κινεῖν. BENT. κινεῖν καὶ καθεύδειν. Conjungit hæc duo et supra 341. BERG. κινεῖν edd. Ald. Kuster. et Junt. I. II. βινεῖν Fl. Chr. in text. sed κινεῖν pro v. l. PORS.

833. Cod. Rav. κᾆτα τῆς πυγῆς. DIND.

834. σησαμῇ. Ex sesamo (sunt qui putent esse quem vocamus risum vel oryzam) fiebant placentæ nuptiales et eas dari mos erat in nuptiis propter fecunditatem, ut ait Menander. Est enim πολύγονος, et, ut ait Theophrastus [de causs. plant. iv. 16.], λιπαρός. Vocabatur autem σησαμοῦς placenta ista sive πλακοῦς sive πόπανον. Et solebant sponsi coronari foliis sesami, papaveris et sisymbrii. Apud Athen. lepida est historia lib. 14. Nam fiebant, inquit, Syracusis ex sesamo et melle Eugia muliebria (sic verto ἐφήβαια,), ea vocabant μυλλοὺς in Sicilia, et spectaculis exhibebant. Testatur Heraclides Syracusius. Sane apud veteres nihil mellitum aut dulce fuit, quod non esset sesamo sparsum et papavere. Unde Petronius elegans dicendi et bibendi arbiter: mellitos verborum globulos omniaque dicta quasi papavere et sesamo sparsa. Apud Hesych. corruptissimus est locus: σησαμοειδὴς ἐνακύραι πύα ἐοικυῖα ἦρι γέροντι, cujus loci restitutionem præstare non possum. Sed conjecturam pro fulmento supponam: τῶν σὺν Κύρῳ πόα ἐοικυῖα ἠριγενείῳ vel ἠρύγγίῳ. Nam ἠρυγγίτης est panis et herba. Eo audacior fui in conjectando, quod sciam sesamino oleo et σινήπῳ unctos fuisse Cyri commilitones. FL. CHR. σησαμῇ. Tanquam ad sponsum; dabatur enim sponsis sesamum. In Avv. 159. cum chorus Avium dixisset, νεμόμεθα δ' ἐν κήποις τὰ λευκὰ σήσαμα κ. τ. λ. alter dicit, ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον. BERG. σησαμοῦς. Sic legendum, non, ut vulgo, σησαμῇ. In A. scriptum σησάμοις. BRUNCK. Schol. σήσαμα δὲ καὶ μήκ. Mutilate citantur Av. 160. PORS. σησαμῇ (σησαμὴ Cod. Venet. et Junt. III.) libri omnes et scholiastes. DIND.

837. Cum aspiratione ἀνύειν est σπεύδειν, quod hic convenit. Audiendus etiam Suidas, qui ait, ἀνύσασθαι, παρὰ τοῖς ἄρχουσι διαπράξασθαι, καὶ ὁμοίως πάλιν τὸ τοὺς ἄρχοντας προστάξαι· τοῖς ὑπηκόοις. FL. CHR. Imo ponitur ap. Nostrum inprimis partic. ἀνύσας cum alio verbo sic, ut sit, *quam celerrime*. v. Viger. de Id. p. 350. ed. recentiss. Cæterum quam e Rav. recepit lectio ἀνύσαντε τῇ Βουλῇ ταυτηΐ. Οἰκ. τί φῄς; et metro adversatur

et languidum atque e glossem. enatum pronomen immiscet. Reponenda antiqua scriptura: ἀν. τ. Β. Οἰκ. τίς ἔσθ' αὕτη; τί φ. Recte servus interrogat, quænam ista Theoria sit. Neque enim adhuc eam cognoverat. Cod. Venet. ἀνύσαντε τῇ Βουλῇ τι ταυτηνί· τί φής. Dind.

839. ἐπαίομεν. Hic pro ἐλαύνειν et συνουσιάζειν: et inde verbum *pavire* et *pavimenta*, quia sunt κροτητὰ et *tripudium* quasi terripavium. Sic enim Festus cum de pulte agit. Brauron urbs Attica, ubi Dionysia fiebant et unde multa scorta vino madidi deducebant. Ibi Artemidi sacra erant et capra immolabatur, solebantque illic olim Rhapsodi Iliadem cantare, ibique nupturæ virgines Dianæ initiabantur, quod ἀρκτεύειν illi dicebant: qua de re lepida historia est apud Suidam et meminit Hesych. v. Δεκατεύειν. Erant autem illa Dionysia quinto quoque anno. Pollux ait decem sacrificos sacra quinquennalia fecisse in Delo, Braurone, et Eleusine. Propterea addit πρωκτοπεντετηρίδα: sed ista Dionysia sunt Aphrodisia. Pausanias Atticis testatur, Brauronem non longe a Marathone olim cum Diana Taurica Iphigeniam venisse. Fl. Chr. ὑποπεπωκότες. Sic bene A. quod e Scholiastæ expositione in textum merito revocavit Berglerus. In aliis libris est ὑποπεπτωκότες, quæ sæpissime permutari observavi ad Lys. 395. Conc. 140. Brunck. Scal. ὑποπεπωκότες. Bent. Rav. ὑποπεπτωκότες. Dind. L. ὑποπεπωκότες, cujus verbi sensum in versione sua expressit Q. Fl. Septim. Christianus, ex Scholiastæ forsan nota, quamvis de lectione emendanda, qua erat sagacitate, nihil quidquam suspicatus est. Ita autem emendavit P. Leopardus Emendat. ix. 23. Pors.

841. πρωκτοπεντετηρίδα. Quia Brauronia quinto quoque anno agitabantur. Vid. Meursium in Græcia Feriata. Brunck. Corrupte Suid. Βραυρών. Pors. ἔχει et πρωκτοετηρίδα Suid. Ms. scil. in Βραυρών, ubi ἔχεις et πρωκτηετηρίδα ed. Med. Id.

842. ὑμῶν ad spectatores. Bent.

844. τί περιγράφεις. Quid, inquit, deles, vel expungis? Notum, quid sit, *circumscribere magistratu*. Is enim vel M. Tullio auctore *circumscriptus* dicitur, cui honor et imperium abrogantur. Fl. Chr. Cum audiret servus, Trygæum velle meretricem alicui servandam dare, statim cogitabat: O si mihi daretur! et oraturus erat, sed timebat repulsam; nec immerito; quis enim ovem lupo committat? itaque gestus edebat, quales solent meditabundi et solliciti. Schol. Eurip. ad Or. 631. ὡς τῷ ποδὶ τὸ ἔδαφος περιγράφοντος (quasi pede circumducto solum verrat) αὐτοῦ καὶ διστακτικῶς ἔχοντος καὶ ἀναλογιζομένου, εἰ δέοι ταῦτα ποιεῖν· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ ἀμηχανοῦντες ἐν τοῖς πράγμασι. Suavissime Aristænetus Lib. i. ep. 15. de puella aliquid magni petitura: ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρα τὸ πρόσωπον, ὥσπερ τι συννοουμένης· εἶτα ἔφης ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειὰς καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ αἰδοῦς ἀποκλίνασα, καὶ τῇ μὲν τῆς ἀμπεχόνης ἄκροις δακτύλοις ἐφαπτομένη τῶν κροσσῶν, τῇ δὲ περιστρέφουσα τοῦ ζωνίου τὸ ἄκρον· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοὔδαφος περιχαράττουσα τῷ ποδί (terram circumacto pede signans): ταῦτα δὴ τὰ τῶν αἰδουμένων ἐν διαπορήσει κινήματα· ἔφης οὖν μόλις ἠρεμαίᾳ φωνῇ· ἐπίνευσον, ὦ βασιλεῦ etc. In isto loco mutavi vulgatam scripturam, quæ hæc est: ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρας τὸ πρόσωπον ὥσπερ τι συννοουμένη. Berg. Locus paulo obscurior, Berglero neutiquam intellectus. Conspecta Theoria famulus libidine inflammatus, ne rumpatur tentigine, manu utitur amica. Inde facile omnia explicantur. Brunck. Horum singula ex Brunckii interpretatione minime expedias. Idem fere sonant περιγράφειν et καταλαμβάνειν. Seu digito seu phallo, quo præcinctus erat, in manus sumto isthmi, quem nosti, amplitudinem in aëre circumscribit servus. Schol. Ravennas: εἰς Ἴσθμια δὲ εἴρηκεν—καὶ διὰ τὴν στενότητα τοῦ αἰδοίου τῆς πόρνης κ. τ. λ. Usui nequiori itidem inseruit Isthmus Thesm. 653. Hotib. τὸ δεῖν' quid sibi velit æque obscurum est. Vulgo, commate non addito, arcte cum seqq. conjungitur. In ed. Fl. Chr. (qui in versione omisit) post Ἴσθμια comma ponitur, ut sensus sit: τὸ δεῖνα (membrum, ut Ach. 1149.) ad Isthmia scil. paro; et sequentia verba illud, quod præcedit, explicent. Si post δεῖν' comma ponitur, repetendum περιγράφω: illud (quod dicere pudor vetat) circumscribo, delineo. Gestus admodum obscœnus sensum declaravit. Bergl. inepte vertit, *quiddam cogito:* nimirum ad Isthmia tentorium occupo *ad fovendum penem meum*. Postrema certe rectius Brunck.: Quid, malum, rogas? ad Isthmia tentorium peni meo designo. Sed videtur servus aliquanto plus molitus esse. Dind. ἐς Ἴσθμια. Famulus ille fortassis τοῦ αἰδοίου περιμετρίαν faciebat, et mirum, ni per τὰ Ἴσθμια innuat τὴν τρυμαλιὰν τοῦ ἐφηβαίου γυναικείου: nam Corinthi (unde Isthmus) multæ erant meretrices et inter has nobilis Lais. Idem Aristophanes alibi dixit (Thesm. 647.) ἰσθμόν τιν' ἔχεις ἄνθρωπε· ἄνω τε καὶ κάτω τὸ πέος διέλκεις πυκνότερον Κορινθίων. Puto hoc

falsae ἰσθμιάζειν et διϊσθμονίσαι. Hic tamen respondet ille famulus, quasi de sede cogitet ad spectacula Isthmiaca, ubi in honorem Neptuni γυμνικὸς ἀγὼν erat. Dixit autem σκηνὴν καταλαμβάνειν, ut solent boni auctores Græci θέαν καταλαμβάνειν. Quorum testimonia non arcessam, ne actum agam et eruditi Leopardi supellectilem convasem, qui in Emendd. libris caput integrum huic phraseos observationi impendit. Fl. Chr.

846. σὺ ad mulierem. Bent. αὐτὸς εἰς μέσους. Sic Seidlerus. Cod. Venet. αὐτοὺς ἐς μέσους. Dind.

848. Aristophanes Comicorum et Satyricorum τωθαστικώτατος et διασυρτικώτατος Ariphradem citharœdum antea in Eqq. 1291. miserrime suggillat, tanquam opicum et ἀῤῥητοποιὸν atque adeo λεσβιάζοντα: simul etiam Arignotum citharœdum fratrem, tum Polymnestum et Œonichum. Postea in Concionatricibus 129. tanquam mulierculis immistum inducit et λαλίστατον facit. Ait enim: Ἀρίφραδες, παῦσαι λαλῶν. Ariphradæ (hujus puto) mentionem injicit Aristoteles in lib. de Poet. tanquam tragœdos suggillantis de nihilo et inepte. Fl. Chr.

850. Quatenus Theoria est, festorum et sacrificiorum celebratio, per ζωμὸν intelligitur *jus culinarium*, sed quatenus meretrix, intelligitur ἡ ἀπόπτυστος δρόσος, quam solebat Ariphrades ἐν τοῖς κασαυρίοισι λείχειν, ut de eo loquitur in Eqq. 1282. Sequentia etiam, quæ dicit de Theoria, duplicem habent sensum. Berg. Vide secundam parabasin in Equit. v. 1274. Brunck.

851. Hæc non ad servum, sed ad Theoriam dicuntur, quem Senatui monstrare et tradere vult, ut est, σκεύη omnia ejus ornamenta et instrumenta dicuntur. Dind.

852. Prytanes erant 50. Nam Senatui Atheniensium Quingentumvirum et Concioni Prytanes, Proëdri et Epistatæ præfuerunt: Prytanes inquam 50., Proëdri 9. Epistatæ duo, unus senatus, alter populi. Hi magistratus erant κληρωτοὶ, in sortem conjecti, Senatumque et Concionem indicebant, convocabant, dimittebant. Fl. Chr.

854. ἄραντας τὼ σκέλη. Sic in Concionn. 265. mulier ait, εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὼ σκέλη. Et Martialis in hunc sensum dixit, Tolluntur que pedes: ut et Novius Atellanarum scriptor apud Nonium dixit: Mammas teneas, pedes extollas; quæ obscœnitatis et nequitiæ plena omnia. Fl. Chr.

855. ἀνάῤῥυσιν. Alludit proculdubio ad μιαρὰν ῥανίδα et libidinosam αὐτοράτητα. Est autem ἀνάῤῥυσις sacrificium, et ἀναῤῥύειν est, mactare et sacra patrare, τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν. Hesych. Ἀνάῤῥησιν, τὴν τελευτήν. Emendo facile: ἀνάῤῥυσιν, τὴν τελετήν. Est Ἀνάῤῥυσις dies Apaturiorum. Nam Apaturia festa Atheniensium sacra dicta, quia fraude Xanthum sustulerat Melanthus, qui postea rex. In Nebulis Schol. dicta ait Ἀπατούρια, quæ apud Romanos *Saturnalia*, eademque facit cum *Croniis*. Suid. censet quasi ὁμοπατόρια, ut ἄκοιτις, ἄλοχος, Ἄβιοι apud Stephanum. Apaturiorum dies fuerunt tres, nempe Δόρπεια cum Curiales epulabantur, inter se; Κουρεῶτις cum pueri et puellæ inter Curiales referebantur; et Ἀνάῤῥυσις cum Jovi et Minervæ sacra fiebant, de quibus Proclus in Timæum Platonis. Grammatici addunt quartam Ἐπίβδα. Nam Ἐπίβδαι, αἱ μεθέορτοι ἡμέραι, vel quia ἐπιβάλλονται ταῖς ἑορταῖς, vel, addito β, quia ἐπὶ τῇ δαιτὶ καὶ ἑορτῇ ἄγονται. Eas ego nominarem *repotia*, vel *repotialia*. Fl. Chr. Ἀνάῤῥυσις vocabatur secundus *Apaturiorum* dies. Sed obscœna in his est allusio ad τὴν τοῦ σπέρματος ῥύσιν. Brunck. Vid. Schol. ad Acharn. 146. Dind.

856. τοὐπτάνιον. Ustrina vel coquina, τὸ μαγειρεῖον. Sed impudentissimus iste obscœnas interea partes Theoriæ monstrat. Propterea dixit κεκάπνικε: nam pars illa exhalat opaca Mefitim, et fumo nigra est διὰ τὰς τρίχας. Utinam pueris et in vestibus hæc sint σκοτεινά. Nos certe inviti his obscuris lucem addimus, in quis nulli dii, ut σκοτεινὸς Heraclitus dicebat. Fl. Chr. Lege ὁρᾶτ' ὀπτάνιον vel ὁρᾶτε τοὐπτανεῖον, ὡς καλόν. Sed Attici ὀπτάνιον dicebant: vid. Phrynich. Etymol. Bent. Quatenus Theoria est festorum celebratio, ὀπτάνιον est culina, ubi post sacrificium carnes coquuntur; quatenus est meretrix, τὸ αἰδοῖον, quod monstrat. Berg. τοὐπτάνιον ὑμῖν καλόν. Sic bene A. omissa particula ὡς, quæ vulgo, metro reclamante, inseritur. ὀπτάνιον *coquinam* significat. *Sed impudentissimus iste obscenas interea partes* Theoriæ *monstrat. Propterea dixit* κεκάπνικε. *Nam pars illa tanquam fumo nigra est*, διὰ τὰς τρίχας. E notis Florentis. Brunck. τουτὶ δ' ὁρᾶτε τοὐπτάνιον ἡμῖν ὡς καλὸν cod. Rav. Neque ὡς ejiciendum, quæ prava est correctoris metrici emendatio; neque cum Pauwio ad Phrynichum p. 277. ed. Lobeck. scribendum τουτὶ δ' ὁρᾶτ' ὀπτάνιον ὑμῖν ὡς καλὸν, neque cum Hemsterhusio ad Thom. M. p. 692. τουτὶ δ' ὁρᾶτε τοὐπτανεῖον ὡς καλὸν, sed ὁρᾶτε in ὅρα mutandum. Dind. Antea Porsonus notarat, τοὐπ-

τόνειον ὤς. Dobr.

857. κεκάπνικε. Scholia: ἐπειδὴ μέλαν ἐστὶ διὰ τὰς τρίχας. Sic in Vesp. 1372. ubi simile spectaculum exhibetur: τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστιν ἐν μέσῳ; deinde alter: ἡ πίττα δήπου καιομένης ἐξέρχεται. Berg. Monui ad Plut. 815. versum hunc sic legendum esse: διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἄρ' ἑ. γ. Secunda in κεκάπνικ' brevis est: proinde claudicat versus ex illa scriptura. Brunck. κεκάπνικεν scholiastes: κεκάπνικ' cod. Rav. Dind.

858. Quia dixit de culina, recte addidit τὰ λάσανα, quæ sunt trullæ et χυτρόποδες, et ne recedat a flagitio, sic etiam vocantur femorum posteriores partes, quia δασεῖαι. Hesychius v. Λάσανα addit, διὰ τοῦτο βάραθρα, τοὺς ἀφοδευτηρίους δίφρους: non intelligo: loquitur tamen de sellis familiaricis, putemque legendum βάθρα, non βάραθρα, vel potius ἀπόβαθρα, aut ἀποβάθρας, quæ sunt, Suida teste, non solum τὰ λάσανα et χυτρόποδες, sed τὰ μαγειρεῖα, ὅπου τῇ Βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα. Censebunt eruditi, quorum oculis hæc subjicio non ut discant, sed ut dicant sententiam. Fl. Chr.

859. Legitur in aliis edd. omnibus ἀγῶνά γ'. ἔπειτ' ἀγῶνά τ' Inverniz. tacite: ἔπειτ' ἀγῶνά θ' cod. Rav. apud Bekkerum. Dind.

861. παλαίειν. A ludis solemnibus ad ludos Venereos. Hinc Luciani Palæstra in Asino quæ ipsum Lucium docuit in lecto luctari. Berg. τετραποδηδὸν ἑστάναι. Idem est quod in Lysistr. 231. οὐ στήσομαι λέαινα. Berg. Quæ sequuntur omnia, et ad spectacula referuntur et ad συνουσίαν. Fl. Chr. τετραποδηδὸν ἑστάναι significat, ni fallor, super amatorem coxim residere, quod dicit Apuleius Metam. 2. cf. Ruhnken. in Julium Rufin. p. 260. Böttiger Furienmaske p. 9. s. Hotib. Utitur verbis gymnasticis. Nam athletæ luctatores instruebantur etiam ad luctæ speciem, quæ inter eos, qui humi ceciderant, fiebat, ut adversarium scilicet subter se ponerent ipsi superiores, et docebantur τοὺς χαμαὶ τρόπους, i. humi modos. Sic enim vocabantur. Palmer.

862. ἐς γόνατα κύβδ' ἑστάναι. Accipi hæc possint τὰ ἀπὸ γονατίου, de quibus videndus Lucianus, si quidem Lucianus, Asino. Quoniam tamen modo habuimus ἑστάναι, legam potius ἱστάναι, ut puella fingatur, non vir, statui in genua. Cf. similia Thesm. 495. Lys. 231. Hotib. Ob homœoteleuton versus hic, primum e Rav. editus et haud dubie genuinus, excidere facile potuit. Dind.

863. Cod. Rav. παγκράτειον. Dind.

864. Vulgarium est hemistichium: πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ σκέλει. Detorsit et παρὰ προσδοκίαν dixit πέει, pugnos simul ad luctam prætendens et inferiora ad pugnam Veneriam, vel potius Luciani Palæstram illam, quam scriptor ille Milesiarum antiquarius [Apuleius] Fotida dixit, quæ Lampadion dici poterat, nisi in allusione nequitiam quæsivisset, quæ ex mutatione ο litteræ in α reperitur. ὀρύττειν. Nam *fodere* etiam in obscœnis et Lucillio *fossor, subulo, pulliprenio* eadem. Etiam pro pungere dixit Virgilius: 'foderet calcaribus armos.' Sic περαίνειν Græci. Fl. Chr.

865. τρίτῃ. Ultimis enim diebus antiqui circenses ludos edebant in certaminibus. Fl. Chr. Ald. ἡνίκα δὲ κέλης: lege ἡνίκα κέλης: sed ed. Vet. ἵνα δή. recte. Bent.

866. ἡνίκα γε. Sic bene A. In B. ἡνίκα δή, reclamante metro. Vulgo ἡνίκα δὲ contra loquendi usum. Brunck. Veram lectionem servavit liber Rav. ἵνα δὴ κέλης. Hermann. de Metr. p. 154. In marg. Fl. Chr. γρ. ἵνα δή. Dind. κέλης κέλητα. Solum puta cum sola et revera sunt binei. Solitarius autem dicebatur ἱππαστής, idemque aureax ex vett. glossis. Idem etiam μονάτωρ. Fl. Chr. Horat. 'Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.' In Vesp. 499. κἀμέ γ' ἡ πόρνη, &c. Berg. ἵνα δὴ κέλης cod. Rav. Venet. Junt. ii. Vet. in Scaligeri Excerptis. ἵνα δὲ κέλης Junt. iii. Dind.

867. ἅρματα pro σώματα, inquit Schol. ἀνατετραμμένα. In Ran. 543. ἐν στρώμασι Μιλησίοις ἀνατετραμμένος κινῶν ὀρχηστρίδα. Berg.

868. προσκινήσεται. Sic Lysistr. 227. κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι, id est, ut ait Martialis, *Nec motu dignabor opus*. Inde κίναιδος. Fl. Chr. In marg. Fl. Chr. γρ. προσκινήσετε. Dind.

869. ἀπεψωλημένοι. Proprie ἀπεσκολυμένοι τὸ αἰδοῖον, quos καλήβους vocat Hesychius. Nam καλαβοῦσθαι est περισπᾷν τὰ ἰσχία. Idem grammaticus v. Εὐνοῦχος mendum habet: male enim κάλαμος et legendum κάλαβος, errore ex antiqua scriptura solenter orto quæ τὸ β designat ut μ literam sine cauda. Iidem sunt ψωλοὶ i. e. *verpi* et qui glande sunt nudata. Hinc recte idem grammaticus: ἀπεσκόλυπτεν. ἀπέσπασε τὸ δέρμα et ἀπεγύμνου τὸ αἰδοῖον. Suidas ait: πολλὺς γὰρ ἡ ἐπὶ τοῦ ἄκρου θρὶξ, quam intonsam servabant ut diis offerrent velut Berenice cæsariem, et inde σκυλόπτειν est κολούειν et τίλλειν. Sed abusive et trala-

tive usurpatur ἐπὶ τοῦ ἀπογεγυμνωμένου. Fl. Chr.

870. περὶ δὲ ταῖσι. Expunge illud δέ. Vocat autem καμπὰς flexus, qui fiebant post evitatam metam ad carceres; unde dixit Horatius, 'Fervidis rotis.' Nam ipsa meta *flexus* dicitur, *campsa* in glossis vett., unde *campsare* et *flectere* promontorium. Sic *Campi* dicti, quia libera erat planities et flectendis equis apta; et sane Hippodromus a Siculis Campus dictus, teste Hesychio. Quod autem ait πεπτωκότες, congeniculationem, ut puto, innuit: nam supra dixit ὑποπεπτωκότες. Fl. Chr. Frob. κάμπαισ': Ald. κάμπαις. Bent. Cod. Rav. et Junt. ii. περὶ δὲ ταῖσι. Qua scriptura qui uti volent, περὶ ταῖσι καμπαῖς δ' scribent, interpunctione post ἀπεψωλημένοι posita. Dind.

872. ἴδ' ὡς προθύμως. Perperam vulgo, ἴθ' ὡς πρ. In B. scriptum, θέασ' ὡς glossa scilicet pro genuina lectione, quam reposuimus. Nihil est in superioribus, quod facile non intelligatur e notis in præcedentes fabulas. τετραποδηδὸν ἑστάναι schema innuit, de quo ad Lys. 231. et ad Eq. 1386. κέλης in re venerea quid sit, declaratum in nota ad Lys. 60. Faceta in metaphora pergens ἅρματα v. 901. dicit pro σώματα. Explicatur προσκινήσεται e Lys. 227. Denique languentis penis post rem peractam imago postremis versibus depingitur. Brunck. θέασ' ὡς codices Rav. Venet. Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403. Reisigius in Syntagm. Crit. p. 32. Dind.

873. Notat Prytaneorum avaritiam, qui gratis in consilium non admittebant petitores, sed induciarum nomen prætexebant. Vulgo autem dicebant ἐκεχειρία ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα εἰσάγειν, *induciæ sunt, non licet introducere.* Quod ego non ad inducias tantum belli (neque enim, si proverbiale fuit, in pace valuit), sed ad ferias et munerum vacationes referendum puto. Est autem ἐκεχειρία proprie τῶν χειρῶν ἀνοχή, cum feriatur bello apta manus, ut ait Ausonius, et otia ducit. Unde χείριος, potitus hostium. Dicta autem quasi ἔχουσι χεῖρας, i. e. retinens manus. Nam τὸ ἔχειν id esse, imo servare, etiam Homerus testis, ὃς Κίλλαν ἔχεις: tum qui Minervam Πολιοῦχον dixerunt. Sic qui bellum provocarunt, dicti ἄρξασθαι χειρῶν ἀδίκων. Hic autem non tam sit amari a Prytaneis ἐκεχειρίαν, quam τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν. Apud Pausan. in Eliacis prioribus Iphitus describitur coronam accipiens ab uxore Ecechiria, quam præsidem induciarum vertit ille Romulus. Fl. Chr. *Prytanum avaritiam carpit, ut qui gratis petitorem nullum in Senatum admitterent, induciarum forensium nomen prætexentes. Vulgo enim dicebant,* ἐκεχειρία ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα εἰσάγειν. *Etsi non tam amarent* ἐκεχειρίαν, quam τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν. Verba sunt Sam. Petiti ad Leg. Att. p. 273. Alludit etiam ad ὑπέχειν τὴν χεῖρα, quod προτείνειν dixit Thesm. 937. ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς | κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ. Brunck. Cod. Rav. πρυὶκ' ἂν προσαγαγεῖν. Dind.

874. Ἐκεχειρία sunt *induciæ* et metaphorice *feriæ* et *vacationes* quævis; nunc alludit etiam ad ἔχειν τι ἐν τῇ χειρὶ παρὰ τῶν δεομένων, ut dicit Schol., i. e. *habere aliquid in manibus*, ab iis qui volunt introduci in Senatum. Hinc etiam utitur verbo ὑπέχειν loco προέχειν, quasi dicat ὑπέχοντα τὴν χεῖρα ad accipiendum munus, ut supra 423. ὕπεχε τὴν φιάλην, ubi v. Not. Prytanum δωροδοκίαν notat et in Thesm. 943. πρὸς τῆς δεξ.—κοίλην—διδῷ. ἑτοίμην πρὸς τὸ λῆμμα, ut loquitur Schol. i. e. *promte subjicientem manus ad accipiendum munus.* Berg.

875. Hæc est antistropha, respondens superiori strophæ Εὐδαιμονικῶς omninoque eodem genere versuum constat. Fl. Chr. ὅστις ἐστὶν τοιοῦτος cod. Rav. apud Bekkerum. Dind. Ald. φήσεις τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν. lege vel νέου sine οἴνου: [sic] τί δῆτ' in 824. vel omitte φήσεις ut in 829. Bent.

882. Mallem ita distinguere: φήσεις. τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν; hoc sensu: *dices* sane, ut ais te pro servatore me habiturum, cum erit vindemia; *quid vero tum dices, cum ebiberis vini calicem?* Alias, si illud τί pro indefinito accipiatur; erit, φήσεις τι δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν *dices utique aliquid tale, cum* etc. Cæterum Athenæus xi. p. 485. videtur ad h. l. respexisse, cum inquit, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ· τί δῆτα νηπίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν, ubi vitiose, τί δῆτα νηπίοις pro τί δῆτ' ἂν εἰ πίοις etc. Infra 1315. φήσεις γοῦν ὅταν ἐσθίῃς οἰνόν τε πίῃς πολύν. Berg. Hic versus justo longior est, in quo pes totus redundat. In A. vox νέου omissa: in B. voculæ τί δῆτ' omissæ, sententia affirmativa, absque interrogationis signo in fine. Verum hoc est et sincerum. Repone itaque: φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν. Brunck. In duabus primariis edd. legitur hic versus, ut scriptus est in A. φήσεις τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν; mendose, quia spondeus est in sexta sede. Ant. Fracinus vocem νέου e codice inseruit; recte quidem: nam in ea vis major est sententiæ: sed spurias voces, quæ ejiciendæ erant, male reti-

nuit. Lectionem ab eo invectam exhibent novissimæ editiones, juxta quam versus justo longior est, toto pede extra numerum excurrente. Vera est ea, quam in cod. B. serius quam par fuerat animadversam reponimus. Nec tamen codices excutiendi erant, ut ex illis erueretur hæc lectio. Si vel Kusterus vel ego editiones diligentius inspexissemus, eampse, plane ut hic proposita est, reperissemus in Frobeniana et in binis minoribus Batavis. Scilicet vidit Gelenius, qui sic e conjectura emendavit, voculas τί δῆτ' a mala manu huc revocatas fuisse e v. 824. Eadem sententia sic affirmative sine interrogatione expressa est Eqq. 1388. Id. λεπαστήν. Species est poculi major calice. Alii tamen pro doliolo et πιθαρίῳ accipiunt. *Lepestam* Varro videtur vocasse in libro de vita populi Romani. Utebantur hoc poculi genere antiqui, cum dapsilibus sese invitare volebant, et λαφύκται dicti, quia ab eo poculo ἔλαπτον, i. e. adfatim bibebant et in modum canum, qui lingua sonum edente bibentes λάπτειν dicuntur. Ego puto sic pateram dictam, qua ratione λεπὰς genus ostrei dicitur *patella:* nisi δεπαστὴν malumus a δέπας. Sed λεπαστὴ sane diversum est aliquid, de qua vide ap. Athen. Anaxandrides Protesilao (nisi locus mendosus apud illum dipnosophistam), ubi convivium narrat datum in nuptiis Cotyis, Thraciarum regis, filiæ, dixit in tetrametris, φιαλήν τε λεπαστήν. Tamen duo esse puto. Ceterum versus hic corruptus est apud eundem Athenæum. Fl. Chr. φήσεις τί δῆτ' omisso νέου Ald. Ambo habet ed. Kuster. τί δῆτ' om. Suid. ed. Ms. et addit νέου in λεπ. Pors. Athenæus xi. p. 485. A. τί δῆτα νηπίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν. i. e. τί δῆτ' ἂν εἰ πίοις. Etiam in Æschyl. Eumen. 849. 882. St. νέων excidisse puto; Vide Class. Journal, n. iii. p. 654. Dobr. φήσεις, ἐπ. κ. τ. λ. Codd. Rav. Venet. B., Junt. ii., φήσεις τί δῆτ' ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν, Ald. Junt. i. οἴνου νέου margini editionis Aldinæ ex Cod. adscripsit Victorius in Actis Monac. i. 3. p. 403. φήσεις δῆτ' ἐπ. Scaligeri Excerpta. τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν; ex Athenæo t. iv. p. 297. Elmsl. ad Acharn. p. 262. ed. Lips., Meineckius in curis criticis in comicorum fragmenta p. 43. Ms. Epitomes apud Schweighæuserum l. i. p. 196. πίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν. Ego prætuli alteram scripturam, quæ et plus auctoritatis habere videbatur et aptissima est. Equit. 1388. φήσεις γ', ἐπειδὰν— Adde infra v. 1315. φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς—. Unde hic quoque scripsi φήσεις γ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς—, Dind.

883. πρῶτον. Sic dixit Theocritus de Daphnide: Ἐν ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο, i. magni pastor nominis et tantum non dei nomine dignus. Hoc voluit Maro in Bucolicis, sed non expressit et reticere maluit: 'Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.' Conatus est Nannius persuadere legendum *noblis* pro *nobilis*. In quo frustra fuit apud bonos censores, qui, certo scio, illi non sunt creduli. Fl. Chr.

884. πολλῶν γὰρ — Alludit ad psephismata, quibus causæ ejusmodi redduntur, quare hic vel ille ornandus sit a populo. Fl. Chr. Τρυγαῖος ob v. 190. Bent. Hic et sequens versiculus in unum vulgo conjuncti sunt, omisso nomine Τρυγαῖος. Ut eos exhibui, sic scripti et digesti sunt in B. Metri autem ratio requirit, ut scribatur, Τρυγαῖος ὡ'θμονεὺς ἐγώ. Prima enim in Ἀθμονεὺς corripitur. Dicitur autem per crasin Atticam ὡθμονεὺς pro ὁ Ἀθμονεύς, ut ὤρχων, ὡττικὸς, ὡπαιτῶν. v. ad Nub. 1247. Hujusmodi occurrunt infinita. Sic vero scribi in senario ex metrica ratione minime necesse erat, et optime constat metrum in vulgata lectione: πολλων | γαρ ὁ | μην ἀξ | ιος Αθ | μονευς | εγω. Alibi occupatum animum habebat Dawesius, quando numeros illos vitii damnavit. Quod autem pro ἄξιος reponat αἴτιος, ut in Acharnn. 633., id non hic probo, ut in altero loco. Illic sententia ex ipsa colligitur, chorum significare velle, poëtam suum Atheniensibus bonorum multorum causam exstitisse: φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν ὁ ποιητής. Hic vero πολλῶν ἄξιος sententiæ satis aptum est, ut locum tueri possit: nec video, cur πολλῶν ἄξιος, ut πολλοῦ ἄξιος, Græce non dicatur. Hoc forte observo in Lysiæ orat. contra Theomnestum initio: νυνὶ δὲ αἰσχρόν μοι εἶναι δοκεῖ, περὶ τοῦ πατρὸς, οὕτω πολλοῦ ἀξίου γεγενημένου καὶ ὑμῖν καὶ τῇ πόλει, μὴ τιμωρήσασθαι τὸν ταῦτ' εἰρηκότα. In πολλῶν ἄξιος ellipsis est substantivi τιμῶν vel similis alius. Verti itaque hic debuit: *optime enim de vobis promeritus sum ille ego Trygæus Athmonensis.* Brunck. αἴτιος Ἀθμονεὺς Dawes. Misc. Crit. p. 258. Vide ad Hec. 309. Pors. Τρυγαῖος addit Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403. Dind.

886. Ejeci ὅμιλον, correctoris metri additamentum.

889. χύτραισιν. Per *ollas* videtur olera vel legumina tantum aut pultem ptisanamve ex frugibus, quæ ἀθάρα dicitur, intelligere et ollis illis fictilibus viliores deos, ut Mercurium, accipiebant. Aliquando tamen formosiorem hostiam sta-

tuebant, puta bovem, capram, aut ovem, et dicebant hoc, facere bove vel bidente vel sue vel capra. Sic Maro: 'cum faciam vitula,' etsi Priscianus meus manuscriptus *vitulam* habet. Sed quid si τὸ *pro frugibus* dixerit propter τὰς χύτρας et ὄσπρια et ἀθάρας, quæ fruges erant, ut dicat: nunc majorem hostiam sacrificabo? Non me latet, frugum causa sacrificasse antiquos et ambarvale fecisse sacrificium. Sed quid periculi est acuere ingenium ad investigandos antiquiores ritus? Quod sæpius dixi, iterumque iterumque monebo: nihil me temere affirmare, quod ne hoc loco quidem facio, ut isti spicilegii vitilitigatores (quorum seges in hoc sæculo densa est) ne habeant, quo me audaciæ et inscitiæ simul postulare merito possint. Fl. Chr. χύτραις ἱδρυτέον. Subintellige ἀθάρης aut φακῆς aut ὀσπρίων, aut simile: solebant enim pultem coquere aut legumina, cum erigerent statuam aliquam aut aram, et id dicebatur ἱδρύειν χύτραις. Sic Plut. 1198. τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε, ubi v. Not. Berg. χύτραις ἱδρυτέον. Sic Suid. ed. Ms. in χύτραις ἱδ. ubi mox Δαναΐσι Ms. et δίος. Pors. ἱδρυτέον χύτραις Inverniz. tacite. Respicit h. l. scholiastes ad Aves 43. Dind.

891. Λαρινῷ βοΐ. Pro magno et amplo bove *Larinum* dixit. Sic Xenophanes in Elegis. *Taurum Larinum* et Lucilium *Lucanum*, quia in Lucania magni. Dicti autem Larini boves vel a Larino bubulco (ut ait Lycus Rheginus), qui ab Hercule acceptos Geryonis boves ampliter saginaverat. Sunt autem Epirotici boves et a Chaonia, quæ pars Epiri (prius Cestrina dicta), ubi tales nutricabantur et crescebant, κεστρινοὶ vocati. Et Aristoteles ejusmodi tauros laudat in libris de Hist. Anim. ubi verbum ἀτιμαγελεῖν, quod est *compescere*, vel potius *dispescere*, usurpat. Alii dictos volunt quasi μεγαλορίνους. Nam λα designat τὸ μέγα, ut βου particula. Athenæus l. ix. ait, Eratosthenem in Anterinnyde suos larinos vocasse a bubus larinis, qui sic dicti, vel quia λαρινεύεσθαι est σιτίζεσθαι, i. e. saginari et pinguescere (ut dixit Sophron, βόες δὲ λαρινεύονται), vel a Larina pago Epirotico vel a pastore Larino. Ludit autem hic in ambiguitate vocabuli. Nam quia βοὴ clamor est bellicus (unde βοηθεῖν), imo ipsum bellum sic vocatur (ut dixit Homerus, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος· Theocritus βοὰν ἐστάσατο, i. *pugnam*): propterea aversatur hostiam bovis. Fl. Chr. "Græcis λαρὸν et λαρινὸν dicitur τὸ ἡδὺ, quod placet ac gratum est: inde λαρινεύειν dictum, quod non simpliciter σιτίζεσθαι significat, ut Athen. interpretatur, sed *habere molliter et delicate*. Epirotici boves Larini dicti, quod ad victimas impinguabant, ut docet Varro, lib. ii. de Re Rust." Casaubonus ad Athen. lib. ix. c. 4. Græci grammatici a *Larino* quodam, aut a *Larina*, quæ fuerit pagus aliquis Epiroticus, ita dictos boves istos putant. Berg. Cod. Rav. βούλεσθαι. Dind.

892. βοΐ—βοηθεῖν. Jocus e paronomasia. Sunt apud Romanum Comicum talia innumera, sed apud eum non memini exemplum legere, quod ad hunc versum laudat Berglerus, *pernis pernicies veniet*. Nescio an ille Plauti locum mendæ suspectum habuerit volveritque emendare, quod moniturus fuisse pro suo more videtur. Est ergo μνημονικὸν ἁμάρτημα. Leguntur in Captivis iv. 3. hi versus: 'Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas! Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis. Simile est istud in Men. iv. 2. 46. 'palla pallorem incutit.' Brunck.

894. Theagenes pauper erat luxuriosus, obeso corpore et suillo (mendum est in scholiis Græcis τὸ σῶμα παχὺς καὶ λοίδορος, corrige καὶ χοιρώδης), ita stulte vanus, mendax et jactator, (nam divitem simulabat) ut vulgo Καπνὸς dictus fuerit. (Corrigendus etiam Suid., ubi legitur καρπός· nam reponendum καπνός.) Propterea ὑηνίαν illi tribuit, i. e. stultitiam et ignorantiam et impudentiam, quamvis proprie sit δυσωδία, a suibus spurcis et sordidis, quibus, ut ait Varro, 'requies in luto.' Alius est Theagenes, qui in Homerum scripsit. Alius Megarensium rex, Cylonis socer, ut ait Thucydides. In dramate Eqq. Scholiastes ad 443. ait, Cylonem Theagenis uxorem duxisse in matrimonium. Ego Thucydidi potius hæreo. Fl. Chr. Etiam Vesp. 1178. dicit eum cum stercorario collocutum esse: ὦ σκαιὲ κἀπαίδευτε, Θεαγένης ἔφη τῷ κοπρολόγῳ, καὶ ταῦτα λοιδορούμενος. Berg. Et voc. ὑηνία etiam de stultitia dicitur. Dind. ὑηνεία Suid. Ms. v. ubi mox ἀκολάστου. Pors.

895. Legendum mihi videtur τῷ δὴ, i. e. τινὶ δὴ—. Istud τί male repetitum e v. 891. Post scriptam hanc notam aliud in Fracini editione quærens, forte animadverto eum sic edidisse τῷ δὴ—et ex eo Frobenium, ita ut mirer, bonam illam lectionem in Kusterianam non immigrasse. Brunck. οἴ. Iones qui diæresin amant, ὄϊν dicunt διασυλλάβως, Attici, qui pars Ionum tamen sunt, synæresi contra gaudent, et οἶν faciunt monosyllabum. Itaque placuit agrestibus vox Ionica vel propter oviculæ naturam simplicem et mansuetem (cupit enim populum Atheniensem esse ἀμνὸν τοὺς τρόπους), vel quia οἴ exclamatio est pathetica hominum mœren-

tium et metuentium malum aut pericula imminentia. Verbum habemus Franci, quod huic simile est, sed συμφωνητικὸν et ἀποκριτικόν. Dicimus enim *oy*. Etiam in metu mali ipsum usurpamus *oy* et *hóla*, quod idem est, ut *ohe* Romanis: πὰξ Græcis proprium. Fl. Chr. τῷ δὴ δοκεῖ. τί δὴ edd. Ald. Kuster. et Junt. I. τῷ δὴ Junt. II. τί δαὶ Dawes. Misc. Crit. Præf. p. 4. Pors. τῷ δὴ cod. Rav. Junt. II. Dind.

896. Ἰωνικόν. Attici enim dicunt *οἴς*, Iones *ὀΐς*. Berg. τοῦτό γ' ἔστ' Ἰωνικὸν Τὸ ῥῆμά γ'. ΧΟ. ἐπίτηδές γ', ἵν' ἐν τῇ 'κκλησίᾳ Ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγει τις, οἱ καθήμενοι Ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσ' Ἰωνικῶς, ὀΐ. Sic edd. Mss. (γε post ῥῆμα omittit Rav. et forsan habet λέγοι.) Legendum me monuit Porsonus τὸ ῥῆμ'. ἐπίτηδές γ', ἵν' ἐὰν —— λέγῃ. Ita vir amicissimus et doctissimus Th. Kidd, ad Dawesii Misc. Crit. p. vi. Non longe abeunt Bentleius, Reiskius, Brunckius; aliter tentat Elmsleius ad Ach. 335. Pors. γε post ῥῆμα recte omittunt cod. Rav. et Venet. τὸ ῥῆμ'. Dind.

897. Lege ἵν' εἰ τῃκκλησίᾳ. Bent. Oratio hæc parum sana: ἵνα λέγει τις, οἱ καθημένοι λέγωσι. Si in anteced. εἰ corripiendum est ante ἐν, lego, Ἐπίτηδές γ' εἰ ἐν τ. 'κκλ.—λέγει τις (vel λέγοι τις) οἱ etc. [poterat tum scribi, ἵν' εἰ 'ν τ.] vel si correptio fieri non potest, λέγων pro λέγει, ut sit λέγων pro λέγοντος. Berg. L. ἵν' ἣν τῇ 'κκλ. et deinceps λέγῃ in subjunct. aut alias sequente versu legendum erit λέγοντος. Reisk. ἵν', εἰ τῇ 'κκλησίᾳ, ὡς χρὴ πολεμεῖν, λέγοι τις—. Sic scripserat Comicus. Ex interlineari glossa irrepsit in textum ἐν, et εἰ, quo sententia carere non potest, extrusit. Inepta est vulgata lectio: ἐπίτηδές γ', ἵν' ἐν τῇ 'κκλησίᾳ, | ὡς χρὴ πολεμεῖν, λέγει τις. Nihil frequentius ellipsi ista præposit. ἐν. Perinde est λέγειν τῷ δήμῳ et ἐν τῷ δήμῳ, λέγειν τῇ ἐκκλησίᾳ et ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Repone vero versus fulcrum, quod nescio quo casu excidit: ἐπίτηδές γ' ἵν'—. Brunck. Non melior vulgata est, quam recepit Inv. aut reliquit, scriptura: ἵν', ἐν τῇ 'κκλ. ὡ. χ. π. λέγοι τις. εἰ cum optat. structum, ubi in apodosi conjunct. legitur, illustravit Matthiæ Gramm. Gr. Dind.

899. ὀΐ. Hic jam est particula exclamantis et abhorrentis. Vult autem dicere: ut abhorreant a bello nec assentiantur in concione bellum suadentibus. Berg.

901. Suid. ἀμνοί. Pors.

906. ὡς πάνθ' ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ γε χ' ἡ Τύχη κατορθοῖ. Antistrophicus versus 1021. est iambicus trim. catal.; unde intelligas Τύχη interpretamentum esse τοῦ θεός. legendum: ὡς πάνθ', ὅσ' ἂν θεὸς θέλῃ κατορθοῦν. Hotib. Citat Suid. v. πάνθ' ὅσ' ἄν. Omittit θεὸς Ald. ὅσ' ἂν θέλῃ γε. ὅσα θεὸς θέλει Suid. Ms. Ad Eurip. Phœn. 5. Pors. θεὸς abest ab Junt. I. et II.: agnoscunt Cod. Victorianus in Actis Monac. I. 3. p. 403., scholiastes v. πάνθ' ὅσ' ἂν t. iii. p. 18. — γε, post θέλῃ in edd. lectum, omittunt Cod. Rav. Venet. Dind. θύραισι καὶ δή. i. e. ἐξ ἑτοίμου, in promtu vel extemplo, quod est verbum sacrorum, ut *ilicet* fori et judiciorum. Fl. Chr. Vide ad Thesm. 69. Brunck. ubi ostendit θύραισι (pro ἐπὶ θύραισι) poni adverbialiter. Laudavit hunc ipsum locum Hermann. ad Viger. p. 829. ut doceret καὶ δὴ pro ἤδη poni, sed non est in promtu exemplum ubi ita in fine enunciationis legantur hæ particulæ, nec repugnarem, si hic legeretur: ὡς ταῦτα δῆλα γ' ἔσθ'· ὁ γὰρ βωμὸς θύραις, et in antistroph. 989. τίθεσθαι putetur reticeri et ex interpretamento esse adjectum. Dind. θύρασι. θύραισι ed. Ald. θύρασι Suid. ed. et Ms. βωμός. θύρασι. θύραισι quoque Juntinæ ambæ; sed in secunda ι non satis clare exprimitur; unde liquet Basileenses θύραἰσι errore non consilio dedisse.' Pors. θύρασι verum esse monet Elmsleius ad Med. p. 157. not. (a.) vide etiam p. 118. not. (b.) Meminisse debebam me olim ex Porsono audivisse, veteres dixisse ΤΑΜΙΑΣΙ, etc. non ΤΑΜΙΑΙΣΙ, unde retenta Ὀλυμπίασι, Πλαταίασι. Omnino vide Elmsleium, Ed. Rev. N. IV. p. 323. Dobr. θύρασι pro θύραισι reposui ex cod. Venet., Junt. II. Dind.

909. Stropha est ex anapæstis mista proceleusmaticis. Lubet autem hic properare, ut statuatur Theoria, dum cessat bellum volente deo dumque Pacis bona invicem inducuntur. Propterea vero pro foribus hæ statuebantur aræ: ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδύνειν τὴν ἀνάστασιν, dixit modo Schol. Fl. Chr. Repones itidem metri causa, κατεπείγετε νῦν, ἐν ὅσῳ — cf. 992. Juntina minor Ἀπείγετε, majore seu Fracinia versus desideratur. Hotib. Ald. ἀπείγετε. Bent. ἄγ' addidi ab Hermanno monitus.—Pro ἐπείγετε νῦν scripsi ἔπειγ'. Edd. Ald., Junt. I. III. Ἀπείγετε νῦν. Suidas v. σοβαρὰ hæc sic scripta affert in edd. Mediolan. et Ald.: ὡς σοὶ θεόθεν σοβαρὰ κατεπολέμει μετάτροπος ἄβρα. Dind.

910. μετάτροπος αὔρα. Euripides Electr. 1147. Ἀμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόμων. Æschylus Pers. 947. δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ μετάτροπος ἐπ' ἐμοί. Berg. Eadem locutio est apud Euripid. Electr. 1154. Pors. V. Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 418. Veniam mihi

daturum esse scio virum præstantissimum, si de ultimo utrinque versu dissentire me dixero: quos ego iambicos, non anapæsticos esse puto. Conf. Av. 1320-1322. et 1332-1334. Dind.

912. Post hunc versum in codd. meis et in primariis edd. lacuna est usque ad 976. Qui deerant versus LXIV., primus ex integriore codice protulit in lucem Ant. Fracinus. Brunck. 913-78. Desunt in Ald. et Junt. prima. Pors. Hos versus primus edidit Antonius Fracinus in Junt. II. Leguntur in Rav., Venet., Victoriano in Actis Monac. i. 3. p. 403. Dind.

913. In canistro *culter* condebatur et οὐλοχύται et στέμματα, quæ vellera sunt vel velamina. Erat autem canistrum illud ex auro et ingenuæ nobilesque virgines Dionysiis illud ferebant, sic dictum ἀπὸ τοῦ κνεῖν. Plato Comicus Pusione: Φέρε τοῦτ' ἐμοὶ δεῖξον τὸ κανοῦν μοι δεῦρο, τῇ μάχαιρ' ἔνι. Nam σμῆγμα adhibebant ad eradendas sordes manuum. Aliud etymon τοῦ κανοῦ Hesychius adfert aitque esse ἀπὸ τοῦ κανεῖν a cæde hostiarum. Et tamen κανοῦν vocat etiam μαγίδα, i. e. χειρόμακτρον, manubrium ex lino, et vere ψῆγμα illud, de quo Antiphanes Coryco: ἀπονίψασθαι δότω τις δεῦρ' ὕδωρ καὶ σμῆγμα. Fl. Chr. Lege πάρεστ'. Bent. πάρεστ' Cod. Rav., Cod. Venet. πάρεστ' ὀλάς: Victorianus l. l. πάρεστι ὀλάς. In eodem libro scriptum est στέμματα. Dind.

914. πλὴν τὸ πρόβατον. Quasi dicas: et ephippium et frenum habeo, tantum equum non habeo, ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα. Neque hodie certe mactabitur illa ovis, etsi omnia ad sacrificandum parata sunt, ἀλλ' ὄψει προφάσεις αὐτὸν παρέχοντα infra 1020. Berg. τὸ πρόβατα codex Victorianus l. l. Dind.

915. Lege ἁμιλλήσεσθέ γ' ὡς | ὁ Χαῖρις ἦν. Bent. ἁμιλλήσεσθε Portus. ἁμιλλήσεσθαι Ed. Basil. 1547. Dind. ἁμιλλήσεσθαι. -σθον. Videtur -σθαι typographi esse erratum pro -σθε. Pors.

916. Suid. ed. Ms. in χαιριδεῖς. Pors. ἡμᾶς Suidas v. Χαιριδεῖς in edd. Mediolanensi et Ald. et Bergl. ad Aves 858. tacite. Dind.

918. Sunt hi versus omnes iambici, quorum labem Fracinus non animadvertit. Turpiter hicce claudicat; scribe, ὡς, Χαῖρις ἦν ὑμᾶς ἴδῃ. Secundus abhinc in metricam legem peccat, quum in pyrrichium desinat. Scribe: τος, κᾆτα, τοῦτ' εὖ οἶδ' ἐγώ, | φυσῶντι. Brunck. Suidas legit ἡμᾶς, melius ὑμᾶς. Neque tamen magni interest, utram lectionem sequamur. De Chæride alias dixit. Est autem tibicen sacrorum ἄμουσος, quemque hic notat Comicus impudentiæ parasiticæ. Sane videtur istud genus hominum ludibrium debuisse antiquis illis. Nam proverbiale fere fuit, quod Athenæus sine auctore citat l. viii.: Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν, | ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν καὶ νόος ἐκπέταται. Ubi pulchre allusum ad φύσιν et φύσαν. Latine verba reddere non pote; nos mentem tentavimus: *Nam tibicinibus mentem natura negavit: Nempe illi dum flant, evolat illa simul:* Alius fuit Chæris citharœdus. Fl. Chr. V. Schol. ad Avv. 859. ubi etiam ad sacrificium se parant. Berg. Hæc sic Dind. πρόσεισιν αὐλῶν ἄκλη | τος, κᾆτα σάφ' οἶδ' ὅτι. Tametsi αὐλήσων Suidam agnoscere dicit. F.

921. τὴν χέρνιβα. Aquale est vel trulleum. Aquæ manale apud Nonium urceolum est, quod influebat in trulleum. Vetus Glossarium, *Aquimanile*, et putarem melius, ut a manu sit. Sed illius grammatici auctoritas, fulta Varronis testimonio, præpollet. Nam *manale* sacrum esse, dubitari non vult. Sed vas est ad eluendas manus, ut vox et etymon declarant. Ad pedes lavandos proprium verbum *pelvis*, Græce πέλυς et ποδόνιπτρον, ut desinant ineptire, qui pelvim a perluendo dictum autumant. Ab antiquis *niptra* vel νίμματα dicta ipsa aqua, unde *Niptra* titulus fabulæ Pacuvianæ. At χέρνιψ vel χερόνιπτρον videtur esse, quod Franci vocant *Bassin*, quasi bassus et humilis sinus. Nam prius, quam sacrificarent, liquore expiatorio vel aqua manuali abluebantur. Etiam dicitur χερνίβιον, et sic Aristophanes ipse Heroibus. Hinc lustralis unda, qua etiam utuntur Christiani, et quam sacerdos spargit circa populum, antequam sacra peragat. Propterea hic dicitur περίϊθι. Certum enim est, multas etiam veteres, etsi paganas, ceremonias a Christiana militia servatas esse, velut ambarvalium et τῆς λυχναψίας vestigia retinemus. Aqua autem illa spargi veteres vocabant χερνίπτεσθαι. Lege Athenæum lib. ix. ubi multa de hoc antiquo ritu disces, neque operæ tuæ leve erit pretium consultus ille Dipnosophista. Fl. Chr. V. Avv. 851. Berg.

922. ἐπιδέξια, una voce. Male Fracinus et ex eo reliqui divisim, ἐπὶ δεξιά. Brunck. ἐπιδέξια Valckenær. ad Euripid. Hippol. 1360. Pors.

924. φέρε δή. Quia famulus postea dicit ἰδού, hic necesse est loqui Trygæum. Est autem δαλίον *torris* vel titio, qui ab ara, ubi sacrum fiebat, sumebatur, et aqua li tingebatur, sicque astantes lustrabant et purabant. Nam aqua et ignis vera februa et purgationes: unde *extorres* dicebantur, quia torris ille aqua tinctus nec exstinctus

intelligitur. Fl. Chr. Quære δαλίον. Bent. Suidas hic legit δαλίον. De eadem re loquitur Euripides Herc. Fur. 928. μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, ἐς χέρνιβ' ὡς βάψειε. Locum citavit Kuster. ad Suidam. Idem autem Suidas monet scribi etiam δᾳδίον in Comici loco. Berg. In Fracini editione δαδίον, depravatum ex δαλίον. Vulgatissimum est, quod alibi observavi, proclivem lapsum in permutatione literarum Δ, Λ, multis mendis ortum dedisse. Suidas veram hujus loci lectionem adfirmat, δαλίον· οὕτως οἱ Κωμικοὶ διὰ τοῦ λ'. Φέρε δή, τὸ δαλίον τόδ' ἐμβάψω. ἐδόκουν γὰρ καθαίρειν ἀποβάπτοντες τοῦ πυρός. οἱ δὲ δαδίον γράφουσι. Erudita est ad illum Suidæ locum Kusteri nota. Hesych. δαλίον· δαλόν. ἐν ταῖς ἱεροποιΐαις εἰώθασι τὸν δαλὸν ἐμβάλλειν εἰς τὴν χέρνιβα καὶ περιῤῥαίνειν τὸν βωμόν. Hujus moris mentio est ap. Comicum in Lys. 1129. οἱ μιᾶς ἐκ χέρνιβος βωμοὺς περιῤῥαίνοντες.—Et ap. Eurip. Herc. Fur. 930. μέλλων δὲ κ. τ. λ. Brunck. δαδίον Junt. II. ἐμβάμψω codex Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 403. Dind.

925. εὖ δὲ πρότεινε τῶν λόγων schol. Townl. et Vict. ad Homerum t. iv. p. 681. ed. Heyn. Dind.

926. ταύτην. An facem intelligit, τὴν δᾷδα, an Oporam potius, an τὴν χέρνιβα? Vix est, ut putem de face, cum dixerit δᾳδίον: tamen hoc loquendi genus insolens non est. Fl. Chr.

927. τῶν κριθῶν. Videtur in usu fuisse positum, ut hordei sparsiones fierent in populum. Sic et apud Romanos ludis floralibus omnia semina spargebantur in populum, ut Tellus suis muneribus placaretur, unde Persius 'vigila et cicer ingere large Rixanti populo.' Sed hoc loco interpretatus sum *molam*, ne recedat ab obscœno sensu. Nam *molere* quid sit, sciunt vel γέροντες φιλοῖφαι. Et κριθὴ pars ea, qua viri sumus. Ipsi medici, in quis Aëtius, κριθὴν vocant πόσθιαν, et recensent inter tubercula, quæ sub ciliis, translative tamen. Sane ipse medicinæ Genius Hippocrates κρίμνας vocat τὰ χείλη τῆς κύστεως γυναικείας, ab eo, quod κρίμνα eodem auctore sunt ἁδρὰ ἄλφιτα. Nam κριθὴ primum κρῖ dicebatur et τὸ μνα non magis adjuvat vocem, quam apud Latinos *men* vel *mentum*, *ber* et *undus*; verbi gratia *fulmen*, *fulmentum*, *fiber*, *errabundus*, quibus et *crum* addi potest, ut *fulcrum*, *sepulcrum*; imo ipsum *pulcrum*, etsi docti quidem derivant quasi πολύχειρ, unde Virgilius 'Pulcher Aventinus,' i. e. fortis. Fl. Chr. Videtur facere Comicus, quod alias indecorum esse ait; nempe sparsionibus risum captare; nempe in Plut. 797. οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις προβαλόντ' ἐπὶ τούτοισιν ἀναγκάζειν γελᾶν. Sed h. l. admodum scite id facit, ludens in homonymia vocis κριθή, quæ et hordei granum significat et membrum virile; nam lepidum est, cum dicit mulieres non accepisse κριθήν, sed fore, ut sub vesperam eis dent viri. Berg. Jocus est in ambiguitate significationis: κριθὴ enim, ut ἐρέβινθος, virile membrum notat. Suidas: κριθή, τὸ τῶν ἀνδρῶν αἰδοῖον· τὸ δὲ γυναικεῖον, μύρτον. καὶ κριθήδιον ὑποκοριστικῶς. Pro μύρτον in Scholiis a Fracino editis est βύσσον. V. Hesych. in βύττος. Brunck. τοῖσιν θεαταῖς Cod. Victorianus l. l. Dind.

929. ὅσοι πάρεισιν Cod. Victorianus l. l. p. 404. Dind.

931. ἐς ἑσπέραν. Hic, ut Conc. 1047. edere debebam εἰς ἑσπέραν. Brunck. γ' tacite addidit Inverniz. ex Cod. Rav. Plura de hoc loco alibi mihi dicenda erunt: tetigit A. G. Schlegelius in den Vorlesungen über dramatische Kunt und Litteratur t. i. p. 288.—εἰς codex Victorianus l. l., Inverniz. Dind.

932. In Eccl. 1039. ἀντὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐς ἑσπέραν μεγάλην ἀποδώσω καὶ παχεῖάν σοι χάριν. Berg. ἄνδρες. Legendum ᾦνδρες, ut congruat cum præcedenti αἱ γυναῖκες. Brunck.

933. In libamentis dicere solebant, *quis præs est?* Respondebant præsentes per εὐφημίαν, *multi bonique*; etiamsi essent, ut ait ille sapiens, οἱ πλεῖστοι κακοί. Fundit vero aquam in spectantes, ut ex hac tolerantia boni tantum existimandi sint. Sed Aristophanes ex hac sparsione risum captare voluit. Mox (938.) legendum, εὐχώμεσθα δή, addito utrobique sibilo. Tamen ex animi mei sententia, etiamsi τὸ δὴ habeat certam nec inelegantem emphasin, tamen in quinta sede dactylus durus, anapæstus dulcior: neque nego licere id Comicis, sed sane in ista sede rarus pes digitalis. Fl. Chr. Nescio, cur recentiores editores a Fracino desciverint, cujus lectionem revocavimus, mutata tantum interpunctione, quam ille pessime statuerat. Adludit ad sacrificiorum ritum, in quibus præco clamabat, τίς τῇδε; Respondebat vero sacris operantium turba, πολλοὶ κἀγαθοί. Ideo Trygæus dicit, τίς τῇδε; ποῦ ποτ' εἰσὶ πολλοὶ κἀγαθοί; At in Kust. edit. Trygæo tribuuntur hæc verba sensu cassa, τίς τῇδε ποῦ ποτ' ἐστί; huicque famulus respondet, πολλοὶ κἀγ. Brunck. Portus ἐστί. In ed. Fl. Chr. omnia hæc, 'Αλλ' ἐς ἑσπέραν—κἀγαθοί,

tribuuntur famulo, et h. l. legitur, τίς τῇδε ποῦ ποτ' εἰσί, π. κ. Dind. Suid. τίς τῇδε. Pors.

934. τοῖσι. Fracinus τοῖσσι. Scribendum τούτοις. Nam articulum ὁ loco pronominis demonstrativi non adhibent Comici. V. ad Plut. 44. Brunck. τοισδὶ e Rav. dedit Inv. rectius, et Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 404. τοῖσσι Junt. ii. Dind.

936. Nempe saltatores sive chorum perfudit aqua, ridiculi causa, ut vult Schol. Berg. Sensus paulo obscurior. Vult Scholiastes Trygæum cum famulis chori personas aqua perfudisse ridiculi causa. καταχεῖ δὲ αὐτῶν (τῶν χορευτῶν) ὕδωρ ἐπὶ γέλωτι, πρὸς οὐδενὶ ἑτέρῳ. Qua in explicatione præter ipsam explicationem nihil est ridiculi. Non enim, quæ præcedunt, ad χορευτὰς referuntur, sed ad ipsos spectatores. καταχεῖν ὕδωρ metaphorice idem significat quod πλύνειν Acharn. 381. Epul. [Δαιτ. Fragm.] iv., πλυνὸν ποιεῖν Pl. 1061. id est, λοιδορεῖν. Brunck. Bonos pro more dicit servulus, quos videri vult imbecillos; imbecilli enim videbatur esse, aqua conspersos non diffugere, sed statum tueri suum, quod faciebant nimirum spectatores, leviculam ob causam theatro excedere nolentes. Brunckius τὸ καταχεῖν ὕδωρ accipiebat λοιδορεῖν, sed nihil hic contumeliæ. Hotib. κατεχεόντων Cod. Victorianus l. l. Dind.

937. Lege ταὐτό. Bent. Ol. vulg. ἐς ταυτὶ τοῦτ' quod tacite correxit Brunck. ταὐτὸ τοῦθ' ἑστᾶσι etiam Reisk. legi jussit. τοῦτ' ἑστᾶσ' Cod. Victorianus l. l. Dind. L. εἰς ταὐτό. Pors.

938. TP. εὐχώμεσθα δή. Bent.

939. Sequuntur anapæstici versus 42. usque ad ταῦτ' ὦ πολυτίμητ'. Nos versus versibus reddidimus, verba neque potuimus neque voluimus. Fl. Chr.

943-5. Choro tribuit Brunckius tacite: servo edd. ante Brunckium, Cod. Venet. et Rav. Dind. Femininas formas (qualis hæc est, πολυτιμήτη, quum jam paullatim obsolevissent, poëtæ et Attici, vel ornatus vel varietatis ergo, subinde revocabant. Porson. ad Eur. Med. 822. Vid. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 242. Dind.

944. μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ μοιχ. In Eccl. 1153. μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τόν γε τρόπον προσεικέναι. Berg.

946. παρακλίνασαι. Ambiguum est. Nam et accubare significat. Hic autem est παρανοίγειν, et eo sensu dixit Homerus ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος. Notandum autem est, τὸ παρὰ esse notam comparationis. Id proprie dicitur juxta vel justa potius, unde Latina par, pariter, compar. Cæterum ut hic Comicus dixit et jungit παρακλίνειν et παρακύπτειν, sic Theophrastus ἐπικύπτειν et ἐπικλίνειν, i. e. inclinari et conquiniscere. Plato in Phædro ἀνακύπτειν dixit de anima, quæ sese erigit. Dubium autem mihi est, an de matronis mœchis, an de meretricibus intelligat; nam magna differentia est. Dalechampius in Athenæo suo feminas ἐπὶ τῶν οἰκημάτων (legendum illic censeo ἀπὸ) vertit: feminis quæ domi sunt; cum debuerit, meo judicio, meretricibus. Ait enim illic præstare peccare in togata quam prætexta, ut ait Horatius. Sane τὸ οἴκημα esse prostibulum et lupanar sciunt vel mediocriter literas Græcas docti. Fl. Chr. παρακλίνασαι. Suid. ed. Ms. Schol. in ed. Flor. ὅμην μὲν ἀνακλῖναι. Lege ὅμ ρ ἡμὲν ἀνακλῖναι ex Il. Θ. 395. Pors.

947. τῆς αὐλείας. Puto τῆς θύρας. Sed cum αὐλαία sit etiam παραπέτασμα τῆς σκηνῆς (aulæa dicunt Latini), fortassis eo allusum. Fl. Chr. Eadem fere sententia in Thesm. 804., ubi mulierum chorus: κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν, ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεᾶσθαι· κἂν αἰσχυνθεῖσ' ἀναχωρήσῃ, πολὺ μᾶλλον πᾶς ἐπιθυμεῖ αὖθις παρακύψασαν ἰδεῖν. Berg. Quod meretricum hic describitur artificium, id mulieribus laudi vertitur in Thesm. 797. κἂν ἐκ θυρίδος etc. Piget monere, ν paragogicum quoties ad metri præscriptum addiderim. Brunck.

948. Perperam e Rav. dedit Inv. προσέχει. ἂν s. ἐὰν postulat conjunct. προσέχῃ, qui in omnibus aliis edd. est. προσέχῃ agnoscit Suidas v. παρακλίνασαι. Dind.

951. ἡμῶν Cod. Venet. Dind.

952. ἀτόφηνον. Pandas dixi in interpretatione. Nam pandere est τὸ φαίνειν, et inde etymon; neque hoc solum, sed et Pax indidem. Quin in vet. glossario Panda dicitur Εἰρήνη θεός. Fl. Chr.

954. οἵ σου τρυχ. Intellige σοῦ πόθῳ, tui desiderio. Nam Pacem alloquitur. Ex hoc loco manifestum est hoc drama prodiisse anno 13. belli Peloponnesiaci, et incassum objiciunt pacem et societatem factam esse anno undecimo. Nam id dubium solvit Thucydides l. v. [c. 26.] Ἔτη δὲ ἐς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, καὶ τὴν διὰ μέσου ξύμβασιν, εἴ τις μὴ ἀξιώσει πόλεμον νομίζειν, οὐκ ὀρθῶς δικαιώσει. Palmer. Partem hujus notæ Palmer. repetiit Brunck. additque drama prodiisse Olymp. xc. An. 1. archonte Astyphilo. Dind.

955. Τρία καὶ δέκ' ἔτη. Duravit tamen amplius bellum Peloponnesiacum, quippe

tres novenarios, ex fatali oraculo. Sed Aristophanis temporibus decimus tertius fuit et pax illa post Cleonis et Brasidæ mortem pausa tantum belli fuit, et, ut ait prudentissimus scriptor, Tacitus, 'Non tam bellum desierat quam pax fieri cœperat.' Hac imagine sæpe compellimur Franco-Galli, qui paces habuimus belli tantum pausas; faxit Deus, ut aliquando veram et integram pacem. Quod ut accidat, nos Trygæi tanquam verba solemnia usurpemus erga summum illum pacis et belli arbitrum, deum inquam: **παῦσον δ' ἡμῶν τὰς ὑπονοίας τὰς περικόμψους.** Fl. Chr.

956. κορκορυγάς· βοὰς, ταραχὰς, θορύβους. Lys. 490.—αἰεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων, ἀντὶ τοῦ, ταραχὰς ἐκίνουν. Brunck. Alibi Pors. citat Suidam v. κορκορυγάς. Dobr.

957. Λυσιμάχην. Nempe ut ex re nomen habeat. Sic in Lys. 556. *οἶμαί ποτε Λυσιμάχας ἡμᾶς ἐν τοῖς Ἕλλησι καλεῖσθαι.* Berg.

959. καὶ. ὡς Suid. Ms. **περικέμψους.** Pors.

962. ξυγγνώμῃ Brunck. et Inverniz. tacite. **συγγνώμῃ** edd. ante Brunckium et Suidas. Dind.

963. πρᾳοτέρως Bent. **πραοτέρα** Junt. ii. **πρᾳοτέρᾳ** (**πρᾳοτέρα** edd. Mediolan. et Ald.) agnoscit Suidas v. **περικόμψους** et v. **στωμύλος.** Dind.

966. σικύων πρῴων. In pace multus hortorum cultus curaque, ita ut mature cucumeres crescant. **πρώϊον** et **ὄψιον** vel **ὄψιμον** contraria. Hoc *præcoquum* et *tempestivum* vel *festinate maturum* dicitur, illud *serotinum.* Utitur his vocibus Theophrastus. Magnam autem commendationem esse primorum cucumerum, testatur versiculus vulgarius: **ἀρχομένων σικύων καὶ ληγουσῶν κολοκύνθων,** i. e. *dum novus est cucumis, dum longa cucurbita defit.* Attici cucurbitas colocynthas vocant, ut testatur Athenæus l. ii. vel ex hoc nostro Comico **ἐν Ὥραις.** Nam alii etiam **σικύας** vocabant, ut et Nicander secundo Georgicorum: **σίκυον** autem nominè et cucumerem et peponem dixerunt. Fl. Chr.

968. κἀκ Βοιωτῶν. In Acharn. 873. Bœotus homo interrogatus, quid venum tulerit ad forum Atticum, dicit, **ὅσ' ἔστιν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς·** deinde varia recenset, quæ inter magnus est avium numerus. Berg.

970. Κωπᾴδων. In Bœotia, quæ est alitum ferax et altrix, ut est in Acharnn., palus est anguillis abundans, quarum magna est commendatio, et quas apud Athenæum veteres illi poëtæ, Epicharmus, Eubulus, Alexis, et Dorion opere magno laudant. Sunt enim grandes adeo et nitidæ, ut victimarum vicem eas habuerint Bœoti. Imo in Acharnensibus sexennes memorantur, unde versus ex Æschyli Armorum judicio lepide et parodice interpolatus, **Πρέσβειρα πεντήκοντα Κωπᾴδων κορᾶν.** Scripserat enim vetus ille poëta tragicus, **Δέσποινα πεντήκοντα Νηρεΐδων χορόν.** Cæterum in hanc paludem fertur olim se conjecisse Argynnus, puer formosus, ut flammam amoris exstingueret, quo urebatur Agamemnon, qui Bœotiam venerat ad venandum reti venerio Argynnum, ut refert Plutarchus in opusculo de brutorum ratione. Fl. Chr. **Κωπᾴδων** Elmsl. ad Acharn. p. 233. ed. Lips. Dind.

972. ὀψωνοῦντας. Proprie et signate de piscibus *obsonari.* Plinius l. xviii. c. 11. ait de panibus: alias ab opsoniis appellati, ut ostrearii. Ergo pisces *obsonium,* imo ostrea. Nam **ὄψον** et **ὀψάρια** non temere apud Græcos reperias aliud esse quam pisces. Sic post Menandrum Terentius obsonium dixit. Sic Æmilius Probus: sic Lucius ille Madaurensis de magia suspectus, in prima apologia, qua suspicionem magiæ amolitur, cum de piscibus emtis loquitur, dixit, 'quis enim a cupediariis obsonare audebit?' Sed et in prima Milesia dixit, 'si quid obsonare cupis:' quod explicat, cum subjicit: qui cœnæ affatim piscatum prospexeramus. Apud Athen. l. vii. Dipn. cum aliquis quæsisset, num ante Sophoclem alius dixisset **ἐλλοὺς ἰχθῦς,** vèlut ipse usurpavit in Ajace **μαστιγοφόρῳ;** respondit Zoilus: ego quidem non sum **ὀψιφαγίστατος** (verbum hoc usurpavit Xenophon in **Ἀπομν.** Sed auctor Titanicæ pugnæ, sive Eumelus sive Aretinus, lib. ii. dixit, **χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοί.** Sic Philo Judæus, **τρόπον αἰθυιῶν κατοψοφαγοῦσι,** quia fulicæ et mergi e mari vivunt. Denique ubique fere **ὀψοφάγοι** sunt **φιλιχθύες.** Ut mirer, nuper exstitisse ex transalpinis hominibus quendam fastuosæ doctrinæ plenum, qui ex hac observatione, tanquam re nova et non a Victorio aliisque agitata, memores lectores doctos monuerit; ipse quidem dudum monitus multumque monendus, privatas ut quærat opes, instar illius Horatiani Celsi. Quidquid enim fere notat, aut notum est aut notatum fuit; locos obscuros et intactos ne adit quidem; quare? quia 'Celsi prætereunt obscura poëmata Rhamnes.' Fl. Chr. **Τυρβιάζεσθαι** cum dativo, ut **ὠστίζεσθαι** in Acharn. 844., ubi etiam de turba in foro opsonantium: **οὐδ' ὠστιεῖ Κλεωνύμῳ.** Berg. **ὀψονοῦντας** codex Victorianus in Actis Monac. i. 3. p. 404. Dind.

973. Morychi et Glaucetæ helluonum simul meminit Plato Comicus ap. Schol. nostri Comici ad Nub. 109. ὦ θεῖε Μόρυχε, τὸ νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας, Οἳ ζῆτε τερπνῶς. In illo loco male vulgo scribitur Μόρυχέ τε versu primo et secundo ἡ. Cæterum observandum, ut in eodem isto loco Glaucetes vocatur *psetta*, quod est piscis genus, ita eumdem vocari *cetum* a nostro Comico Thesm. 1062. Κήτει Γλαυκέτῃ βορὰ πρόκειμαι· quia est helluo piscium. Morychi etiam tanquam helluonis piscium noster meminit Acharn. 887. ubi anguillam dicit φίλην Μορύχῳ. De Telea vid. in Avv. ad v.169. Berg. Suidas. Μόρυχος, Τελέας, Γλαυκότης, ὀνόματα κύρια. Ubi Porsonus, Lege Γλαυκέτης ex Arist. Pac. 973. Pors. Quod in nomine proprio Γλαυκέτῃ dactylum anapæstis admiscuit poëta, notavit Porson. præf. ad Eur. Hec. p. liii. Dind.

974. Μελάνθιον. Hunc supra 781. vocabat γοργόνα ὀψοφάγον, βατιδοσκόπον, ἰχθυολύμην. Berg.

975. ἐς τὴν cod. Victorianus l. l. Dind.

976. πεπρᾶσθαι. Differt a πωλεῖσθαι. Est enim quod Galli dicimus *être livré*, cum consistit pretium et aufert licitator, quod pollicitus. Fl. Chr. ὀτοτύζειν. V. ad Avv. 1043. Berg. ὀλολύζειν Osannus in Analectis Criticis p. 92. Dind.

977. Om. Suid. Ms. μονωδεῖν. Pors.

978. Lege utrobique ὀλόμαν, per o parvum ut sint anapæsti. Sunt autem, qui existiment, hæc ex Medea Eurip. esse, ubi habes, [95. s.] ὦ δύστηνος ἐγὼ μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν. Ego puto ex ipsius Melanthii Medea, quam hic amaro joco perlinit, sumta esse, ut non solum malum esse poëtam ostendat sed raponem et gulosum probet et in cute curanda plus operatam quam Apolline. Fl. Chr. Exstat similior locus Iph. Taur. 153. ὠλόμαν, ὠλόμαν· οὐκ εἴσ' οἶκοι πατρῷοι· οἴμοι φρούδος γέννα. Berg. ὠλόμαν, ὠλόμαν Ald., Junt. i.ii. Dind. ἀποχειρωθείς. Sic verti, quasi ploraret Melanthius, elapsam e manibus sibi anguillam. Est enim piscis lubricus et qui facile capturam fallit, neque tamen male legeretur ἀποχηρωθεὶς per η. Sed sic τὰς λοχευομένας non esset quartus casus pluralis, sed secundus singularis, qui Dorice proferendus cum accentu circumflexo τᾶς etc. Male enim apud Suid. habes χειρῶσαι, ἐρημῶσαι· legendum χηρῶσαι. Cæterum ut ex Acharn. fabula magis patet, anguillæ cum betis coctæ, cibus erat suavissimus. Dixit autem λοχευομένας, cum debuisset ἑψομένας. Antea in eadem Acharn. fabula vocavit ἔγχελυν ἐντετευτλανωμένην. De betarum generibus legendus Athenæus libris 9. et 11. ubi ex Euphorione in Ἀποδιδούσῃ ait, τεῦτλον vocari etiam σεῦτλον vel σευτλίον, ut φακέα, τὴν φακῆν. Notandum quoque ἔγχελυν apud Atticos dici per υ, apud Bœotos per ι parvum. Alexis neutro genere extulit ἐγχέλεια in Ulysse texente. Fl. Chr. ἀποχηρωθεὶς Suid. in Μονῳδεῖν. Bent.

979. τὰς ἐν τεύτλοισι λοχ. Sunt anguillæ, quæ betis involutæ coqui solebant. In Acharn. 894. de anguilla: μηδὲ θανόν ποτε σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης, ubi Schol. citat præsentem Comici locum. Berg. τᾶς Suidas v. μονῳδεῖν in edd. Mediolanensi et Ald., Florens. Legebatur τάς. Falsum est, quod in Bentleii adnotationibus legitur, apud Suidam scriptum esse ἀποχηρωθείς. Ea est Florentis conjectura, cod. Veneti auctoritate confirmata. Legebatur ἀποχειρωθείς. Dind.

980. τοὺς δ' ἀνθρώπους. Hæc sunt verba non Melanthii, sed Trygæi, desinantque anapæstici hac Coronide. Sequuntur septem senarii iambici. Sed non dubito, quin ista (982.) λαβὲ τὴν μάχαιραν, dicantur ex persona famuli. Notandæ vero rudioribus Græca ἔλλειψις et Atticis familiaris etiam in πεζῷ λόγῳ phrasis, εἶθ' ὅπως. Deest enim et subintelligitur ὅρα, vel quid simile. Fl. Chr.

981. Lege πολυτιμήτη ἔχομ-: ut in 943. ubi tamen citatur Thesm. 293. πολυτίμητε: unde patet nihil hic esse mutandum. Bent.

983. οἶν. Ita omnes pristinæ. Nupera [Kust.] τὸν ἕν. Male. Nolebat enim chorus, ut sus mactaretur, supra 895. sed ut ovis 899. Berg. Sic [οἶν] duo codd. et primariæ edd., e quibus a Berg. bene revocatum fuit. In Froben. τὸν ἕν, typothetæ, ut videtur, errore. Nomina ista permutata fuerunt etiam in Av. 566. Brunck. τὸν οἶν Ald. quod omnino rectum. Absurdum istud ἓν citat Toupius in Suid. i. p. 31. οἶν recte edidit Berglerus. οἶν quoque, non ὗν, legi debet apud Euripid. Electr. 516. quod frustra adducit Musgravius ad ejusdem fabulæ 326. ubi legendum οὕτω χοὰς ποτ'. In Euripid. Androm. 1136. οἶστοὶ dissyllabum est, et scribendum sine diæreseos nota. In Aristophanis Av. 610. γεννᾶς transponendum monuimus. Append. ad Toup. p. 438. Opusc. p. xcii. Pors. V. 987. Bent.

985. ἀλλ' εἴσω φέρων. Sic in Avv. 1056. sacerdos, qui hircum mactaturus erat: ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενί· θύσων εἴσω τοῖσι θεοῖσι τὸν τράγον. Berg.

987. Præter exspectationem hoc dici

videtur πρόβατον σώζεται, quum tamen mactanda sit ovis. Nimirum maxima ovis mactatæ pars ei servatur, femoribus tantum allatis. Cæterum his dictis ovis videtur abducta esse. Dind.

988. Σὲ δὴ —. Hic versus videtur esse trimeter iambicus catalecticus, sequentes duo anapæstici, sed videndum an θύρασι sit ἐξ ἑτοίμου, ut supra. Fl. Chr. σέ τοι codices Rav. et Venet.—Legebatur θύρασι. Vide Elmsl. ad Euripidis Medeam p. 157. μένοντα τοίνυν edd. ante Brunckium, cod. Rav. et Venet. μένοντα νῦν Brunck. tacite. Respondet huic versui versus 905. unde intelligitur aliquid excidisse. Fort.: σέ τοι θύρασιν ὦ γέρον χρὴ μένοντα τοίνυν. Dind.

989. σχίζας. Sic antiqui vocabant proprie ligna, quæ sacrificiis adhibebantur, quæ *fissilia* (inde enim etymon σχίζειν) et *ustilia* erant. Homerus [Il. A. 462.] καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. Fl. Chr.

990. πρόσφορα πάντ' cod. Rav. apud Bekkerum. Dind.

991. τὸ φρύγανον. Ignispices et pyromanticæ artis periti, ut flammam excitarent, cremia vel φρύγανα supponebant, quæ fomitum instar erant et velut stipulæ vel stuppæ statim flammam concipiebant et sic σχίζας accendebant. Τὸ φρύγανον medium est aliquid inter fruticem et arborem, quasi Althæa, et dictum ἀπὸ τοῦ φρύγειν, quod *torrere* est. Inde enim *fruges*, quæ primum *bruges*, et *frumenta*, quæ antiqui torrebant. Fl. Chr.

993. ὁπόσ' ἂν cod. Rav. et Venet. Dind.

994. s. Multa in horum versuum vulgata lectione scabies: ἐστὶ χρεὼν τόν γε σοφῇ δόκιμον | φρενὶ καὶ πορίμῳ τῇ τόλμῃ. Ineptum est γε in priori versiculo: ineptior adhuc articulus τῇ in altero. Absolute πορίμῳ τόλμῃ dicere debuit Comicus, ut σοφῇ φρενί. Horum uni non magis articulus adjungi debuit quam alteri. Imperitum grammaticum hæc redolent, ad præceptam animo formam metra redigentem. Sunt vero versiculi isti iambici, sic optime scripti et digesti in B.: χρεών ἐστι τὸν σοφῇ δόκιμον | φρενὶ, πορίμῳ τε τόλμῃ. χρεὼν in unam syllabam coalescit. Brunck. Cod. Rav. Venet. χρεών ἐστι τὸν σοφῇ δόκιμον | φρενὶ, πορίμῳ τε τόλμῃ. Ald. scriptum est: τί γάρ σε πέφευγ', ὅσα χρὴ σοφὸν ἄνδρα; τί δ' οὐ σωφρονεῖς ὁπόσα χρεὼν (χρεών ἐστι codex Leidensis) τὸν σοφῇ δόκιμον φρενὶ πορίμῳ τόλμῃ. Recte abest ἐστι. Dind. χρεών ἐστιν τὸν σ. et om. καὶ et τῇ Suid. Ms. τί γάρ σε. Pors.

995. πορίμῳ τε τόλμῃ. Sic Æsch. Prometheo Desmota 903. dixisse videtur, ἄπορα πόριμος. Est enim proprie πόριμος *perrumpere amans* Horatio, vel etiam *pervius*. Fl. Chr.

996. τὸν Στιλβίδην. Quia laudaverat ille tantopere hujus solertiam et sapientem vocaverat, propterea se Stilbidem vocat. Erat autem Stilbides vates clarissimus, oraculorum vett. interpres, quem Plutarchus in Nicia hariolum fuisse ait, ipsius Niciæ familiarem, quique multum ei superstitionis detrahebat. Eum hic obiter tangit Comicus noster, tanquam in sacrificando et ministrando φορτικόν. Philochorus ait, eum fuisse in expeditione Siciliensi, cum Athenienses in Sicilia exercitum haberent. Ejus meminit Eupolis in Urbibus: ὡς αὖ τιν' ἔλθω δῆτά τοι τῶν μάντεων, | πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης; Credibile autem est (quod sit Græcus Schol.), allusisse Comicum hunc (lego enim apud glossographum παρέπαιζε, non παρέπλεξε) ad flammam, quæ cum sit lucida et στίλβουσα, facete dicitur στιλβίδης. Verbum πιέζειν hic est κακῶσαι et male habere; sic enim Theophrastus hæc duo conjungit. Et in Evangelio est, maleficiis onerare, translative a veterinis, ut in Ranis videre est, ubi Xanthias ait, πιέζομαι [v. 30.], proprie Maro, 'ditione premebat,' ut qui iniquo pondere premuntur, si onus deposuerint, verbo σεισαχθείας uti possint, quod verbum Athenienses per hanc metaphoram Solonis divino commento usurpaverunt. Fl. Chr. Fuit Stilbides haruspex celebris, quem Athenienses ad expeditionem Siculam secum duxerunt. Illius meminit etiam Eupolis in versibus a Schol. prolatis: τίν' οὖν μετέλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων; πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης; dixerat paulo ante Trygæus: "Nonne tibi videor, ut peritus haruspex, cremia ponere?' Nunc vero in eodem persistens joco ait: 'incensi ligni fumus haruspicem lædit.' Sed pro *haruspice* Stilbidem nominat. Nulla hic allusio ad στίλβειν, *splendere*, quod esset perpol frigidum. Brunck.

997. καὶ παιδὸς οὐ δεήσει. Notum est etiam Latinos *pueri* nomen pro ministró vel famulo usurpasse. Unde Varro citatur in *Marcipore*, i. e. Marci puero et proinde famulo. Fl. Chr.

998. et sqq. De metro hoc vid. Eq. 1108. et sqq. Bent. Cod. Rav. et Venet. prope verum τίς ἂν οὖν οὐκ ἐπαινέσειεν. Dind.

1000. Legit Dind. ἔσω | σεν. F.

1002. In binis codd. male: οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ἂν ζηλωτὸς—. Brunck. ὥστ' οὐχὶ πεπαύσει ποτ' ἂν Ald. Junt. I. II. πεπαύσει ποτ' ἂν Bent. Dind.

1004. Redit famulus in scenam affe-

rens femora (986.) quæ igni imponi a Trygæo vult, sed ille mavult id a famulo fieri, ipse autem intrare, ut extis scilicet et farre ipse vesceretur. DIND.

1005. *θυλήματα.* Farinæ sunt, quæ diis offerebantur, litæ vino et oleo. Teleclides Στεῤῥοῖς· ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων· ut antea citavimus. Propterea putant quidam, apud Festum legendum, *Pollucere Mercurio*, non autem *Merces;* quasi vero non etiam aliis diis pollucere-tur, ut apud Catonem Jovi Dapali, et Varronem, qui *pollucti* nomen generaliter et late diffundit, ut docuit doctissimorum maximus, Josephus Scaliger. FL. CHR. Cod. Rav. θηλύματα. DIND.

1007. *ἐπισχεῖν.* Exponit Suid. κρατῆσαι et βραδύνειν. Proprie est, *strigare*, ut in Ajace Magistoph.: ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν. Nam qui strigare volunt aurigæ, habenas retinent (hoc est κρατῆσαι), et sic βραδύνουσι. Sic utraque Suid. expositio vera. FL. CHR. Soph. Aj. 846. ed. Lob. sed perperam locum interpretatur Fl. Chr. DIND.

1008. αὐτὰ Cod. Rav. apud Bekkerum et Venet. DIND.

1010. *ὡς ἀλαζὼν φαίνεται.* Hæc cum exclamatione dicuntur. DIND.

1011. Erat quidem Hierocles hariolus, sed nullius pretii; propterea dicit, eum tantum Hieroclem esse, quamvis gerat lauream Apollinarem, ut cæteri vates. BERG. Ex lauri corona sacerdotem et vatem arguebant: sed nec semper tiara Regem, nec thyrsus Bacchum, nec laurus vatem ostendit. Nam Hieroclem istum nobiliorem facit ex nomine et vulgi opinione magis, quam ab arte. Itaque facete tanquam ineptum et vanum hariolum perstringit. Cum enim famulus dixerit, 'Vatem esse puto;' negat Trygæus, aitque, 'Non est vates, sed Hierocles tantum.' Velut si temporibus nostris obvius fiat aliquis ex futilibus istis Nostradamis, et dicat alius, *en Prophetam! en Prognosticum!* jure dixerim, *imo Nostradamus.* Sane enim bonum vatem esse et Nostradamum non contingit esse in eodem subjecto; imo sunt ex diametro-contraria. FL. CHR. Inepte interpretes, 'Non is est, sed Hierocles;' vel, 'Non hercle, sed Hierocles.' Sequebantur illi Scholiastam: ὡς ἀφνῆ δὲ κ. τ. λ. Vides, hunc non magis formulæ vim perspicere, quam interpretes Latinos, qui tamen recte verterunt Lys. 35. V. nos ad Eqq. 418. HOTIB. qui ibi docuit οὐ μὰ Δί' ἀλλὰ esse *profecto*. DIND.

1012. Oreum urbs Bœotiæ, quam Homerus Istiæam vocat. Quia vero Euboici pacem non optabant, propterea Hieroclem paci adversantem non civem facit, sed hospitem et exterum, ac vero ex Eubœa. FL. CHR. Vereor ne scriptura Rav. οὗτός γε, quam pro αὐτός γε recepit Inv., orta sit e seq. versu. DIND.

1015. *κατὰ τὴν κνίσσαν εἰσελήλυθεν.* ἦλθεν ὁ κνισσοκόλαξ, inquit Asius ap. Athen. iii. p. 125. Non pigebit adscribere totum locum: Χωλὸς, στιγματίης, πολυγήραος, ἶσος ἀλήτῃ Ἦλθεν ὁ κνισσοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει, Ἄκλητος ζωμοῦ κεχρημένος· ἐν δὲ μέσοισι Ἥρως εἱστήκει βορβόρου ἐξαναδύς. BERG. Editiones ante Basileensem a. 1547. κνῆσσαν. Cod. Venet. κνίσαν. Scripsi κνῖσαν, quo modo hoc nomen scriptum est in Cod. Rav. apud Bekkerum et apud Eustathium ad Homer. p. 1766, 32. DIND.

1017. *καὶ τῷ.* Ita recte edd. pristinæ, quod est καὶ τίνι. Nupera [Kust.] καὶ τῳ quod est καί τινι, licet sit interrogatio. BERG.

1018. Per ὀσφὺν (quæ vel cum Aristotele ἰσοφυὴς vel cum Apollodoro ὀστοφυὴς) intelligo terga perpetua lustralia, ut diximus in Prometheo Æschyleo. Vult autem cavere, ne hanc partem tangat hariolus, tanquam divinationi maxime accommodam. FL. CHR. ἀπὸ τ. ὀσφύος. Versus ignem volve veru. BERG.

1019. s. *ποιεῖ καλῶς;* In B. interrogationis signum est, quod et hic poni debuit. BRUNCK. Post ποιεῖ καλῶς Brunckius ex cod. B. inepte interrogandi signum posuit. Tacite secutus est Invernizius, et placuerat hoc jam Reiskio. DIND.

1023. *πολλὰ πράττεις.* Curiosum vocat et πολυπράγμονα. Nos lingua vernacula dicimus, *tu te mêles de beaucoup de choses.* Hoc erat *satagere*, velut Afer ille apud Fabium Quintilianum Manlium Suram in agendo multum discursantem et salientem, non *agere*, sed *satagere* dixit. FL. CHR. In Ran. 228. ὦ πολλὰ πράττων. BERG.

1024. *κατάτεμνε.* Puto hic loqui Hieroclem, et nihilominus illa, ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται, quod proverbiale, ex Homero fluxum, qui Od. Γ. 332. Ἀλλά γε τάμνετε μὲν γλώσσας, ubi aiunt esse pro, *favere linguis.* Sane linguas sacras esse Mercurio etiam testatur Athenæus l. i. et Suid. ubi habes, ἡ γλῶσσα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται. Quin et Callistratum laudat, quod facit Græcus Scholiastes; ut mihi videatur aliquid deesse in Græcis glossis ex Suida petendum, qui nihil aliud in farragine illa sua inculcat, quam quæ ex Aristoph. interprete accepit. V. Plutum fabu-

lam 1110. et Erasmum in Adagiis: 'Lingua seorsum inciditur.' Interpres Apollonii Rhod. [Argon. i. 516.] allegoricam rationem edit, quare linguæ Mercurio sacræ. Fl. Chr.

1025. ἡ γλῶττα χωρὶς τ. Ad hunc morem sacrificiorum alludit in Avv. 1701. κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων κείνων—ἡ γλῶττα χωρὶς—. Item in Plut. 1111. ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται. Berg.

1026. Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον. Imperativus hic videtur esse pro indicativo, quod Atticum esse adnotat Corinthus ex Euripidis Hecuba. Sed non male legatur δράσων. Sic enim Sophocles: οἶσθ' ὡς ποιήσων in Œdipo Rege. Sic noster Comicus in Avv. 54. οἶσθ' οὖν ὃ δράσων. Genus loquendi frequens Euripidi. Sic Latini, *scis quid facturus*. Cæterum neque male hæc potius loquitur Trygæus, et νῦν fortassis melius quam νῷν 1027. Adhuc ambigo. Fl. Chr. TP. μεμνήμεθα· Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον· ΙΕ. ἢν φράσῃς. Bent. Mutandæ, ut in versione feci, personæ. Berg. Ut hic aliisque in impressis omnibus, ita etiam in binis codd. distinctæ sunt personæ pessimum ad modum. Eas e manifesta loci sententia in ordinem optime restituit in versione Berglerus, quod serius animadverti, tumque primum, quum ejus versione usus sum, textu jam typis descripto. Sic igitur locus hic constituendus est: Ἱερ. ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Τρυ. μεμνήσθω. | ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; Ἱερ. ἢν φράσῃς. Τρυ. μὴ διαλέγου νῷν μηδέν· Εἰρήνῃ γὰρ ἱερᾷ θύομεν. In binis codd. scriptum ἱερᾷ, non ut vulgo ἱερά. *Sanctæ Paci sacra facimus*. Brunck.

1028. ὦ μελεοί. Ita incipit oraculum Atheniensibus datum sub adventum Xerxis, apud Herod. in Polymnia c. 140. Berg. ἐς κεφαλήν σοι. Deprecatur in illius caput et hæc est apud Græcos deprecandi vulgaris forma. Alludit autem ad verba exsecrationis, quæ habes apud Herod. Euterpe. Nam Ægyptii sacrificantes si quid vel sibi vel ipsi Ægypto mali portendebatur, *vertatur*, aiebant, *in caput victimæ*, ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι. Apud Homerum in vini libatione deprecationem habemus. Fl. Chr. Vide ad Plut. 546. ubi ego etiam observavi, ab isto ritu hanc formulam manasse. Berg.

1031. αἰβοῖ, βοῖ. Sic optime scriptum in A. Vulgo αἰβοῖ, αἰβοῖ, pessumdato, ob redundantem syllabam, versu. Brunck. Interjectio hic est θαυμαστική, ut quidem puto. Nam quamvis sæpe sit σχετλιαστικὴ et pro οἴμοι usurpetur, imo etiam lætantis, ut in Avium dramate, tamen etiam τάττεται ἐπὶ θαυμαστοῦ, teste Hesychio. Miror autem Græcum Scholiastam notare, hic esse parepigraphen, quum ipsa aliud sit, et interjectio potius, sine qua versus modulis suis constat. At hic non item, ut verear, ne olim exscriptor acceperit παρεπιγραφὴν ἀντὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος. Videtur autem hæc interjectio ex duabus composita αἶ et οἶ additumque β; nam αἶ et οἶ in οἴμοι, sunt *ah* et *heu*, vel fortassis quia β antiquum simile erat τῷ μ decurtato: fuerat olim αἴμοι, quod idem est cum οἴμοι. Judicent literati viri, neque vitio vortant, si fortean offendimus in his minutiis. Fl. Chr. ἤσθην χαρ. πιθ. Quia epitheton leonum simiis imposuit. Berg. Lege Αἰβ' αἰβοῖ. Bent.

1032. κέπφοι. Non putat Græcus scholiastes, τρήρωνες epitheton esse τοῦ κέπφοι, sed absolute dictum, ut sit sensus, *ita leves et futiles estis, ut tanquam columbæ simplices vulpibus dolosis fidem habeatis*. Sed videtur κέπφοι epitheti esse loco pro κοῦφοι. Nam ab illis avibus levissimis dicuntur homines leves et futiles κοῦφοι et κέμφοι (κέπφοι). Est autem κέπφος animalculum εὔηθες et εὐτελὲς utraque enim lectio apud grammaticos reperitur, neque hanc in illam muto; nam et simplex est avicula et vilis nulliusque fere commendationis e mari victitans et spumas esitans, cæterum plumoso admodum corpore sed carne strigosa et quasi ossea. Eam aiunt, dum parturit, clamore littora implere, unde proverbium κέπφος ὠδίνει, quod dictum de magnis promissoribus nihilque adferentibus dignum tanto hiatu. Quale illud, 'parturient montes,' quod Tarches rex Ægypti illudens Agesilao, qui parvus erat et auxilio illi venerat, usurpaverat per anapæsticos: ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτικτεν μῦν, quod scomma non impune acceptum ab Agesilao. Putem autem (si hujus aviculæ etymon rimari etiam mihi liceat) dictum κέπφον, quasi κύοντα ἐν φωνῇ. De Ceppho Aratus in Prognosticis 916., meminit et Nicander, et vero Callimachus in Iambis [Fr. 81.]. Sed mirum quantum dissident et veteres et recentiores in interpretatione hujus vocis. Nam alii *mergum*, quidam *fulicam*, non nemo *ardeam*. Sunt et qui confundant αἰθυίαν cum laro et gavia. Mihi gavia videtur esse καύηξ et indidem origo vocis, sive, quia καῦρος i. e. κοῦφος per epenthesin τοῦ κ, ab aura, sive ἀπὸ τῆς κάβης, i. e. τροφῆς (unde κάπτειν), est enim vorax et ἀδηφάγος. Larus autem dicta vel quia λάλος (est enim clamosa) vel quasi λάβρος, ab impetu vorandi. Qua ratione αἴθυια dici potuit; nam et Erysichthon dictus αἴθων ab ardente fame: etsi quidam a calore αἴθυιαν ἐτυμολογοῦσι. Sunt enim gaviæ

aliæ albæ, aliæ fuscæ; et ardeam fortassis eadem ratione dictam non inepte existimamus ab ardore, quamvis alii quasi arduam, ἀπὸ τοῦ ἀέρα δύειν, quod alte volat. Vulgus Græcorum κέπφον hodieque vocant λοῦφα, sane detortum ex κοῦφα; nos Galli fulicam, *foulque*, inverse fortassis, quasi *coufe*, i. e. κούφη. Fl. Chr. Sic Plut. 913. ὦ κέπφε. Ab hac ave est etiam proverbium κέπφος ὠδίνει, ut hic in Pace notat Schol. V. Erasmum. Berg. ἀλωπεκιδεῦσι. Sic bini codd. et priscæ edd., recte. Nescio unde in recentiores venerit ἀλωπεκίδεσσι. Sincera forma est ἀλωπεκιδεὺς, ut πελαργιδεὺς Av. 1356. περιστεριδεὺς ap. Suid. in Χαιριδεῖς. Vide Valckenar. in Annot. ad Theocr. Adon. 121. Brunck. Recte quoque ἀλωπεκιδεῦσι Ald. Sic Juntinæ ambæ. -δεσσι invexit, ut videtur, Portus secuto Kustero. Pors. Fo. πέποισθε. Bent.

1033. ὧν δόλιαι ψυχαί. A dolosa et vulpina mente male audiebant Lacedæmonii. Nam et Euripides Andromacha 447. Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλευτήρια, *Spartæ incolæ dolosa conciliabula*. Fl. Chr. Lacedæmonii intelliguntur, quorum pacem semper suspectam habebant Athenienses. Supra 216. κἂν ἔλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι, etc. In Lysistr. 631. καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρασι Λακωνικοῖς, οἷσιν πιστὸν οὐδὲν, εἰ μήπερ λύκῳ κεχηνότι. Berg.

1034. οὑτωσὶ θερμὸς — nempe ut caro ista, quæ assatur. Berg.

1035. Inter hariolos et χρησμολόγους principem olim locum obtinuit *Bacis*. [Bacidis oraculorum meminit in Eqq. 123. et 998. item in Avv. 963. Berg.] Fuerunt autem tres Bacides, quod et Ælianus confirmat in Var. Hist.: antiquissimus ex Eleone Bœotica, secundus ex Attica, tertius ex Arcadiæ civitate Capua, qui et Cydas dictus et ἀλήτης, i. e. erro, ut ait Philetas Ephesius: ubi mendosus fortassis Græcus Scholiastes. Nam χύδας melius legeretur pro κύδας, ut sit quasi χυδαῖος, qui est veluti ἀλήτης. Theopompum aiunt l. ix. Philippicarum de hoc Bacide multa mira retulisse, præcipueque, purgasse eum Lacedæmoniorum mulieres ex Apollinis numine, qui hunc illis purgatorem dicit. Ab hoc Bacide χρησμολόγῳ responsum olim est Æsopo, fabularum scriptori, de divitiis oraculum roganti: ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λυκοὶ πολιαί τε κορῶναι | ἐν ταυτῷ, τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος etc. Fuit autem etiam Bacis epitheton Pisistrati. Meminit Bacidos χρησμῳδοῦ et Plato in Theage. Fl. Chr.

1037. ἐξώλης ἀπόλοι'. Eurip. Med. 277. πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι (prorsus perii misera). Berg.

1039. Legebatur ἀλλὰ τότε πρῶτον. Cod. Rav. et Venet. ἀλλὰ τόγε πρότερον. Conf. v. 1073. Cod. Rav. τοῖς δ'. Dind.

1041. λύκος οἶν ὑμ. Apud Suid. proverbium habes, λύκος οἶν ποιμανεῖ de re impossibili, secundum illud, ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ—οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄνδρες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι. Fl. Chr. De his inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius sed prius Appulis jungentur capreæ lupis. Erasmus. Berg. Cod. Rav. πρὶν καί. Dind.

1043. ἕως ἢ. Sic scriptum oportuit, non, ut vulgo, ὡς ἤ—. Nullibi ὡς adhibetur pro ἕως, *dum, donec, quamdiu*. Apud Hom. Il. O, 539. ἕως ὁ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ' ἤλπετο νίκην. Eodem modo heroicis priscis poëtis ἕως ἢ pes erat spondeus, coalitis in unam duabus primis syllabis. Brunck. ὡς ἢ σφ. libri omnes, etiam Rav. — βδεῖ excidit in Junt. ii. Dind. σφονδύλη genus est τίφης vel σίλφης hirudini simile sed mali odoris. Proinde et σίλφιον planta est graveolens perinde atque Assa teste Aretæo, quod ego miror, cum antiquis fuerit suave spirans. Apud Hesychium habes: σφονδύλη, ὅμοιόν τι φασὶ σαλαφίῳ εἶναι, ὀσμὴν φαύλην προϊέμενον, εἴ τις ἅψεται αὐτῆς. Nescio an ausim emendare, σίλφῃ ζωΰφίῳ, vel σιλφίῳ. Sane enim quid sit σαλάφιον, juxta scio cum imperitissimis. Incipit autem hic oraculorum more res obscuras et φορτικὰς blatterare. Fl. Chr. πονηρότατον βδεῖ. Hirudini similis est ἡ σφονδύλη. Hirudo autem βδέλλα, fortassis quia πονηρότατον βδεῖ. Quamquam grammatici quasi βδάλουσαν, i. e. ἀμέλγουσαν τὸ αἷμα dixerint, ut Nicander, καὶ συνέβδελλμαι ἐὸν γλάγος. Id.

1044. χὠ κώθων ἀκαλανθίς. Acalanthidem alii avem, quæ et ἀκανθὶς, qui βασιλικὸς, Gallis *roytelet*, quæ et ἀκανθυλλὶς et ἀστραγαλῖνος, et *carduelis* vet. glossario. Alii canem faciunt, aut nomen nobilis canis. Sane Hesychius utrumque exponit, et celerem canem et aviculam. Vox autem κώθων pro epitheto est. Nam vel canem intelligit rictantem et ululantem acute instar tubæ vel tintinnabuli, vel clamosam avem. Neque vero nimis anxie hæc vestiganda, quum de industria Comicus ineptum hunc βωμολόχον inducat obscura et sibi ipsi incognita effutientem. Fl. Chr. Tintinnabulum vocat canem ob latratum. Nomen ἀκαλανθὶς ab αἰκάλλειν *adulari*, derivat Schol. ad Av.

873. ubi citat locum præsentem. Berg. ἐπεγ. τυφλὰ τίκτει. Nullum animal præter canem fertur ex festinatione cæcos fetus edere. Rationem adfert Erasmus in Adagiis. Profecto canem potius esse putem ἀκαλανθίδα, cum Hesychius dicat esse ταχεῖαν κύνα. Antiqui celeriter natos olim vocabant *Numerios* et *Numeriam* deam propterea indigitabant. Nam numero aliquid fieri dicebant, cum cito fiebat. Fl. Chr.

1046. Brunckius interpunxit ἀλλὰ τί χρῆν; ἡμᾶς οὐ —. Dind.

1047. διακαυνιάσαι. Verbum licenter et facete novavit. Est autem κληρωθῆναι *sorte duci*. Nam καῦνος est κλῆρος, ut alibi dixit, πόσος ἔσθ᾽ ὁ καῦνος; etiam Cratinus Pityna, ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις, i. e. *sorticulam*, πάλον. Sic et κυαμεύειν dicebant. Ivit autem in proverbium *Caunius amor*, de iis, qui infelicem amorem sortiti sunt, quia Byblis, cum fratrem Caunum perdite amaret repulsamque a casto juvene tulisset, sibi ipsa manus intulit. Ab illo Caunus dicta Cariæ insula, quæ olim morbosa fuit: unde citharœdus Strabonicus, cum incolas videret male habitos et morbum jurantes, dixit salse et venuste, οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Tamen videntur olim fuisse inde commendabiles ficus. Sed ille, qui *Cauneas* cum audivisset, accepit ὁμωνυμίαν vocis contractæ et putavit sibi dici, *cave ne eas;* pestilentem fortassis ejus gentis regionem innuebat. Fl. Chr. A καῦνος i. e. κλῆρος, *sors*, ut inquit Schol. Berg. Hesych. διακληρώσασθαι. καυνὸς γὰρ ὁ κλῆρος. Vide Intpp. ad mendosam glossam διακαυκανιάσαι. Brunck. κλαυσούμεσθα μεῖζον Cod. Rav. et Venet. Dind.

1048. σπεισαμένους. Me nolente et imprudente sic excusum fuit. Repone ut est in libris omnibus σπεισαμένοις. Brunck. Reliquit tamen σπ—νους Inv. in textis, sed de cod. lectione nihil monuit. Dind.

1049. Οὔποτε διδάξεις. Alludit ad fabulam Æsopicam, quo etiam Basilius in epist. quadam: μηδὲ βιάζου τὸν κάλαμον λοξὰ βαδίζειν, ὥσπερ τὸν παρ᾽ Αἰσώπῳ καρκίνον. Berg.

1050. Harioli et haruspices habebant victum ex publico, ut habuit Lampon; sed præcipue belli tempore. Nam eorum tunc usus erat maximus. Itaque non mirum, si Hierocles iste pacem aversatur. Fl. Chr. Scholia: Sacrilegos victum habuisse publicum in Prytaneo, patet exemplo Lamponis, cui is honos habitus. Vult itaque Comicus dicere: non amplius erit bellum. Nam iste nihil accipiebat amplius e publico nisi belli tempore: tunc enim est usus aliquis vatum. Vid. etiam ad Nub. 331. Berg. ἔτι τοῦ λοιποῦ γ᾽: dele vel ἔτι vel τοῦ vel lege ἔτι τοῦ λοιποῦ 'ν πρ. Bent. οὔποτε δειπνήσεις ἔτι. Ita et Ald. ἔτι omittit ed. Kuster. Habent ambæ Junt. Omittit Fl. Chr. Rav. ἔτι τοῦ λοιπ᾽ ἐ. π. i. e. τοῦ λοιποῦ 'ν πρ. Pors. Discrimen, quod inter formulas τοῦ λοιποῦ et τὸ λοιπὸν interest, ita, h. l. laudato, explicuit Herm. ad Viger. p. 736. ut illud repetitionem ejusdem facti reliquo tempore, hoc continuum et perpetuum tempus indicet. ἔτι τοῦ λοιπ᾽ ἐν πρ. Cod. Rav. Dind.

1053. Ἀθηναίοις Cod. Venet. Dind.

1055. ὥσπερ. ὅνπερ Kuster. et pro v. l. Fl. Chr. ὥσπερ tres primæ. Pors.

1056. Versus Homerici. Berg. Ex variis locis hæc conflata sunt. Nam ἀπωσάμενοι occurrit Il. Π. 301. νέφος πολέμοιο P. 273. σπένδειν δεπάεσσιν Od. H. 137. reliqua Il. A. 467. ss. aliisve locis. Scribendum autem, ὣς (non ὡς) οἱ μ.—V. præced. ed. Fl. Chr. ὥσπερ sed in marg. γρ. ὅνπερ —. V. Suid. v. χύτραις. Dind.

1060. κώθων vel κύαθος aut κύττος, secundum Hesychium, genus est poculi Laconici testacei monotæ i. unicam ansam habentis: vocatur etiam ἐρισκὸν πλυτάριον. Sumitur etiam ἐπὶ τοῦ ἀτάκτου et μεθύσου, unde κωθωνίζων. Puto ego κώθωνα et κυλίχνην, quæ *culigna* est, non multum differre. Fl. Chr. Cf. Eqq. 604. Dind. Schol. ὡς τὸ ἐρῶν etc. Polyb. Exc. Vales. p. 117. Pors.

1061. οὐ γὰρ ταῦτ᾽ εἶπε Σίβυλλα. Sapit hoc proverbium. Et Chrysostomus dixit, οὐδ᾽ ἂν ἀληθέστερα εἴπω τῶν Σιβύλλης ἢ Βάκιδος. Fl. Chr. εἶπεν Cod. Rav. Dind.

1062. δεξιὸς Ald. Junt. I. Dind.

1063. Ἀφρήτωρ etc. Aristot. Polit. I. Berg. Versus sunt Homeri ex Il. I. 63, 64. Brunck.

1065. ἕ. μή πως—μάρψῃ. Male hæc vertit Berglerus: *ne dolo aliquo mentem tuam decipiens te milvius prehendat.* Nempe constructionem sic instituebat: μήπως σε ἴκτινος μάρψῃ, φρένας ἐξαπατήσας δόλῳ. At vero ordo est: μήπως σε ἐξαπατήσας φρένας δόλῳ ἴκτινος μάρψῃ — Quid? τὰ σπλάγχνα, de quibus est sermo. Prodigiosum, si milvus Trygæum unguibus prehensum abrepturus fuisset. ἐξαπατήσας σε φρένας est pro, ἐξαπ. σου φρένας. Elegantis hujus constructionis exempla apud quosvis poëtas obvia. Noster Av. 497. καὶ λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον. 985. — χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευ-

ρῶν τὸ μεταξύ. Æsch. 1029. ὑπάλειφον εἰρήνῃ με τὼ 'φθαλμὼ ταχύ. Vid. quæ notavimus ad Æsch. S. Th. 836. Ceterum post μάρψῃ punctum, quod est signum absolutæ sententiæ, poni non debuit. Imperfectus enim est Hieroclis sermo, quem perculsus his vocibus ἴκτινος μάρψῃ Trygæus abrumpit. In versione etiam nomen exta poni non debuit. *Vide ne dolo aliquo mentem tuam decipiens milvus, corripiat.* Tr. *istuc tu cave.* Brunck. Cod. Rav. et Venet. φράζεο δὴ νῦν, μή πώς σε δόλῳ. Ejeci πως. Dind.

1066. σὺ φ. Alloquitur famulum. Dind.

1068. Brunck. ἔγχει δὲ σπ., typothetæ errore, opinor. Dind.

1069. κἀγὼ ἐμαυτὸν βαλανεύσω Antiatticista Bekkeri p. 84, 16., Suidas v. βαλανεύειν in edd. Mediolan. et Ald. Dativum agnoscit Suidas v. ἐμαυτῷ βαλανεύσω t. i. p. 719. Dind.

1072. ἀλλ' οὔπω. Verba Hieroclis supra 1040. in ipsum vertit. Berg.

1074. Dum libatur, has preces Trygæus facit. Dind.

1075. τὴν γλῶτταν. *Linguam victimæ.* Berg. ἀπένεγκον Cod. Rav. Dind.

1077. Cod. Rav. οὐδεὶς προδώσει. Scripsi προσδώσει et delevi τῶν ante σπλάγχνων. Dind. Lege κεν: vid. 1043. Bent.

1078. Scribendum hic, ut supra 1043. πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. Sic liquido scriptum est in B. cum levi tamen in accentu menda πρὶν κὲν — Satis temere, ne gravius dicam, auctor Doctrinæ Particc. p. 1099. Deuarium reprehendit, vere asserentem πρὶν ἂν cum subjunctivo semper construi; quod ille ut falsum esse evincat, priorem illum adducit Comici versum, in quo ὑμεναιοῖ optativum esse ait. Nescio quibus Græcæ linguæ rudimentis optimus ille vir eruditus fuerit: at ego, qui Clenardi Institutionibus, Caninii Hellenismo, Welleri grammatica usus sum, ubique vidi subjunctivi verborum in όω seu tertiæ conjugationis contractorum, secundam et tertiam singularem contrahi in οῖ· χρυσόῃς, χρυσοῖς· χρυσόῃ, χρυσοῖ. Proinde ὑμεναιόῃ, ὑμεναιοῖ. Aliud itaque exemplum quærat, quo Deuarium, virum Græce doctissimum, erroris arguat. Brunck. Lege πρίν κεν λύκος ex Pac. 1041. Schol. ad hanc et Ald. In schedis, Recte vidit Brunckius ex eadem fabula 1041. et ex Ms. legendum πρίν κεν. (καὶ Sch. in Genev. Kust.) Idem mendum restat in oraculo apud Pausan. x. 37. (πρὶν καὶ ἐν Ald.) contrarium in Auctore de Lapid. 526. Pors. Cod. Rav. prope verum ἡμῖν προδιδόναι. — προσδώσει et προσδιδόναι confirmavit Cod. Venet.—πρὶν κεν Junt. ii. in scholiis. Reliqui libri πρὶν καὶ λύκος. Dind.

1080. Οὐ γὰρ — Hoc etiam Hierocles dixit supra 1040. Berg.

1081. Cod. Rav. συνσπλαγχνεύετε. Dind.

1082. τὴν Σίβ. ἔσθιε. Quia dixerat 1061. οὐ γὰρ ταυτ' εἶπε Σίβυλλα. Berg. Cod. Rav. apud Bekkerum τί δ' ἐγώ. Dind.

1084. Euphanes Comicus ap. Athen. viii. p. 343. τίς ἐκ μέσου τὰ θερμὰ δεινὸς ἁρπάσαι; Berg. ἁρπάσομαί σφῷν Ald. Junt. i. ii. Dind.

1085. Hi duo versus [nescio quis alter sit? v. Dawes. l. 1. Dind.] videntur esse trochaici catalectici; tamen tanquam iambicos verti et putavi aut σὺ addendum, aut legendum, ut mox postea, παῖ αὐτὸν etc. Bacin autem vocat, qui Bacidem æmulatur et oracula vana deblaterat. Fl. Chr. Lege vel παῖ παῖε vel Ὦ παῖε. Bent. παῖ', παῖε, παῖε τ. β. Sic optime Dawesius. Excidit in libris omnibus prima hujus versus syllaba. Brunck. ὦ παῖε, παῖε τὸν Βάκιν Cod. Rav. Venet. Dind. Βάκιν. Ita vocat Hieroclem, quia Bacidis oracula jactabat assidue. Simile est illud: παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον, de quo v. Scholia ad Ran. 442. Berg. μαρτύρομαι. scil. ἐμὲ παιόμενον. Cf. Ran. 531. Dind.

1086. Bentl. supplet σὺ quod deest in Ald. et Frob. Bent. εἶ σὺ ed. Kuster. Om. σὺ tres primæ, addit Fl. Chr. e Ms. ut puto. Duo enim inspexit, ut diserte ait ad 1199. p. 122. Pors.

1087. ἐπέχων. In Eccl. 318. ἐπεῖχε κρούων. Lys. 493. οἱ ἐπέχοντες ταῖς ἀρχαῖς. Berg.

1088. Videtur sacerdos aliquis adfuisse κατὰ τὸ σιωπώμενον, ut in Ran. 297. ἱερεῦ, διαφύλαξόν με. Nam ibi etiam nusquam alias apparet, adfuisse sacerdotem: sic etiam in Avv. 658. servos compellat, quos nemo antea putasset adfuisse. Iste itaque sacerdos pelles quasdam videtur habuisse, nempe quas ex sacrificiis alicubi acceperat; pelles enim victimarum sacerdotibus cedebant. V. ad Plut. 1186. Has pelles jubet eum deponere. Florens putat Hieroclem vatem hic vocari θυηπόλον, cui nolo repugnare nimis. Berg. τουτονὶ eumdem haruspicem notat, ipsum Hieroclem. Nescio quid Berglerus de alio sacerdote Hierocleni comitante somniaverit, fretus loco in Ranis pessime ab interpretibus accepto aliisque aliarum fabularum locis, in quibus compellantur famuli, *quos nemo antea putasset adfuisse.* Nimirum quia personæ mutæ sunt, eorum in personarum syllabo mentio facta non fuit; sed per se satis

intelligitur, eos in scena adfuisse. Hic vero nullus alius est in scena sacrificus præter Hieroclem, qui prodierat pellibus aliquot involutus, quas nempe e sacris, quibus eodem die præfuisse fingitur, abstulerat, juxta morem ad Thesm. 758. et Pl. 1185. observatum. Brunck.

1089. ἐκβολβιῶ. Translatum a cepis et bulbis, qui, ut legantur, effodiuntur. Dixit ergo *ebulbitare* pro effodere. Fl. Chr. Cod. Rav. ἐκβολιῶ. Dind.

1090. Οὐ καταβαλεῖς. Puto positum pro οὐκ ἐκκαταβαλεῖς, per aphæresin τοῦ ε. Per θυηπόλον autem haruspicem intelligit. Is enim est, qui exta curat, ut augur est auspiciorum. Fl. Chr.

1091. Versus hic laudatur ab Æsch. Schol. in Sept. Theb. 103. ad locum illum κτύπον δέδορκα. Notat enim illic translatos esse sensus remotiores ad præsentiores, quia dictum illud δέδορκα, non ἤκουσα; hic contra ἤκουσας pro δέδορκας. Oreus, oppidum Eubœæ, quod Athenienses in totius Eubœæ defectione etiam tenuerunt, cum res eorum afflictæ et prostratæ essent a victoribus Peloponnensibus, ut videre est apud Thucyd. viii. Ξυγγρ. Olim quidem eo cum Chalcidensibus et Megarensibus exercitum duxerant ipsi Athenienses ibique Philistidem tyrannum interfecerant Oritasque in libertatem asseruerant. Sed sub belli Peloponnes. finem magnam cladem acceperunt, amissis 23. navibus et plurimis occidione occisis, pluribus captis; unde Piræo navali multum metuebant et de Alcibiade revocando statuerunt. Huc videtur adludere hic hariolus, et, cum corvi mentionem injicit, pugnam et cladem rursus portendere. Fl. Chr. 1091. ΙΕ. delet Ald. 1092. ΘΕ. delet Ald. Bent. Hierocli, 1092. famulo tribuit Junt. ii. Dind. Scholiastes ad Æschyli Sept. c. Th. 103. ubi ὀρέου scriptum est. Id.

1092. ἀποτετήσει. Quasi ipse sit corvus ille. Elymnium autem dicitur esse locus in Eubœa, in qua etiam erat Oreum, unde Hierocles erat. Berg. Ἐλύμνιον locus est prope Eubœam, auctore Callistrato. Apollonius templum facit, quod νυμφικὸν quidam vocant, quia Jupiter illic Junonem — Unde Theocritus [Id. xv. 64.] πάντα γυναῖκες ἴσαντι καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν· quod mihi proverbiale videtur, etsi magnum de hoc apud Parœmiographos silentium. Meminit Sophocles, qui ait, πρὸς πέτραις Ἐλυμνίαις. Et in Nauplio, νυμφικὸν Ἐλύμνιον. Stephanus insulam facit Eubœæ quæ oppidum habeat, feminino genere Ἐλυμνίαν etiam indigitat. Fl. Chr.

1093-1124. et 1125-1156. Semichoriis tribuit Brunck. Dind. Particula γ', quæ vulg. deerat, e Rav. et Venet. inserta, vi caret. Id.

1094. τυροῦ τε καὶ κρομμύων. Qui est cibus militum. Intelligit autem per hæc bellum. Berg.

1097. Ex Schol. legerem πρὸς τὸ πῦρ et dimetrum trochaicum facerem, nisi doctior aliquis cum ratione contra pertendat. Fl. Chr. διέλκων. Aristophanes ἐν Γεωργοῖς apud Stobæum 53. Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοϊκόν· εἰ γὰρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο σκάψαντ' ἀποκλάσαι, καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι τῆς τρυγός (utinam — liceat — *loto potare mustum*). Sic et simplex verbum de *exhauriendis* poculis usurpatur in Eqq. 107. ἕλχ' ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου, ubi v. Not. Vide et ad Alciphr. Berg. Add. Toup. Emm. in Suid. ii. p. 343. qui ἕλκειν docet esse trop. potare, διέλκειν *certare potando*, etiam v. φιληδεῖν, *delectari*, illustrat. διελθὼν, nescio a quo excogitatum, affert Bisetus. Dind.

1098. μετ' ἀνδρῶν. Malim reponere ἄλλων. Fl. Chr. ἑταίρων. Sic bini codd. recte, et ad sensum, et ad metrum, ut ex collatione antistrophici versus 1130. liquet. Perperam vulgo ἑτέρων. Brunck. Lege ἑταίρων. Bent. Vide Toup. in Suid. iii. p. 285. qui tamen non vidit hic legendum esse ἑταίρων. Vide Append. ad Toup. p. 453. l. 20. Pors. "μετ' ἀνδρῶν ἑτέρων, ut in textu Flor. Chr. μετ' ἄλλων. Vet. μετ' ἀνδρων. Quidam μετ' ἄλλων ἑταίρων." Scaligeri Excerpta. Dind. Ad primum versum syllabas μετ' ἀν— reduxit Rav. Hermannus de Metr. p. 360. dimetros pæonicos ita scribit: ἀλλα προς πυρ διελ- | κὼν μετ' ἀνδρων εται- | ρὼν φιλων, συγκεας | τῶν ξυλων ἀττ' αν η | δάνοτατα του θερους | ἐκσεσωρευμενα. Id.

1099. οὐκ ἐᾷς τῶν ξύλων. Nullum ex his verbis bonum sensum venari possum, cumque diutius me torsisset hic locus, conquisivi qua potui exemplaria manu scripta. Atque adeo cum aditus mihi patuisset in bibliothecam Mediceam, quæ Parisiis est, quamque sub Reginæ matris præstantissimæ heroinæ auspiciis et stipendiis diligenti custodia tanquam vigil draco mala aurea tuetur et servat vir doctus et optimus Bellebranchæus antistes, incidi in exemplaria vetusta duo, sed incertior inde discessi, quam eram. Nam lectionem hanc deprehendi οὐκ ἐάσω, nostra adhuc pejorem. Scio manu scriptos libros magnum adferre has litteras tractantibus auxilium, sed profecto sæpe accidit, ut falsas lectiones et corruptas, quas habent plerumque vetuste scripti codices,

amplectantur, qui judicio pravo parvoque lectionis usu præditi accedunt ad veteres illas tabulas et quasi litterarum naufragia. Hoc eo dico, quia in hoc quasi funambulo juventus nostra hodie tota fere occupatur, et sunt qui ex manuscriptis suis tantummodo sapere se postulent, nomenque docti ex aliorum commendatione, quibus libros suos ultro commodant, aucupantur, ipsi vix grammaticalibus principiis imbuti venditant nobis manuscriptiones, et quamvis sint audacissima inscitiæ mancipia, impudentibus tamen vindiciis emancipari gestiunt litterarumque fontes se habere autumant, ipsi pumicibus et spongiis expressis sicciores et inaniores; ac denique in disciplinarum censu assidui esse volunt, licet pauperes proletarii aut etiam capite censi. Hoc ineptum genus hominum insolentium et ἀλαζόνων quantum mihi displiceret, non potui quin huic chartæ committerem, tum ut juniores ab exemplo et ejusmodi κακοζηλίᾳ, si possem, averterem, tum ut animo tandem morem gererem meo, indignitate etiam permotus, cum meminerim sciolum quemdam ex ista gente, posthac mihi gravius appellandum, etiam doctissimo viro, Hadriano Turnebo, olim ita imposuisse, ut a simplicissimo viro vereque Romano pœnitenda elogia extorserit. Sed de his alias. Ne lectorem pluribus morer, manuscriptionis auxilio destitutus confugi ad conjecturam, quæ mihi hic visa est εὐστοχωτάτη, et acie mentis recte collineasse. Ex tribus verbis οὐκ ἐᾷς τῶν, quæ male distracta erant, feci εὐκεαστῶν, quod epitheton est τῶν ξύλων. Mutavi tantum priorem litteram ο in ε, qui facilis et frequens lapsus. Nam ε majusculum, in semicirculi formam ab antiquis designatum, fefellerit exscriptorem. Quomodo in epistolâ quadam Aristæneti [i. 18.] ἐπιμελὴς οὐ πρέπον, pro εὐπρεπῶν. Est autem εὐκεαστὸν, εὔσχιστον (sic corrige Suidam et Hesychium), ξηρὸν et εὔκαστον vel εὐκέατον (nam utrumque dicitur) ut ap. Theocr. sub finem Herculis Leonicidæ [xxv. 248.]: ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο. Itaque ligna εὐκέαστα sunt κατακαύσιμα, quæ Hesychius vocat ἄθυια: quæ alii κάγκανα, Latini *cocula*, Suid. κᾶλα παλαίθετα. Nam κᾶλον *lignum*, unde *calones*; unde καλόπους, *pes ligneus*. Et fortassis καλιὰ inde, quasi οἶκος ξύλινος, quin et καλάμην ab eadem origine puto τῆς καύσεως. Fl. Chr. Οὐκ ἐᾷς corruptum, ut et alii jam viderunt. Lego ἐκκέας. Hesych. ἐκκέας· ἐκκαύσας. Ita autem ibi legendum, non ἐκκαίας, ut ordo vocum indicat. Æschylus in Agam. 858. ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες. Bisetus apud Nostrum legit **Εὖ κείας**, sed contra metrum, ut ex antistropha apparet. Poterat, **Εὖ κέας**. Berg. Vulgo legitur, **οὐκ ἐᾷς τῶν ξύλων, ἅττ' ἂν ᾖ** — sine ullo sensu. Pejus in A. si quid pejus esse potest, **οὐκ ἐάσω τῶν ξύλων**. Manifesta sinceræ lectionis vestigia. **ΣΥΓΚΕΑΣ** ab imperito librario mutatum fuit in **ΟΥΚ ΕΑΣ**. Certum est scripsisse Comicum vel **ἐγκέας** vel **συγκέας**. Hoc, quod prætuli, ad depravatam lectionem propius accedit. ***Comburens ligna aridissima***. De hoc participio v. Pierson. ad Mœr. p. 231. Ἐγκέας esset, ***in camino urens***. Hoc fere adsecutum fuisse Berglerum video, qui conjecit **ἐκκέας**. Vim verbi **διέλκειν** explicat Toup. ad Suid. iii. 285. Brunck. In textis ed. Fl. Chr. legitur male **Οὐ κεαστῶν**, et in marg. **γρ. Οὐκ ἐᾷς τῶν**. Ap. eundem in marg. 1093. **γρ. τετράκις τὸ ἥδομαι**. Dind. **εὐκεαστῶν ξύλων** Florens, Dœderlein. in den Philol. Beitragen aus der Schweiz i. p. 247. **οὐκ ἐᾷς** Kuster. **ἐκκέας τῶν ξύλων** Cod. Rav. Venet. Dind.

1100. **δανότατα**. Hesychius interpretatur densum et ustile: puto quia **δαίειν** est **καίειν**. Sed Callimachus dixit **δανὰ ξύλα κεάσαι**, i. **ξηρὰ σχίσαι**. Nam et Erotianus Lexico notat, sic Hippocratem usurpasse **κεάσαι**, i. **σχίσαι**. Quin Hom. Od. O. dixit **διά τε ξύλα δανὰ κεάσσαι**. Sic enim lego, non, ut vulgo legitur edit. Hervag. p. 180. **ἀνακεάσσαι**. Fl. Chr. **δανότατα** Cod. Vat. Pal. Pors.

1101. **ἐκσεσωρευμένα** rectene an secus e scholiis hic reposuerim, alii judicent. Certe **ἐκπεπιεσμένα**, quod legebatur, ab Aristoph. profectum non esse, metrum evincit. Dind. Cod. Rav. et Venet. **ἐκπεπρισμένα**. Ahlwardtus conjicit **εὖ τε πεπρισμένα**. Id. Om. **ἐκπεπιεσμένα** Cod. Vat. Pal. Pors.

1103. **τήν τε φηγόν**. ***Antiquam*** rusticorum **εὐτέλειαν** laudat, qui cicere et glande fagina victitabant. Tamen per ***legumen*** **ἐρέβινθον**, et per arborem fagum obscœnas partes intelligit. Nam **ἐρέβινθος** etiam est **αἰδοῖον** [Nub. 1386.], et **βάλανος**, quæ est in fagis, non recedit ab ea parte. Quin teste Galeno **ἐρέβινθος** Venerem excitat et semen generat. Ait enim **ἐπεγείρει καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς, πεπιστευμένος ἅμα τὸ καὶ σπέρματος εἶναι γεννητικὸς**, lib. i. de Alim. Quo loco distinguerem potius post **πεπιστευμένος**, legeremque adverbialiter aut delerem **τὸ τῷ**. Dixit autem **ἀνθρακίζειν** pro **φρύγειν**, i. torrere, unde *fruges*, et similiter addit **ἐμπορεύειν**, ut scilicet, cum sicca esitaverint, ad bibendum proni sint, ut postea sequitur. Fl. Chr.

1104. χᾶμα τὴν Θρᾶτταν κινῶν. Versus hic trochaicus est, vel esse debet, dimeter catalect. ut antistrophicus 1136. At vero claudicat, spondeo tertiam sedem tenente, siquidem prima in κινῶν longa est. Eadem hunc versum invasit corruptela, quam primus observavi in Ran. 543. ubi pro κινῶν ὀρχηστρίδ' statui reponendum esse φιλῶν ὀρχηστρίδ'. Nec me illius emendationis admodum pœnitet. Certum est enim φιλεῖν eo, quo dixi, sensu a Græcis usurpatum fuisse. Sic Latini etiam *amare* adhibent. In Plauti Rud. ii. 6. 7. percontanti Sceparnionem lenoni, quanam facie essent mulierculæ, quas in fano Veneris sedere dixerat, respondet ille : 'Scitula. Vel ego amare utramvis possim, si probe appotus siem.' Quin vero φιλῶν hic etiam reponam, obstat codicis B. scriptura, ad quam olim non adverteram, quamque nunc primum deprehendo. Liquido exhibet τὴν Θρᾶτταν κυνῶν. Quum sæpissime librarius illius cod. litteras ι et υ commutarit, quod et plerisque omnibus solemne est, haud affirmarim in Ran. loco, ubi distincte κινῶν scripsit, scribere etiam κυνῶν tum debuisse, ut nec satis scio, an ex errore hic κυνῶν scripserit, quum ob oculos habuisset κινῶν. Utut ista sunt, certum est κινῶν hic metrum respuere, κυνῶν vero, *osculans*, et metro et sententiæ apprime convenire. Alibi etiam verba illa commutata vidimus. In Acharn. 1209. ubi bene vulgo legitur, adstipulante eodem codice, τί με σὺ κυνεῖς; — τί με σὺ δάκνεις; alii duo Regii habent κινεῖς, quod pravum esse, sententia, maxime vero metrum ostendit. Est enim versus ille dimeter iambicus, cujus in secundam sedem spondeus recipi non potest. Legendum itaque hoc in loco, χᾶμα τὴν Θρ. κυνῶν. Nec reluctabor, si quis in Ranarum supradicto versu pro κινῶν vel φιλῶν reponendum censeat κυνῶν, e quo probabilius est, vulgatum ortum fuisse, quam e glossa, ut alioquin haud inepte conjeceram. Brunck. βινῶν. κινῶν ed. Kuster. et Junt. ii. κυνῶν Ald. et Junt. i. ut ob metrum legendum est. Vide Append. ad Toup. p. 488. Pors. κυνῶν, Rav. βινῶν ed. Basil. 1547. Portus. Dind. Frob. βινῶν. Bent.

1106. Lege ἔσθ'. Bent. ἔσθ' ἥδιον. Sic recte in B. Vulgo claudicante versu, ἔστιν ἥδιον. ἢ τυχεῖν ἐσπαρμένα, nimirum τὰ σπέρματα, quod perinde est, ac si dixisset ἢ ἐσπάρθαι μὲν ἤδη. Nullam causam video, cur Markland. ad Iphig. Aul. 254. legerit ἢ 'ντυχεῖν, pro ἢ εὐτυχεῖν. Brunck. Doctissimus Bisetus et conjector sagacissimus et qui ubique alibi Comici sensum optime capit, non mihi videtur h. l. intellexisse, quid velit Aristophanes. Sic enim interpretatur : Οὐδέν ἐστιν ἥδιον ἢ τὸ τῶν μετὰ πόνου καὶ ἐπιμελείας πρῶτον γεγεωργημένων καὶ ἤδη ἐσπαρμένων ἐν καιρῷ (suo tempore) τυγχάνειν καὶ ἀπολαύειν. Quod quidem verum est, sed hic non est sensus verborum poëtæ. Sed sic : *Nihil enim est dulcius, quam habere sementem jam factam et Jovem imbrem roscidum immittere.* Itaque bonæ spei dulcedinem celebrat, quæ sæpe ipsam fructionem æquat vel superat. Palmer. Si vere Dawesius correxit Acharn. 270. legendum est hic, οὐ γάρ ἐσθ'. Sed vide Markland. ad Eurip. Suppl. 1101. Mox ἢ 'ντυχεῖν μὲν Markland. ad Eurip. Iph. Aul. 254. ἔσθ' recte Bentleius ad Horat. Serm. ii. 2. 124. et 1108. τηνικαῦτα. L. ἔσθ' ἥδιον, non solum ut producatur secunda in ἥδιον, sed ne sit dactylus in tertia sede. Pors. ἢ 'ντυχεῖν Eldik. susp. specim. p. 37. Dind.

1108. τηνικαῦτα. Sic ad metri legem scriptum oportuit. Vulgo τηνικάδε. Illud rursus occurrit 338. et infra 1137. 1142. Pejus in A. εἰπέ μοι, τί δ' ἂν τηνικάδε — Brunck. Κωμαρχίδη. Unus e choro. Sic Vesp. 233. aliquis ex choro nominatur. Berg. Videtur esse epitheton blandientis. Quia enim Trygæus pacem conciliasse videtur populo Athmonensi, Græcosque omnes, ut ipse antea dixit, servavit sua ad cœlum itione, propterea, quasi meruerit principatum gerere totius vici, vocat Κωμαρχίδην. Hæc mihi veri similia videntur. Tamen dubitanter scribo neque affirmo, retinuique in interpretatione nomen Comarchidæ exemplo Plautino, qui palliata verba vestit sæpe tunica Romana. Fl. Chr. τηνικαῦτα Bentl. τηνικάδε Cod. Rav. Dind.

1109. τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς. Mox, εὖ ποιοῦντος κὠφελοῦντος τοῦ θεοῦ τἀρώματα. Berg. ἐμπιεῖν. Hoc verbum, quod paulo rarius est, optime restituit Cl. Musgravius Euripidi Cycl. 336. ὡς τοὐμπιεῖν γε, cum antea legeretur, τοῦ πιεῖν. Extat Sophoclis locus apud Athen. x. 9. p. 433. οὐκ ἂν πλέον τέρψειας μὴ πιεῖν διδούς. Casaubonus corrigit οὐ πιεῖν vel ἢ πιεῖν, quorum posterius probat Heathius ad Sophocl. Fragm. p. 111. Lege, duabus literis transpositis, ἢ 'μπιεῖν διδούς. Quin et Eccles. 142. ed. Ald. dat ἐμπεπωκότες, ut ex Scaligeri conjectura recte edidit Kusterus. Epicharm. apud Athen. vi. 8. p. 236. Aristophan. (ut videtur) apud Hesych. ii. p. 547. v. μασχάλην. Pors.

1110. ἄφευε Suid. ed. Ms. in v. ἄφευε. Ms. etiam in φασήλων, probante Porsono.

ad Toup. p. 480. Pors. ἄφευε Cod. Venet. ἄφαυσον Vet. in Scaligeri Excerptis et var. lect. apud scholiast. Dind.

1112. *Manes* pro servo quolibet usurpatur etiam a Demosthene, et Diogenes hoc nomine servum habuit, statuaque fuit in Cottabismo sic dicta. Puto autem Syræ nomine servam intelligi; nisi sic vocaverit Thraciamillam, quam, dum lavat uxor, paulo ante volebat perdepsere. Nam et Virgilius in Moreto servam Simulo fecit Scybalen [Cybalen] Afram. Tamen apud Terent. Syræ dominæ et matronæ nomen est, fortassis a vestis syrmate dicta. Fl. Chr. βωστρησάτω 'κ τοῦ χωρίου Bent. et Cod. Rav. et Venet. Dind.

1113. Οἴναρα sunt vitis folia et οἰναρίζειν, ἀποφυλλίζειν, i. folia decerpere, ut soli sint apertæ uvæ. Τυντλάζειν autem est βωλοκοπεῖν: ego verti *pastinare*. Proprie τύντλος est *lutum;* alias apud grammaticos τυντλάζειν est, αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν. Sed miror, quod τὸ τυντλῶδες exponunt ὑλῶδες: nisi τύντλος est etiam genus illud herbarum, quo segetes dicuntur infestari et ὑλομανεῖν. Aut si non est, legerem πηλῶδες, non ὑλῶδες. Fl. Chr. ἀμπελουργεῖν, pro οἰναρίζειν, varia lectio apud scholiasten. Dind.

1114. παρδακόν. Hoc est δίυγρον. Sed Aristophanes de industria hæc duo obscura vocabula usurpat, fortassis ad insectationem poëtæ cujusdam, qui talibus verbis cum adfectatione usus est. Fl. Chr. Strabo legebat suo tempore πορδακόν. Sic enim ille l. xiii. [καὶ τὸ Σιμωνίδου]· σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες ἱμάσιν, ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις· καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ που κωμῳδίᾳ· Πορδακὸν τὸ χωρίον, τὸ λιμνάζον. Ubi non dubito, quin de hoc loco intelligat, licet Henr. Stephanus in Πορδακὸν citet Strabonem ex Simonide, quod est ejus μνημονικὸν σφάλμα: nam nullus Simonides inter Comicos recensetur, licet plures eo nomine numeret Suidas, quorum præcipuus fuit lyricus poëta, qui citatur a Schol. ad h. l. sed qui παρδακὸν dixerit, non πορδακόν. Palmer. Scholia, δίυγρον. οὕτω γὰρ Σιμωνίδης καὶ Ἀρχίλοχος. Berg. Ita Schol. et Hesych. Brunck. παρδακόν. παρ Suid. ed. Ms. τυντλάζειν. Pors.

1115. ἐξ ἐμοῦ recte Berg. explicat *e domo mea*. σπῖνοι sunt *fringillæ*, v. ad Avv. 1079. πυὸς vertit Fl. Chr. *lacte pressum*, alii *colostrum* s. *colostra*. Zon. ii. 1597. πύος· τὸ σεσηπὸς αἷμα, καὶ τὸ γάλα ὁμοίως. Tum laudato h. l. additur, τὸ πεπηγὸς γάλα. Ap. Phot. p. 352. scribitur πύον, et, inter alia, explicatur τὸ νέον γάλα. Versus 1117. et 1118. in parenthesi sunt accipiendi. Nam ὧν τρία 1119. respicit ad λαγῷα 1116. Dind. ἔστι Suid. Ms. πυὸς, i. e. pro ἦν δὲ subnotatis in Porsoni libro, sed forsan ἔστι δὲ καὶ πυὸς Ms. ut ed. Med. Pors. Cod. Rav. ποῖός τις. πυὸς agnoscit Eustathius p. 1626, 5. ed. Rom. Sed Etymol. M. c. 697, 2. πῖος· (πῦον Etymol. Gudian. c. 487, 55.) τὸ σεσηπὸς αἷμα καὶ μεταβεβλημένον· παρὰ τὸ πύθω τὸ σήπω· καὶ τὸ γάλα ὁμοίως. οὕτως Ἀριστοφάνης, Πῦος ἡμῖν ἔνδον. Dind.

1118. κακυδ. pro καὶ ἐκυδοιδόπα. Est autem κυδοιδοπᾶν *turbare* et *omnia miscere:* ταράττειν et κυκᾶν interpretantur Hesych. et Suid. Nam inde origo: vel potius a κυδοιμὸς et δοῦπος. In Nubb. 616. dixit ἄνω κάτω κυδοιδοπᾷς. Fl. Chr. Cod. Rav. καὶ κυδοιδόπα. Dind.

1120. μυῤῥίνας. Nam pueri in conviviis somto laureo aut myrteo ramo cantabant. Auctor Suid. Fl. Chr. τ' accessit ex Cod. Rav. et Venet.—Elmsleius ad Acharn. p. 83. ed. Lips. μυῤῥίνας αἴτησον οὖν ἐξ Αἰσχινάδου τῶν καρπίμων. Dind.

1121. τῆς αὐτῆς ὁδοῦ. Nicostratus Comicus ap. Athen. xiii. p. 587. ἔπειτα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς Ἀερόπην ἐλθοῦσα πέμψαι στρώματ' αὐτὴν κέλευε. Berg. Χαρινάδην. Charinades iste tardus erat et νωθὴς, unde proverbium, κρεῖττόν σου Χαρινάδης βαδίζειν de iis, qui gradum habent testudineum, non grallatorium, qualis Callipides apud Tranquillum. Fl. Chr. Hoc nomen proprium occurrit et in Vesp. 232. Berg.

1124. Ald. τ' ἀρόματα: vid. Suid. in Ἄρομα et Ἄρωμα. Bent. Versiculus hic est et esse debet dimeter trochaicus catalecticus, ut et ultimus alterius epirrhematis, quicum hunc congruere necesse est. Kusterus istud si animadvertisset, nunquam venisset illi in mentem, depravatam esse lectionem scribendumque τἀρόματα. Vide, si tanti est, illius indicem in ἀρώματα. Brunck. Versui 1093. vulgo præfixum fuit Ὠιδὴ καὶ στροφὴ κώλων ιγ', versui 1106. Ἐπίῤῥημα στίχων ις' καὶ κώλων γ', versui 1125. Ἀντῳδὴ καὶ Ἀντιστροφὴ κώλων ιγ', versui 1138. Ἀντεπίῤῥημα στίχων ις' καὶ κώλων γ'. Dind. τἀρόματα Junt. i. De utraque forma, ἄρομα et ἄρωμα, vide Lobeck. ad Phrynich. p. 227. Errat Valckenar. in schol. in N. T. t. i. p. 237. Id.

1125. s. ἡνίκα κ. τ. λ. In Avv. 1095. ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς [ὀξὺ μέλος] ἀχέτας θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς [μεσημερινοῖς ἡλιομανὴς] βοᾷ. Est autem ἀχέτας pro ἠχέτης. Hesiodus

ἠμὸς τε σκολυμὸς τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ Δένδρεῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν. Berg. *ἡνίκ' ἂν δ' ἀχέτας* Hermannus Elem. doctr. metr. p. 204. Cod. Rav. et Venet. *ἡνίκα δ' ἂν ἀχέτας*. Reliqui libri *ἡνίκ' ἂν ἀχέτας*. Vide ad 1189. Dind.

1129. ss. Hæc ita disponit Herm. de metr. p. 361. *εἰ πεπαινουσιν η- | δη· το γαρ φιτυ πρῳ- | ὀν φυει· του τε φη- | ληχ' ὀρων οιδανον- | τ'· ειθ' ὀποταν η πεπων | ἐσθιω καπεχω*. *τὸ γὰρ* quod vulg. sequentem versum incipit ad hunc retraxit Inv. auctoritate cod. sui, similiter ut in strophico 1097. Dind.

1130. *φίτυ* vel *φίτυμα* est *γέννημα* et *σπέρμα*. Eupolis Autolyco: *ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φίτυμα τῶν βοῶν*. Sic enim corrigo et trimetrum facio. *πρῷον* autem dixit, quod alii *πρώϊμον*. Sunt enim quædam vites, quæ prægerminant, de quibus Theophrastus l. v. de causis. Proinde in genere ficuum *Prodromi*. Fl. Chr. Æschylus in Eumen. 914. *στέργω γὰρ ἀνδρὸς φίτυ ποιμένος δίκην*. Idem Prom. 233. *ἀϊστώσας γένος τὸ πᾶν ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον·* et alibi apud eumdem. Ex Schol. ad Sophocl. Aj. 1305. *φιτύειν τὸ σπείρειν, ποιητικῶς· ὃ παράγεται ἀπὸ τοῦ φίτυς, ὁ πατήρ*. Docet etiam ibi iota esse locum. Berg. Scholiastes legisse videtur *πρῴμον*, quod extat Vesp. 264. *τῶν καρπίμων ἄττα μή 'στι πρῴμα*. Istud *πρῷον* pro scripturæ compendio accepit librarius cod. A. pleneque scripsit *πατρῷον*. Brunck. Præstat *πρῷον*. Phrynichus in Bekkeri Anecdot. i. p. 61, 17. *πρῷον*: *τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν πρώϊμον*. Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 52. et commentar. in Vespas p. 356.—*φύσει* pro *φύει* Cod. Rav. Dind. *πρῷον φύσει* Suid. Ms. *φίτυ*. ubi Eupol. *καινόν*. Ed. Med. *πρῶτον φύσει*. Pors.

1131. *φήληξ* ficus est immatura, sed quæ speciem præ se fert maturitatis. Est est *ὄλυνθος πάρωρος*, i. grossus immaturus, quanquam differre ait *ὄλυνθον* et *πάρωρον* Theophrastus. Julius Cæsar Scaliger (heros et princeps nunquam sine honoris præfatione nominandus) mavult ap. Theophr. legere *πρόωροι*, differreque vult a *prodromis*, quod hi maturitatem consequantur, at non grossi *πάρωροι*. Ab ea cruda ficu, quæ *φήληξ*, dictus impostor et deceptor etiam *φήληξ* et *φῆλος*, fortassis a *σφάλλω*, *ἔσφηλα*, unde *fallo*, sibilo exempto. Menander in Piscatoribus: *Δύ' οἰκίας φηλοῦν γερόντων ὡς λέγεις ἀβελτέρων·* i. 'duas domos decipere stultiorum ut autumas senum.' Sic enim supplendus versus ex Suid., apud quem *φηλοῦν* habes [pro *φηλῶν* Schol. Arist.], i. *ἀπατᾷν* et melius. Nam quomodo senes illi esse possent *φηλοὶ* et *ἀβέλτεροι*? Corrigendus tamen Suid. v. *φιλήκεσσα*. *Ἄγρια σῦκα*, inquit, *τῇ δήξει πέπειρα*. Lego *φήληκες, τὰ ἄγρια σῦκα*: deinde legendum *τῇ δείξει*, non *δήξει*. Habent enim *ὄψιν πεπάνσεως*, speciem, ut diximus, maturitatis. Fl. Chr. Lege *οἰδάνοντ'*. Bent. Ad Phœn. 1396. Opusc. p. xcii. Pors.

1133. *κἀπέχω* pro *καὶ ἐπέχω*, quod Schol. exponit *τῷ στόματι προσάγω*, *ori admoveo*, citatque locum Homeri: *ὄφρ' ἂν ἄσαιμι προταμὼν καὶ οἶνον ἐπισχών*. Berg.

1136. *κυκῶμαι*, id est, *cyceona haurio*. Prius dixit pulegii potione uti se in remedium fructuum esitatorum; nunc thymo utitur. Fructibus autem et pomis esitatis qui potionem illam hauserunt tantum abest ut lædantur, ut potius inde pinguescant. Fl. Chr.

1137. Sententia cum hoc versu non absolvitur: quod sequitur *μᾶλλον* refertur ad v. 1128. *ἥδομαι διασκοπῶν τὰς ἀμπέλους μᾶλλον, ἢ προσβλέπων ταξίαρχον*. Perperam hujus versus in fine punctum vulgo positum; sed, quod longe ineptius est, titulus cubitum longis litteris excusus sententiam intersecat ejusque nexum lectorem non sinit animadvertere. Brunck. *τοῦ θέρους*. Nam æstivo tempore, dum messis est, feriantur coloni et vinitores et jubent, ut ait Hesiodus *Ἔργ*. 608., etiam famulos *ἀναψύξαι φίλα γούνατα καὶ βόε λῦσαι*. Fl. Chr.

1138. Contra dicit se timore et adspectu belli macrescere. Tribunum militum sunt qui *ταξίαρχον* interpretentur: vetus Glossarium *Evocatum*. Fl. Chr.

1139. *τρεῖς λόφους*. In Acharn. 964. *πάλλει κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους*. Berg. *φοινικίδα*. *Vel galea* est, puniceo colore ornata, vel de *coccineis sagis* intelligit. Nam russati olim præliabantur propter vulnera et cruoris aspersiones, ut falleret ipsos hostes sanguinis concolor vestis. Sane testatur Aristoteles in Lacedæmoniorum Πολιτείᾳ (ut citatur a veteribus grammaticis) eos *φοινικίδι* uti solitos in præliis, tum quia color ille virum decet, tum ut condiscerent ex colore cruento sanguinis fusionem parvi facere. Hodie colorem illum sibi sequestrarunt ecclesiæ Romanæ proceres, quos cardinales vocant et ritus hujus originem [repetunt] ab antiqua ecclesia militante, quæ fortes et viros et *ἀριστεύοντας* eos olim habebat et intrepidos matris ecclesiæ propugnatores; ad hoc enim ille color vel a Lacedæmoniis ipsis arcessitus. Videtur autem Græcorum *ἐφεστρὶς* fuisse hæc *φοινικὶς*, quam Latini *trabeam Trossulam* dixerunt, cocco purpuraque prætextam, quæque *auguralis*

dicta, et qualis sagus Punicus, quod non nescire se maximi patris maximus filius satis ostendit ad Festum; Josephus, inquam, Scaliger. Sane χιτὼν κόκκινος vel φοινικοῦς vexillum olim fuit in tabernaculo ducis positum (utrumque sic vocat Plutarchus), id est, ut ait Isidorus, tunica coccinea vel phœnicea, quæ postea *russata* dicta, quaque usi Romani milites dicti *Russati*. Ea solebat, ut ait idem grammaticus in *ante principia*, poni ad futuræ pugnæ indicium et inlicium. Quo Isidori loco *principia* accipio pro prætorio; nam et *principium* pro magistratu dicitur a vet. glossario. Fl. Chr. φοιν. ὀξεῖαν πάνυ Bergierus vertit, *rubram galeam acutam admodum*. Quam concinnum sit hoc et elegans, viderit Burmannus. Ego absurdum esse aio: φοινικὶς nunquam *galeam* significavit. V. Plut. 731. 735. ubi Pluti caput galea non erat involutum. Neque Periclides Lacon, quum ad aram sederet ὠχρὸς ἐν φοινικίδι Lys. 1140. galeam habebat in capite: φοινικὶς hic ut in Lys. loco, militare sagum s. chlamydem significat, quæ plerumque apud alias gentes, apud Lacedæmonios semper, punicea erat. ὀξεῖαν autem neutiquam significat *acutam*. Ad colorem refertur, vividumque, saturum, et intentiorem notat. V. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. p. 398. Brunck.

1140. βάμμα Σαρδιανικόν. Sardoæ tincturæ magna fuit commendatio. Nam eximiæ illic purpuræ. Antea in Acharn. 112. dixit ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν, i. μή σε πληγέντα φοινίξω, ne tibi plagas cruentas et prægnantes infligam. Quod autem ait Κυζικηνὸν βάμμα, tangit salce ducem, puta Cleonymum, quem ὀξυκέφαλον notat, cum ait ὀξεῖαν φοινικίδα, deinde objicit illi κιναιδείαν. Erant autem Cyziceni infames illa libidine et volsura, et, ut ait Hesychius, διὰ τὸ Ἴωνες εἶναι, ἐκωμῳδοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. Fl. Chr. Plato Comicus ap. Athen. ii. c. 9. κἀν φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι [Σαρδιαναῖ : Schw.] κοσμησάμενοι κατάκεινται, ubi v. Casaub. Berg. Ad hæc verba Chr. Fl. hæc animadvertit Palmer. Exercc. p. 749. "Subtiliter certe, ne dicam evanide: nam per ὀξεῖαν φοινικίδα nihil aliud intelligit Comicus, quam tunicam vel chlamydem acutissimi coloris (nam quod Schol. interpretatur περικεφαλαίαν, non ego credulus illi; alibi enim non invenitur) et βάμμα Κυζικηνὸν intelligit purpuram dilutam et ad pallorem inclinantem: pallor enim est pavoris indicium. Ducem igitur illum ut meticulosum arguit, qui cum opus erat pugnare, pallidus ob timorem fiebat." Dind. Cod. Rav. Σαρδανιακόν. Id.

1141. μάχεσθαι 'χοντα. Sic melius scribitur, quam, ut vulgo, μάχεσθ' ἔχοντα. Brunck. Dind. Cod. Venet. auctoritate legit, ἥν δέῃ δέ που. F.

1142. An legendum φυζακηνικὸν a φυζακινὸς, δειλός? Alludit ad Κυζικηνικόν: sic ἴκτερον, pro ἴκτερον, ἀσκητικὸν, pro ἀσκιτικὸν, atque alia alibi. Bent. βάμμα χεζιτηνικόν. Vulgo Κυζικηνικὸν, frigide et inepte. Perierat facetus jocus, quem ingeniose restituit acutus Britannus, Jer. Markland. ad Eur. Suppl. 1181. Probe jam intelligitur quam ridiculus sit Berglerus cum sua *galea*, quam hic etiam ingeminat. Si cui forte e subito metu profluat alvus, fœda tinctura infici possit ejus chlamys, non vero galea. At superest in hoc versu menda. Legendum αὐτὴ βέβαπται, scil. ἡ φοινικὶς, quam prius dicebat ille εἶναι βάμμα Σαρδιανικὸν, et postquam conspecto hoste pugnare oportet, αὐτὴ βέβαπται βάμμα χεζιτηνικόν. Sic totus locus verti debuit: odiosum centurionem tres cristas habentem puniceamque chlamydem coloris intensissimi, quam ille tincturæ esse ait *Sardianicæ*; sin forte pugnandum sit ei ista amicto chlamyde, tunc illa tingitur tinctura *merdianica*. Brunck. κυζικηνικόν. χεζικηνικὸν Markland. ad Eurip. Suppl. 1181. Pors. κυζικηνὸν Cod. Rav., Hesychius, Etymol. M., Suidas. Κυζικηνικὸν recte edd. ante Brunckium et Cod. Venet. Vid. Schæfer. ad Bosii Ellipses, p. 143. Dind.

1143. ξουθὸς ἱππαλεκτρυών. In Ran. 957. Berg. Sic ap. Theocr. in Dioscuris ἀλεκτρυόνες vocantur ὄρνιθες φοινικόλοφοι. Æschylus in Myrmidonibus Hippalectryonis meminit rubras alas habentis, ad quem alludit. Tamen Hesych. exponit μέγαν ἀλεκτρυόνα, qua ratione τὸ ἵππου in compositione *magnum* significat. Sic antea ἱπποκάνθαρον dicit, i. e. magnum et Ætnæum, quamvis pro equo fuerit: vel intelligendum de pictura peristromatum veterum, ubi grypes et vultures, ut ait idem Hesychius; vel hoc ait propter τρυφάλειαν ἱππόκομον equina seta ornatam. Corrige et distingue ap. Hesych. Ἱππόκομον τρυφάλειαν ἐξ ἱππείων τριχῶν τὸν λόφον ἔχουσαν. Male enim vulgo λόγον. Fl. Chr.

1144. τοὺς λόφους σείων. Æsch. in Sept. Theb. 390. τρεῖς κατασκίους λόφους σείει κράνους χαίτωμα, *tres umbrosas cristas quatit, quæ sunt cassidis capillitium*. Berg. λινοπτώμενος. Qui retia servant, ut ait Maro, λινόπται dicuntur Aristoteli, ut qui tendunt, παλευταί. Nam *videre* antiquis est *servare*: *tueri* utrumque significat. Sic in epigramm. θῖνας ἐπιβλέ-

ττειν, i. φυλάττειν. Hinc *episcopi* nomen. Sic et *οἰνόπται* dicuntur vinearum custodes. In illa Nova vetere Quercoli comœdia retia obsidere dicitur. *Retia vosmet obsidete, dum percurro cubilia;* ubi notanda vis præposit. *ob*, quæ est pro circum, ut *obstetrix*, etsi alii pro *adstetrix*. Sic Horatius usus præpositione *post*: 'Post equitem sedet atra cura,' i. e. circa equitem. Et sic dixerat Theocritus *ἐφιστάμεναι* [s. *ἐπιστάμεναι*] *μελεδῶναι* in Piscatoribus. Fl. Chr.

1145. Legebatur ἡνίκα δ' ἄν. Recte Cod. Rav. et Venet. ἡνίκ' ἂν δ'. Vid. Erfurdt. ad Sophoclis Œdip. Tyr. p. 106. ed. minor., Seidler. ad Euripidis Iphig. Taur. p. 169., Elmslei. ad Medeam p. 112. In Alexidis versu apud Athenæum t. ii. p. 375. scribendum esse ὃν ἂν δ' ἴδῃ — non vidit Schweighæuserus, quamvis paullo post p. 376. sequatur ὃς ἂν δὲ μὴ πείθηται. Dind.

1146. ἐγγράφοντες — ἐξαλείφοντες. Scriptus miles et dilectus Livio lib. vii. 41. 4. cum legis sacratæ militaris meminit, quæ lata fuit C. Marcio et Q. Servilio Coss. et sic concepta est: 'ne cujus militis scripti nomen nisi ipso volente deleretur.' Delere autem militem ex catalogo armatorum officium erat Taxiarchi, quem facio tribunum militum. Nam deni ταξίαρχοι ex tribubus singulis fuerunt. Fl. Chr. Hanc rem tangit etiam in Eqq. 862. et 1366. Berg.

1147. αὔριον δ' Cod. Rav. et Venet. αὔριόν γ' Brunck. tacite. Dind.

1148. σιτί', viaticum. ᾔδειν. Scholia: Attice pro ᾔδει ut illud: ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσῄειν, nempe in Plut. 696. Berg. ᾔδην Elmsl. ad Acharn. p. 37. ed. Lips. Dind.

1149. Duodecim statuæ erant, quibus militum nomina scribebantur. Pandionis statua una erat ex illis 12. et fortassis scriptus ille erat ex Pandionide tribu, ex qua fuit etiam Aristophanes. Fl. Chr. Scholia: *una est ex* XII. *columnis, in quibus militum nomina scribebantur et edicta. Vidit igitur, inquit, suum ipsius nomen inscriptum columnæ Pandionis.* Istæ columnæ dicebantur ἀνδριάντες τῶν ἐπωνύμων, et aliquando simpliciter οἱ ἐπώνυμοι. Berg.

1150. Ἔθει τὸ κακόν. Delerem τὸ et κακὸν libenter legerem. Est autem ὀπὸς arborum lacryma et lactis stilla, vel πιτύα. Hic sudorem illum intellige, qui in statuis ligneis visitur ex austrina tempestate ortus; imo in æreis et marmoreis templorum signis pendentes guttæ sudantium præbent speciem, quoties aër tepidus illis adhærescens et nactus superficiei frigus aliquod cogitur velut in lacrymas. Corrigendus interea apud Hesychium locus ubi ait, Λάγανον, ὀδὸς δριμύς: lego, λασάριον, ὀπὸς δριμύς. Fl. Chr. Lege ἐθελοκακεῖ βλέπων. Bent. Vel nominativus est [τὸ κακὸν] hoc sensu, *currit perditus;* licet enim ita dicere per appositionem: ἐκεῖνος τὸ κακόν, ut Lys. 818. παρακύψασαν ἰδεῖν τὸ κακόν; vel accusativus constructus cum βλέπων, ut βλέπειν τὸ κακὸν dicatur, quemadmodum βλέπειν τὸ δεινὸν Ran. 594. ὀπόν· Scholia δριμύτητα καὶ πικρότητα. Dicitur autem ut βλέπειν κάρδαμα Vesp. 453. Berg. ἔθει κακὸν βλ. ὀπόν. Sic optime A. Vulgo solœce et repugnante metro τὸ κακόν. Est autem κακὸν ὀπὸν βλέπειν idem quod βλέπειν νάπυ, βλέπειν κάρδαμα, aliaque hujus generis apud Comicum frequentia. V. ad Acharn. 254. Brunck. Multa dixit Flor. Christianus ad h. l., sed scopum non attigit. Bisetus vero ad verum sensum nobis præluxit, dum κακὸν ὀπόν, δριμύτητα καὶ πικρότητα, i. *malum succum, asperitatem et amaritudinem* interpretatur. Ergo κακὸν ὀπὸν βλέπων nihil aliud est, quam βλέπων δριμύ. Sic in Ran. 562. ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ, *inspexit in me aspere.* Et in Concion. 291. βλέπειν ὑπότριμμα, et alibi βλέπειν ὀρίγανον et βλέπειν κάρδαμα. Palmer. εἶδεν αὐτόν, κἀτοροῦν ἔθει τὸ κακὸν βλέπων ὀπόν. Dele τὸ ob metrum. Sic Brunck. e Ms. Sed egregie Rav. κἄπειτ' ἐσῶν θεῖ τῷ κακῷ βλέπων ὀπόν. Pors.

1152. ψυδάσπιδες. παρ' ὑπόνοιαν pro ἐχθροί. Berg. κἀνδράσι. Dind.

1153. Etiam εὔθυναι sunt δίκαι et τιμωρίαι, unde ἀπευθύνειν est κολάζειν et pœnas reposcere. Sic Euripides Bacchis. Fl. Chr. Lesbonax Pretreptico ὑμεῖς, ἐὰν θεὸς θέλῃ, δίκην αὐτοῖς ἐπιθήσετε. Eurip. Med. 803. ὃς ἡμῖν σὺν θεῷ τίσει δίκην. Idem Troad. 867. κεῖνος μὲν οὖν δέδωκε σὺν θεοῖς δίκην. Berg. ὧν ἐντεῦθεν εὐθύνας Cod. Rav. Dind.

1154. Cod. Venet. πολλὰ γὰρ δή μ' ἠδ.. Cod. Rav. πολλὰ μὲν γάρ μ' ἠδ. Dind.

1155. Proverbialis est senarius: οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες. Sic enim lego, non δὲ Λάκωνες. Hoc vero dictum de Lacedæmoniis, si Æliano credimus, auctorem habet Lamiam, scortum Atheniense, quæ Lysandro severe et frugaliter ex Lycurgi legibus antea viventi, postea in Ionia molliter et delicate se habenti, hoc objecit. Fl. Chr. Scholia: *proverbium de illis Laconibus*, qui in Asia rem *infeliciter gesserunt: domi leones, in Epheso Lacones.* Alciphron. lib. ii. ep. 1. quæ est Lamiæ meretricis ad Demetrium: καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες, ubi videri possunt quæ notavi. Berg.

1157. Ἰοὺ, ἰοὺ, ἴυγγα τι χρ. Nubb. v. 1. Berg.

1158. ταυτηΐ. Parepigraphe est ad hunc versum: περικεφαλαίαν δίδωσιν, ἵνα τοῖς λόφοις ἀπομάττῃ τὴν τράπεζαν. Brunck. Dat ei galeam. V. infra 1184. Berg.

1160. Inter placentarum genera recensentur *Amyli* ab Athen. l. iv. dicti fortassis, quia sine molæ opera facti. Galenus neutro genere extulit τὸ ἄμυλον, cujus vires et qualitates (si tamen qualitatem habet quod est ἄποιον) describit in lib. i. de Alim. ubi pro ἀποίους οὔσας legerem οὐσίας cum bona medicorum venia, qui si Scaligerum filium ab Hippocrate emendando arcent, multo magis me a Galeno. Et tamen sumus ἰατρῶν παῖδες, non βυρσοδεψῶν. *Collabi* autem pastilli sunt e majoribus formati in quadrangulum, qua ratione vocati κόλλικες ἄρτοι. Eos ex novo frumento fieri solitos testatur apud Athenæum Philyllius in Auge (lego illic Αὐγῇ non αὐτῇ) his versibus: Πυρῶν ἐγκένους τριμήνων, γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς. Nam calidos esitabant, vel, ut ait Aristophanes in Ταγηνισταῖς dramate, χλιαρούς. Dicti autem *collabi*, quia facti instar citharæ clavorum, circa quos tenduntur nervi; qui clavi collabi etiam dicti et κόλλοπες. Nam bovis spinæ pars κόλλα dicta vel κόλλοψ. Unde κολλᾷν, ita jungere ut ægre divellas: et inde exoleti olim vocati κόλλοπες, quia jam induruerint et in illa κόλλῃ occalluerint. Apud Plautum Trinummo legitur, 'ne bubuli cottabi in te crepent:' ubi reponit Alciatus *collabi*, et pro nervis accipit, quibus obnoxium servile tergus. Cæterum quod collabis junxit lepores, sic Teleclides Στεῤῥοῖς eosdem jungit amylis isto versu: χαίρω λαγῴοις ἐπ' ἀμύλῳ καθημένοις, i. e. jacens in amylis oppido juvat lepus. Fl. Chr.

1161. ἐπισφόρει τοὺς ἀμύλους Cod. Rav. τοὺς ἀμύλους etiam Cod. Venet. Quare mutavi vulgatam scripturam τὰς ἀμύλους. Vid. Theocrit. ix. 21. et Etymol. M. c. 87, 43. Dind.

1162. Venit δρεπανουργὸς, falcium faber. Supra 540. ὁ δὲ δρεπανουργὸς οὐχ ὁρᾷς ὡς ἥδεται. Berg. ἀναβάττω. Lego ἀναβράττω, id est, verso turdos, ut coquantur: qua voce usus est in Acharn. 1005. et in Ran. 553. dixit κρέα ἀναβραστὰ, i. coctas carnes. βράσσειν proprie est κινεῖν et σείειν, vel potius καγχλάζειν μετὰ κινήματος. Unde dicta βραχέα vada in mari, quæ male *Brevia* vulgo vocant, et potius *Fremia* dicerem cum principe Criticο [Scaligero]. Et ἀποβράσματα dicta purgamenta frugum per cribrum vel ramenta et furfures farinæ per linum colatæ. Dixit enim Callimachus Fragm. 282. οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς. Hinc mens infirma neque consistens dicta βράσσων νόος. Sed βράσσον exponitur etiam βραδύτερον. Et grammatici τὸ βράσσειν vel βράττειν dicunt non solum esse ζέειν, sed et ἀναβάλλειν, ut Hesychium corrigendum existimem v. βράττειν. Nam sit esse πληθύνειν et βαρύνειν puto ὀηθύνειν, βραδύνειν, nisi me fallit mea conjectura, quod sæpe nimis accidere potest. Nam arsura et coctura illa fit ἀμβολάδις, vel (ut Latinus poëta) *in numerum*. Nos idiomate Gallico hoc verbi usurpamus, cum vulgo dicimus *brasser quelque chose;* quod ad brachia referendum non puto, idque verbi in cerevisiæ confectione proprie usurpatur: nam ea fit versando et motando quasi in trua; ut ab hac origine Elei τορύνην, quæ *trua* est, vocare soliti sint βράττάναν, teste Hesychio. Cæterum κιχλῶν, vel Syracusana lingua κιχηλῶν, tria genera facit Aristoteles: ἰξοφάγους quæ picis similes, τριχάδας quæ merulis, et ἰλλάδες vel τυλάδες, quæ sunt συναγελαστικαί, ut ait Alexander Myndius et nidificant instar hirundinum. Galli plures species agnoscunt: *Grive, Rasle, Mauvis.* Miror, cum lingua Gallo-Francorum sit Romanensis, *turdi* nomen, quod genus est, non agnosci nisi apud Vascones Aquitanos, qui *Tourd* vocant. Sed profecto regio illa, Aquitaniæ pars, (quod pauci Francorum aut norunt aut fatentur,) integriore utitur Romanensi lingua quam nos. Cæterum Epicharmus vocat κίχλας ἐλαιοφυλλοφάγους, quia, ut lentisci et myrti, sic olearum baccis, crebro et libenter victitant. Homerum autem ferunt Epyllion scripsisse titulo Ἐπικιχλίδων, quia a pueris donatus fuit turdis, cum illud ἐπύλλιον cecinisset. Fl. Chr.

1164. Lege ὅσ': vid. Eq. 97. Bent. ὅσ', *quanta*. Vulgo ὃς, *qui*. Brunck. Mallem ὅσ' ἡμῖν pro ὅσα, ut sit, *quanta bona in nos contulisti*. Berg. Ita etiam scripsit Porson. Advers. p. 225. qui formulam illustrat. ἡμᾶς autem non est sollicitandum. Dind. ὅσ' Florens, ut e versione liquet; et 1216. ὡς. Dobr.

1167. Vulgo legitur claudicante versu, νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ. Nullibi præterquam hoc in versu et in Plut. 1019. occurrit ap. Comicum nomen δραχμὴ, priori longa. Manifestum est, librariorum culpa syllabam excidisse. Dawesius Misc. Crit. p. 203. conjecerat: νυνὶ δὲ πεντ. δραχμῶν ἐγὼ 'μπολῶ. Probabilius mihi videtur id, quod reposui: νυνὶ δὲ πεντ. δρ. αὔτ' ἐμπ. αὐτά, i. e. τὰ δρέπανα. *Personne n' auroit voulu d' une faux pour un morceau de pain et maintenant je*

les vends un louis. Brunck. V. Elmsl. ad Euripidis Medeam p. 105. qui olim (ad Acharnens. p. 73. ed. Lips.) conjecerat νυνὶ δ' ἐγὼ μὲν πεντέδραχμα ταῦτ' ἐμπολῶ. Reisig. corrigebat νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν πάντ' ἐμπολῶ, quod postea ipse rejecit in diariis Jenensibus a. 1817. fol. 224. c. 404. Dind.

1168. οἷδὶ aut ὅδὶ ad cadorum fabricatores pertinet, qui una cum aliis advenerant, quamquam non diserte nominati. οἱδὶ Cod. Rav. ἐς Cod. Venet. Dind.

1170. In A. sic scriptus et distinctus hic versus: καὶ τῶνδ' ὅ τι βούλει προῖκα. καὶ ταυτὶ δέχου. Eadem est in B scriptura, sed sine interpunctione. Perperam vulgo, καὶ τῶνδ' ὅ τι βούλει. προῖκα γὰρ ταυτὶ δ. In Aldina punctum non ante, sed post προῖκα positum, unde proclive erat colligere, γὰρ male scriptum fuisse pro καί. Brunck. τῶνδ' ὅ τι β. Cados intelligit; nam aderat καδοποιός· neque male forsitan legatur, κάδων δ' ὅ τι etc. Advertenda autem dramatis œconomia ex h. l. et iis quæ sequuntur. Nam ut populi animum, quo cupit, deducat, inducit coram et belli et pacis operas et artifices. Similem dramatis καταστολὴν exhibet in Acharnn. Nam et illic pacis conciliatori dona dari jubet ab omnibus Græcis, at non Lamacho bellum suadenti. Fl. Chr. Fl. Ch. κάδων τ'. Bent.

1171. ἀφ' ὧν γὰρ—Sic bene uterque cod. Perperam vulgo γ' ἄρ'. Brunck. ἀπεδόμεθα. Ex lucro, inquit, nostro et rebus venditis dona tibi ferimus et gratum animum exhibemus. ἀπόδοσις est venditio h. l. et alibi sæpe. Emendandus Hesychius: ἀπέδοντο, ἀπώλοντο. lege ἐπωλοῦντο. Nam ἀποδόσθαι est πιπράσαι et πωλῆσαι. Fl. Chr. Lege ἀπεδόμεσθα. Bent. Omnes edd. ἀπεδόμεθα, contra metrum. Berg. Qui ἀπεδόμεσθα dedit. Ad hæc Dawesius M. Cr. p. 242. "Qui versui unice consulet, ei ἀπεδόμεσθα placebit; qui vero versui et orationi, is non nisi ἀπεδιδόμεθα comprobabit: hoc enim postulat, quod sequitur, ἐκερδαίνομεν." Tacite Br. ἀπεδόμεσθα recepit. Dind. γὰρ etiam Dawes. ut videtur. Pors. κἀκερδάνομεν Cod. Rav. apud Bekkerum et Venet. Dind.

1172. ἐς Cod. Venet. Dind. εἰς legit Dind. F.

1175. ὅπλων κάπηλος. Sic καπηλεύειν μάχην Æschylus dixit, et Ennius *caupo-nare bellum*. Fl. Chr.

1176. Λοφοποιὸς, cristarum artifex. V. supra 543.—προθέλυμνον μ' ἀπώλεσας. In Eqq. 524. ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους. Idem est πρόῤῥιζος Ran. 595. πρόῤῥιζος — κάκιστ' ἀπολοίμην. Berg.

penultimo pede, qui pyrrhichius est; nam in Φιλοκλέους secunda produci non potest. V. not. ad Thesm. 169. Fluctuat etiam in codd. lectio. In membr. scriptum, οὗτος μέν ἐστι Φ. Allusio est ad Philoclis tragici poëtæ drama *Tereum*, cui ænigmatice subjicit Comicus, quod Sophoclis ejusdem argumenti drama in alium habitum inverterit. Nam Tereus in hac comœdia eodem exhibebatur ornatu, quo in Sophoclis tragœdia, ut supra monui. Ideo avem, quum Pisthetærus percontabatur, quænam illa foret, dicit Comicus Tereus, *Epopem esse filium Philoclis, Epopis nepotem, se vero postremi hujus Epopis* (cujus non nominatur pater) *avum esse, eadem nominum successione, qua in Calliæ prosapia alternis sibi succedebant Hipponici et Calliæ*. V. Periz. ad Æl. V. H. xiv. 16. Quia vero altera illa avis, epopi forma similis, fœda adspectu erat, ideo salse Comicus Epopem illum Philoclis filium esse fingit. Nam Philocles visu fœdus erat, sive quia προκέφαλος erat, sive ob quodvis aliud corporis vitium: utique fœdum eum fuisse constat e Comici versu Thesm. 168. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ. Brunck. Schol. duo fuisse tragicos Philoclis nomine tradit (v. Fabric. B. Gr. ii. p. 314. Harl.), perperam autem Comicus quoque Philocles commemoratur (v. Kuster. ad Suid. iii. 604. Harl. ad Fabric. ii. 482). Aristoph. autem hæc potissimum scripsit, ut Calliam notandi esset opportunitas. Brunck. edidit: ἀλλὰ χ' οὗτος ἕτερος; 'Επ. ἀλλ' ἐστὶν μὲν οὗτος Φιλοκλέους. Sed Inv. e Rav. cod. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔστιν Φ. quod cum membr. convenire videtur. Reisk. conjecit, οὗτος ἐστὶν Ἔποψ Φιλοκλέους, quo nihil ad metrum lucramur, sensus impeditior fit. Dind. (omisso ἀλλ') οὗτος ἔστι μὲν Φ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. Id.

282. τούτου πάππος. Subaudi τοῦ Ἔποπος, quasi dicat, *ego autem sum Sophoclis Epops, qui ante Philoclem scripsit Tereum*. Hæc præeuntibus Scholiis. Berg. Nempe filiis sæpe avorum nomina imponebantur. V. Fabric. Bibl. Antiq. p. 725. et Sturz. Prol. quarta de Nomin. Græc. (1802.) p. 11. Dind. Versus 282. in fine columnæ ponendus excidit in Junt. I. λέγεις Bloc. Id.

283. Ἱππόνικος—Accusat Scholiastes Comicum nostrum falsi eo, quod primus Callias fuit Phænippi filius; sed non ideo mendax Aristophanes. Nam ab illo primo Callia alternatim Hipponici et Calliæ sibi invicem successerunt plures. Sic enim procedit eorum stemma, quod evidentiæ gratia hic apposui: Φαίνιππος Καλλίας Herodot. I. vi. [121. s.] δᾳδοῦχος et λακκόπλουτος dictus, Pisistrati hostis, de quo Plutarchus Aristide c. 5. Demosthenis Scholiastes p. 393. Victor equo celere Olymp. liv.—Ἱππόνικος, dictus Ἄμμων. (Athenæus l. xii. Casaub.) ditissimus Atheniensium. Plutarch. de Malign. Herod.—Καλλίας, dictus etiam Λακκόπλουτος, ob suum avum ita vocatum. Plutarch. in Aristide. Legatus Atheniensium ad Artaxerxem. Herodot. lib. vii. Reversus, ab Atheniensibus talentis L. mulctatus ob suspicionem acceptæ a rege pecuniæ. Demosth. Περὶ Παραπρεσβ.—Hipponicus, dux copiarum contra Bœotos. Diod. S. L. xii. [c. 65.] Athen. l. v. cui Alcibiades colaphum inflixit. Plut. in Alcib. c. 8. Occubuit in pugna ad Delium. Andocid. in or. contra Alcib. Cujus viduam Calliæ matrem duxit Pericles. Plutarch. in Per. c. 24.—Καλλίας dictus etiam δᾳδοῦχος, ut ejus abavus. Xenoph. Hell. vi. 3, 3. Legatus missus Spartam ad pacem procurandam. De eo Lysias or. de Aristoph. bonis. Quem ut mulierosum insectatur Aristophanes in Ranis; et ut helluonem in Concionn. De cujus vita et matrimoniis Andocides in or. de Mysteriis. Forte et de ejus morte Ælian. V. H. iv. 23.—Ἱππόνικος, qui filiam Alcibiadis illius ducis celeberrimi duxerat uxorem et eam ob incesti suspicionem cum fratre Alcibiade juniore dimisit. Lysias in or. contra Alcib. Ex his patet, quam bene et apposite dixerit Aristoph. Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας. Palmer. Præter Palmerium vide etiam de loco hoc Comici Perizon. ad Æl. V. H. xiv. 16. Kust.

284. Facete in his versibus perstringitur Callias, qui paternas maximas opes dilapidaverat. Brunck. ἆρ' cum signo interr. post ἐστὶν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Bloc. etc. Dind.

285. Epopis nomen præf. in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. Dind. Epopis nomen præf. Dind. F.

286. αἵ τε θήλειαι—. Nempe quia Callias Hipponici f. opes paternas impendit scortis, ut docet Schol. ad h. l. et Ran. 432. item ad Eccl. 805. propterea, inquam, Callias iste est ὄρνις, ὃς πτερορρυεῖ. Similiter Anaxandrides Comicus ap. Athen. iv. p. 166. Ὄρνις κεκλήσῃ (φησι)· διὰ τί, πρὸς τῆς Ἑστίας; Πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, Ὥσπερ Πολύευκτος ὁ καλός; οὐ δῆτ' ἀλλ' ὅτι Ἄῤῥην ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης. Berg. Notatus est Callias ob hanc opum profusionem etiam ab Eupolide ap. Schol. h. l. γενναῖος est *nobilis* atque *dives*. Cf.

Ruhnken. ad Tim. p. 67. Dind.

287. Dele ὡς. Bent. ὡς ἕτερος αὖτις. Dele ὡς vel τις. Pro αὖτις ed. Kuster. αὖθις. sed αὖ τις Ald. Pors. ὡς ἕτερος αὖ βαπτὸς—. Sic ad metri normam scriptum oportuit. Mendose vulgo αὖθις βαπτὸς—. Brunck. Equidem olim edidi, ὦ Πόσειδον; (omisso ὡς) ἕτερος αὖ τις βαπτὸς—αὖ τις est in cod. Rav. Reiskius hunc versum mavult Euelpidi tribui.—ἕτερος αὖ τις βαπτὸς ὄρνις οὐ. Reisig. Dind. αὖ τις βαπτὸς Ald. Junt. i. iii. Bloc. αὖτις Junt. ii. Crat. Wech. Brub. Gel. Port. Lugd. αὖθις Ven. i. ii. Raph. Id.

288. κατωφαγᾶς avicula quædam vorax esse fingitur. Neque enim vere fuisse videtur. Petiit autem Cleonymum, qui admodum vorax fuit (Eqq. 1290. ss.) et timidus (Nub. 352. et sæpius a nostro notatus). Dind.

289. Locum hunc citat Phrynichus, p. 80. Kust. Scholia: ἴσως ἀπὸ τοῦ καταφαγεῖν τὸ ὄνομα πεποίηκε, διὰ τὴν τοῦ Κλεωνύμου πολυφαγίαν. Voracem fuisse Cleonymum, patet etiam ex Eqq. 1286. καὶ διεξήτηχ' ὁπόθεν φαύλως ἐσθίει Κλεώνυμος. Huc pertinet illud Anaxandridæ, ὄρνις κεκλήσῃ; διὰ τί; πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν; Berg. Phrynichus p. 433. ed. Lobeck. ubi κατωφαγᾶς τις scriptum. Vid. Lobeck. in Wolfii Analectis vol. iii. p. 55. Dind.

290. ἀπέβαλε τὸν λόφον. Nempe galeæ cristam, quia tamquam ῥίψασπις notatur, ut ait Schol. Comicus Nubb. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Berg. Ales ille, si Cleonymus est, qui factum, ut ei crista non defluxerit, quemadmodum Cleonymo periit clypeus? Vid. not. ad Nub. 680. Brunck. Non erat cur olim ἀπέβαλλε reponerem. Immo trochæus in quinta sede esse debet, quem recte tribrachys excipit. Ludit poëta in voc. λόφος, quod et de *collibus* (293.) et de *cristis avium* (291.) et de *cristis galearum* (290.) dicitur. Dind. Hunc versum Euelpidi attribuit Dind. F. οὐ κατέβαλε scholiastes p. 428, 33. in ed. Ald. Dind.

291. Lege ἐπὶ vel potius ἢ τῶν ὀρνέων. Bent. In hoc versu quædam redundant, quem proinde metri gratia sic scribendum esse moneo: Ἀλλὰ τίς ποθ' ἡ λόφωσίς ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρνέων; Kust. Ita olim Kusterum sequutus edidi. Dind. Sic legitur hic versus in primariis edd., ut in cod. C. metro corrupto: ἀλλὰ μέν τοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἢ 'πὶ τῶν ὀρνέων; Ant. Fracinus ex alio cod. edidit, ut est in membr.: ἀλλὰ μέν τοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἔσθ' ἢ 'πὶ τῶν ὀρνέων; Quæ lectio priore adhuc pejor est. Sincera demum et genuina habetur in B.: ἀλλὰ μέντοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἡ τῶν ὀρνέων; Qua me mala fortuna hoc fugerit, dicere nequeo: numeros equidem restitui, sed poëtæ manum neutiquam. Comprobatam itaque illam lectionem diligens lector reponat, nulla habita ratione Kusterianæ emendationis: ἀλλὰ τίς ποθ' ἡ λόφωσίς ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρνέων; Quod membr. exhibent ἔσθ', e glossa ortum est; ἐπὶ ab imperito librario e sequenti versu retractum: præpositio illa locum hic non habet. Brunck. ἔσθ' ἠπὶ τῶν ὀρνέων. ἢ 'π' ὀρνέων, vel ἐστὶν ἐπὶ τῶν, quod melius, cum omittat ἔσθ' Ald. Pors. ἀλλὰ μ. —Euelpidis nomen præmissum in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc.—λόφωσις ἢ 'πὶ τῶν ὀρν. Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. λόφωσις ἔσθ' ἢ 'πὶ τ. ὀ. Junt. ii. Gel. Port. Lugd. Amst.—ποτ' ἔσθ' ἡ λόφωσις ὀρνέων Not. Scal. Rav. ut Bentl. Dind.

292. ἢ 'πὶ τὸν δίαυλον ἦλθον; v. Spanhem. ad Callim. p. 552. Kust. Scilicet δίαυλος fuit cursus genus, quo bis stadium, vel pedibus vel curru emetirentur, inter Olympica certamina receptum Ol. xiv. V. Corsini Diss. Agon. p. 13. add. Pollux 3, 147. Atheniensium nobiles et divites adolescentes adamabant hujus generis certamina curulia, ad quæ galeis cristatis ornati veniebant. Wilandus existimat, peti a poeta simul choragos, qui non satis personas avium secundum earum genera distinxerint, contenti, quod singulis cristam dederant. At Pisthetærus tamen eas distinguit. Videntur igitur diverso habitu fuisse. Dind. ἢ 'πὶ—cum puncto post ἦλθον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. cum signo inter. post ἦλθ. Gel. Port. ἢ Bloc. Verbis ὥσπερ—Epopis nomen præmittitur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. κάρες Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id.

293. Λόφον hic *collem* significat, non *cristam:* et jocus est ex ἀμφιβολίας. Ergo ἢ ἐπὶ τὸν δίαυλον ἦλθον, *an collem ceperunt*, ut diaulon melius spectarent? Non: sed ut Cares in montibus degunt. Bent. ἐπὶ λόφων. Non facile est, imitari argutias tales in Latino sermone, quæ in eo consistunt, quod aliter atque aliter accipitur vox λόφος. Berg. ἐπὶ λόφων rescripsi auctoritate Ms. Vat. U. pro ἐπὶ τῶν λόφων, quod priores edd. habent, sed metro repugnante. Kust. Cares, bellicosissima gens, primi cristis usi esse dicuntur, auctore Strab. xiv. p. 976. Alm. (unde in fragm. Alcæi in Stangii Collect. fragmm. Alcæi 1810. p. 110. λόφον σείων Καρικόν.) iidemque Ionibus invisi et ab iis exagi-

tati loca edita occuparunt, ubi tutiores essent. Dind. ἐπὶ λόφον Ald. Junt. I. III. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἐπὶ τῶν λόφων Junt. II. Gel. Port. Lugd. Amst. —ἐπὶ λόφων Not. Scal. ἐπὶ τῶν λόφων οἰκοῦσ' ὦ 'γάθ' Rav. Id.

294. κακὸν Comice dictum est pro πλῆθος. Eodem sensu 295. νέφος dicitur, de quo vidd. intpp. ep. ad Hebr. 12, 1. Dind. Post κακὸν et post ὀρνέον in vett. edd. signum interr. Sustulit post κακὸν Gel. Port. Id.

296. οὐκ ἰδεῖν—. In Vesp. 1085. ὑπὸ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν. τὴν εἴσοδον. Scholia: εἴσοδος δὲ λέγεται, ᾗ ὁ Χορὸς εἴσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ. Ingreditur autem nunc chorus sub forma avium et constat ex illis avibus, quæ proxime sequentibus octo versibus recensentur. Scholiastes ad Eq. 586. οἱ γὰρ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ καὶ τραγικοὶ χοροὺς ἵστασαν, οἳ τὰ χορικὰ ὑπεκρίνοντο καὶ ᾖδον μέλη· συνειστήκει δὲ ὁ κωμικὸς ἐξ ἀνδρῶν ἤδη καὶ γυναικῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐκ παίδων κδ', ὡς καὶ οὗτος ἀπηρίθμησεν ἐν Ὄρνισιν, ἄῤῥενας μὲν ὄρνεις ιβ', θηλείας δὲ τοσαύτας· ὁ δὲ τραγικὸς ιε'. Berg.—ὑπ' αὐτῶν, præ iis. Vide Pors. Præf. ad Eurip. p. lxi. Add. Pollux Onom. p. 414. ibique Kuhn. Dind. εἶτ' ἔσθ' Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Port. Id.

297. Verba ἐκεινοσὶ etc. sunt Euelpidis, et 298. ἐκεινοσὶ δέ γ' ἀλκ. ejusdem, et οὑτοσὶ Pisthetæri. In sequentibus pariter ambo socii vices nomina avium recensendi alternant, ut in Pluto et alibi factum. Reisk. Assensus olim ei sum, nunc cum Brunck. puto, præeuntibus codd., personas esse mutandas. πέρδιξ non nostra cinerea perdix, sed rufa esse videtur. Cf. Buffon. H. Av. iv. p. 97. ss. add. Camus ad Aristot. H. A. ii. p. 623. s. Dind. πινέοψ Bloc. ἐκεινοσὶ δὲ Elmsl. ad Acharn. v. 108. p. 53. Id. ἐκεινοσί γε νὴ Δί' ἀλκυών Rav. Id.

297, 8. Epopi tribuit Bent. Bent.

298. Distinctæ personæ ad fidem codd. A. B. nisi quod in iis avium declaratio Epopi tribuitur, cujus in locum quater Pisthetærum posui. Namque præter omnem verisimilitudinem ista, οὐ γάρ ἐστι Σποργίλος; diceret. Brunck. Sed fortassis hæc tantum Pisthetæro aut Euelpidi tribuenda sunt. Nam avium, certe plerarumque, declaratio magis Epopi congruit. πηνέλοψ genus anatum est, fortassis anas Penelope Linn. V. Camus l. l. p. 618. Dind. Hic etiam (ut sequ. v.) Euelpidis nomen præf. in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. πηνέοψ Ald. Junt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. πηνέλοψ Junt. II. Brub. Gel. Port. etc. Id.

299. Lege ΠΕΙ. τίς γὰρ — ΕΠ. Bent. κειρύλος. Vulgo κηρύλος. In membr. κιρύλος. Nostram lectionem tuentur veteres critici, merito; namque jocus perit, nisi per diphthongum nomen scribatur. Alluditur ad verbum κείρω, proprium artis, quam exercebat Sporgilus tonsor. Brunck. Sensus: *Estne vero Cerylus avis? Annon vero Sporgilus avis est, quem constat esse Cerylum?* Nempe aliter atque aliter accipiuntur voces κήρυλος et ὄρνις. Vocem ὄρνις proprie accipit Euelpis, metaphorice Pisthetærus [ex vulgata personarum distinctione]. Vox autem κήρυλος versu anteced. pro ave accipiebatur, nempe pro mascula alcyone; hic autem accipitur pro κειρύλος, i. e. *tonsor*, a κείρω, propter similitudinem soni inter η et ει. Ita de h. l. sentit Schol. ad Plut. 589. ubi ad vocem λήροις ibi occurrentem ita scribit: εἰσὶ δέ, οἱ καὶ παίζειν φασὶ τὸν Κωμικὸν πρὸς ὁμοιότητα ἦχον τοῦ κατά τε τὸν λῆρον διὰ τοῦ η γραφόμενον καὶ τὸν παρὰ τὸ λείριον· deinde paucis interjectis, τοιοῦτόν τι παίζει καὶ περὶ κειρύλου ἐν Ὄρνισιν, ἔνθα καὶ διὰ τοῦ η' νοεῖται ἡ λέξις, ὡς ἐπὶ τοῦ ὄρνιθος οὕτω λεγομένου, καὶ διὰ διφθόγγου δέ, διά τινα κουρέα, ὡς ἀπὸ τοῦ κείρω. Est autem ille tonsor Sporgilus. Berg. Notavit eum etiam Plato Comicus, ap. Schol. et Suid. h. v. Forte rapax fuit homo, aut, auctore Wilando, cultris rasoriis hebetibus utebatur. Emendaveram jam in ed. a. 1782. præeunte Schol., et ut joci ratio magis appareret, et quoniam Attica hæc forma haberi potest. Putatur autem κήρυλος vel κηρύλος esse mas alcedo. Dind. κειρύλος primus dedit Brunck., confirmavitque Ms. Vat. auctoritate Dobr. Eadem scriptura commemoratur in scholiis ad Plutum p. 88, 21. et ad hunc locum p. 429, 28. quanquam non ita ut κειρύλος in textu scriptum reperisse grammaticos satis clare appareat. Ex codice A. Brunck. aliam affert scripturam κιρύλος, quam ne casui deberi putes admonet Hesychius vol. ii. c. 267. κίρυλος (κίῤῥυλος Favorinus c. 1058. ed. Bas). ἰχθύς ποιός. καὶ ὀρνέου εἶδος. κείρυλος habet idem ibid. c. 217. κειρύλοι Photius c. 113. Certum est avis nomen fuisse κηρύλος: sed κειρύλος dixit Aristophanes, ut Sporgilo tonsori nomen accommodaret. Ceterum de facetia hujus loci disserit Eustathius ad Homerum, p. 125. Id.

299, 300. κηρύλος Ald. Junt. I. II. III. Bloc. etc. Statim ante, ἐστὶν Junt. I. III. Id.

301. ΕΠ. χαῦνα; Bent. τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε; Hæc dicit respectu spec-

παρ' ὑμῖν —. Brunck. Correxerat ita jam Reisk. Defendi olim vulgatum, ut elegantius, coll. 329. s. Nunc largior, ineptum esse παρ' ἡμῖν. Nam dicendum erat simpliciter, jam eos avibus adesse. Scholiastes p. 431, 5. sine ulla verborum distinctione, κἀστὸν ἤδη που παρ' ἡμῖν εἰ παρ' ἡμῖν εἰμ' ἐγώ. Recte habet παρ' ἡμῖν, si personarum distinctio ita emendetur ut ab me factum est. Præterea ex scholiaste που dedi pro ποῦ. Dind. παρ' ἡμῖν priori loco Ald. Junt. I. II. II*. Crat. Ven. I. II. etc. Ita et posteriori loco Gel. εἶμ' Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. ἡμῖν — ὑμῖν Bloc. Dind.

327. στρ. 343. ἀντιστρ. Bent. ἔα, ἔα, vulgo versui seq. additur. Hotib. hæc adnotavit: "ἔα in stropha, ἰὼ in antistropha semel positis, dochmaicos restitueris: ἔα, προδεδόμεθ', ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν. | ἰώ, ἔπαγ'; ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον." Dind. Στροφὴ κώλων η' præf. Ald. Junt. I. II. III. etc. ἔα, ἔα cum versu seq. jungitur Ald. Junt. I. II. III. etc. Id.

329. ὁμότροφα, in quibus una nutritæ sumus. Cf. Hom. Il. Ψ. 84. Nam alibi ὁμότροφα, σύντροφα, dicuntur, quæ una cum alio educata et nutrita sunt. V. Lennep. ad Phalar. p. 22. Dind. ὁμοτρα, φά θ' Bloc. Id.

331. θεσμοὶ proprie dictæ sunt Draconis leges, quarum primum vocabulum erat θεσμός, sed nomen etiam ad alias leges, inprimis antiquas, translatum. V. Intpp. Ælian. V. H. 8, 10. παραβαίνειν, migrare, frequenter ita ponitur. Dind.

333. ἐς δόλον ἐκάλεσεν est, arcessivit eo consilio (εἰς) ut deciperer. παραβάλλειν est objicere, committere, bono et malo sensu. V. Tho. M. p. 680. Hesych. t. ii. p. 857. s. Abresch. Dil. Thuc. p. 214. Dind. Post ἐμὲ lacunæ signa posuimus. Fortasse adverbium aliquod excidit, quo epopis perfidia notaretur, velut ἀνέμως, ἀδίκως, et quæ sunt similia. ἐκάλεσε παρέβαλέ τ' Bloc. Id. Præmissis anapæsticis versibus dimetris aliquot pedibus soluta arsi, apponuntur cretici versus: ες δε δολον εκαλεσεν, παρεβαλεν τ' εμε παρ' αθε- | ον γενος ανοσιον, ὅπερ εξοτ' εγενετ' ἐπ' εμοι | πολεμιον γ' επετραφη: quibus respondent hi: ουτε γαρ ορος σκιερον, ουτε νεφος αιθεριον | ουτε πολιον πελαγος εστιν, ὅ, τι δεξεται | τωδ' αποφυγοντε με. In stropha vulgatum est exemplaribus παρὰ γένος ἀνόσιον —. Interciderunt post παρὰ syllabæ θεον, de qua re diximus p. 77. Thesmophoriazusis, v. 367. intercidit θεοὺς post ἀσεβοῦσιν. Nomina ἄθεος et ἀνόσιος conjunxit Lucianus, περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, Vol. iii. p. 144, 84.: πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται. Idem illud revocavi olim in Sophoclis Œdipi Regis versum 1360. νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς. Laudavit emendationem censor Erfurdtii in Commentariis Lipsiensibus, A. 1810. p. 506. Similiter autem Bacchis Euripides, v. 993. et 1013. τὸν ἄθεον, ἄνομον, ἄδικον Ἐχίονος γόνον γηγενῆ: Hercule Furente, v. 433. βίον κέλευθον ἄθεον, ἄδικον. Eadem conjunxit nomina Thesmoph. ἀδίκων τ' ἔργων ἀθέων τε τρόπων. Reisig.

334. Versus 333-4. sunt etiam tetrametri pæonici, quorum posterior claudicat. In vulgata lectione non consentiunt codices. In C. ut in impressis ὅπερ ἐξότ' ἐγένετό γ' ἐπ' ἐμοὶ —. In A. B. ὅπερ ἐξότ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ (mendose in A. ἐπ' ἐμοῦ). Legendum est: γένος ἀνόσι | ον ὅπερ, ἐξ | ότου γ' ἐγέ | νετ', ἐπ' ἐμοί. Non aliter numeri constare possunt, nec versus hic antistrophico, scilicet 350. (οὔτε πολιὸν πέλαγος etc.) congruere. Ineptit hic, ut fere ubique, Græculus, metrorum enarrator, catalecticos vacans tetrametros, qui sunt acatalecti. Fieri tamen possit, ut menda sit in scriptura. Brunck. Deficienti versui male succurrebat Brunck. reponendo ἐξότου γ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ — siquidem sic alter pæon interturbat contra regulam. Neque Rav. libri movet me lectio ἐγένετ' ἐπ' ἐμοί. Sæpius inutile visum librariis γε omissum est, sæpius quoque cum γὰρ commutatum; quod quidem hic factum puto, itaque numeros esse integrandos. Transposita vox, quæ fortasse ansa corruptionis: naturali ordine hæc scripta, ὅπερ γάρ, ἐξότ' ἐγένετο, πολέμιον ἐτράφη ἐπ' ἐμοί, nihil mirati essent boni monachi. Legendum igitur: γένος ἀνόσιον, ὅπερ, ἐξότ' ἐγένετο, γὰρ ἐπ' ἐμοὶ — Similiter peccatum infra 1486., quod ostendit versus antistroph. 1498. Hotib. In toto hoc carmine parodiam inesse chori cujusdam tragici conjecit Francog. interpres. Videtur ita edi voluisse Inv. ut ex nota ejus patet: scripsit tamen ἐξότ', quo versus pessumdatur. Herman. de Metr. p. 366. scribi jussit: ἐς δὲ δόλον | ἐκάλεσεν | παρέβαλεν | τ' εμε παρα | γένος ανοσι | ον, ὅπερ, ἐξ | ότ' αν ἐγενε | το γ' ἐπ' ἐμοι | πολεμιον γ' ετραφη. Add. ejusdem Handbuch der Metr. p. 199. s. Dind. ἐς δὲ — τ' ἐμὲ * * | παρὰ γένος — ἐπ' εμοι | πολέ-

μον ετραφη edidit Dind. F. Lege ἐξό-των 'γένετο. Vide Plut. 85. Pors. ἐξότ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ et Rav. ἐγένετο γε, ἐπ' Port. Lugd. ἔξω τ' — Bloc. Dind.

335. πολέμιον τ'. πολέμιον γ' ed. Kuster. Pors. Omittit γ' Cod. Venetus et deleverat Bentl. Excidit syllaba. Fortasse scribendum παρετράφη. Dind. πολέμιόν γ' ἐτράφη, antistrophicum habet versum 351. τάδ' ἀποφυγόντε με. Antepenultimam quia produci noluit, paullo ante ipse ἐξότου 'τράφην posuit, non ἐξότ' ἐτράφην. Itaque hoc loco quidni maluerit idem πολέμιόν γ' ἐπετράφη dicere?, Reisio.

336. Vulgo sic legitur hic versus: πρὸς μὲν οὖν τὸν ὄρνιν ἡμῖν ἐστιν ὕστερος λόγος. Corrupti sunt numeri spondeo in tertia sede posito. Quippe ultima in ὄρνιν producitur, quod liquet e vv. 73. 512. 515. 561. 721. In suam ergo sedem reponendæ erant voces a librariis male inversæ: ἔστι πρὸς μὲν οὖν τὸν ὄρνιν ἡμὶν ὕστερος λόγος. Brunck. ὄρνιν e glossemate irrepsit, ut v. 277. Quum enim ὄρνις semper secundam producat apud Aristoph., legendum ope Suidæ: ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἐστὶν ὕστερος λόγος. Pors. ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους ὁ. λ. Suid. ed. sed verba Comici om. Ms. Vide ad Hec. 204. Id. Σύστημα κατὰ περικοπὴν præf. in Ald. Junt. i. ii. iii. etc. ἔστιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

337. τῷδε (pro τάδε) Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Primus Gel. τάδε, tum Port. et sqq. Dind.

338. ἀπολούμεθ' ἄρα. ἀπωλόμεσθ' ἄρα. Pors. Lege ἀπωλόμεσθ'. Bent. διαφορηθῆναι i. e. διασπασθῆναι. intell. δεῖν. Dind. ὡς ἀπωλόμεσθ' ἄρα. Vulgo mendosissime et profligato metro ὡς ἀπολούμεθ' ἄρα. Librariorumne an editorum stuporem magis mirer nescio. Nihil ad hunc versum adnotarunt belli nostri Critici. Quod reponendum erat, ipse suppeditavit Comicus. Vid. Acharn. 333. Brunck. Ei obsequutus est Inv. etsi codice suo non laudato. Dind. ἀπολούμεθ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id.

339. νῶιν. Una syllaba mallem νῷν, minime νῶϊν. Berg. νῷϊν Ald. Junt. i. ii. Crat. Wech. Brub. Gel. Port. νῶϊν Junt. iii. Ven. i. ii. Raph. Dind.

340. ἀκολουθοίης Ald. Junt. ii. ἀκολουθοίησ' Junt. i. iii. Correxit Crat. ἀκολουθείης Bloc. Dind.

341. κλάοιμι. Vulgo κλάφοιμι scriptum. Attice dicitur, v. Piers. ad Mœr. p. 231. et apud Comicum significat fere *infelicem esse*, sed alter proprie accepit, unde v. sequ. dicit κλαυσεῖ (Attice, v. Tho. M. p. 536.) γὰρ (scilicet)—. Dind. ληρεῖς ἔχων. Ran. 509. ληρεῖς ἔχων. Ibid. 202. et 521. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Berg. Vel redundat ἔχων vel positum pro ἔχεις, i. e. εἶ, ληρῶν. V. Greg. Cor. p. 63. Valck. ad Eurip. Phœn. 712. et Ruhnk. ad Tim. p. 258. Dind.

342. V. infra 1612. Berg. V. de form. ἐκκόπτεσθαι (h. e. ἀφαιρεθῆναι) τὸν ὀφθαλμὸν Tho. Mag. p. 323. Dind. τὼ 'φθαλμὼ 'κκοπῇς Bloc. Id.

343. 'Αντιστροφὴ κώλων θ' præf. in Ald. Junt. i. ii. iii. etc. ἰὼ ἰὼ ad seq. versum refertur in Ald. Junt. i. ii. iii. etc. Dind.

344. ἔπειθ' Junt. ii. Gel. Port. ἔπαγ' scil. πόδα. Constipavit noster plura verba idem indicantia, choros tragicos imitatus. Eodem modo etiam uni substantivo duo adjectiva sunt addita. Dind. ἔπειθ'. ἔπειθ' ed. Kust. Pors.

345. πάντα. Sic bene A. B. In hoc ultimæ vocali superscripta η, quod declarat πάντα adverbium esse formæ Doricæ; pro πάντη, cujus ultima longa est: quod non intelligens metrorum enarrator, γε inepte addidit. Brunck. Legebatur enim olim πάντα γε, pro quo scripsi παντᾶ γ', sed γ' non necessarium est. Monui etiam idem παντᾶ cum ed. Farr. et Lugd. restituendum esse Lys. 169. pro πάντας. Reiskius ad h. l. "πάντ' (i. e. πάντη) ἄγε. Constructio est, ἄγε ἐπίβαλε πάντη." Post πάντα addunt γε Ald. Junt. i. ii. iii. etc. πάντα γε Bloc. Recte Reisig. παντᾶ περίβαλε. Dind.

348. δοῦναι ῥύγχει φορβάν. V. infra 479. Berg. Inde patet, non esse cum Schol. ῥάμφει reponendum. Quod enim Grammatici constituunt discrimen inter ῥύγχος et ῥάμφος, non est a scriptoribus ipsis diligenter observatum. V. Trill. et Oudend. ad Tho. M. p. 787. s. φορβὴ est vocab. Euripideum idem valens quod βορά. V. Eurip. fragm. Androm. 1. coll. Arist. Thesm. 1042. Dind. Scholiastes p. 432, 27. γράφεται καὶ, ῥάμφει. ὅπερ βέλτιον. ῥάμφος γὰρ ἐπὶ ὀρνέου. ἐπὶ δὲ χοίρου ῥύγχος. ῥάμφει ex grammatici correctione profectum est. Ceterum hæc ex Euripidis Andromeda petita esse monuerat Asclepiades apud scholiasten. Id.

349. s. Οὔτε γὰρ —. Ita dici solet de illis, qui infortunium effugere non possunt; hoc sibi voluerunt dona Scytharum ad Darium, apud Herod. in Melpomene: miserant autem ei avem, murem, ranam, et sagittas quasdam; horum donorum rationem alii aliter exponebant, Gobryas autem sic: ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν, ὦ Πέρσαι, ἢ μύες γενόμενοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε, ἢ βάτραχοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐκπηδήσητε, οὐκ

ἀπονοστήσετε ὀπίσω, ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. Eurip. Med. 1291. δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος, εἰ μὴ τυράννων δώμασι δώσει δίκην. Idem Or. 1375. ποῖ φύγω, ξέναι, πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος ἢ πόντον; Berg. Add. Dorvill. ad Char. p. 665. σκιερὸς alias arborum epitheton, quæ umbram faciunt, (v. Warton. ad Theocr. 22, 76.) h. l. de montibus, qui obumbrantur. Dind. ὅτ' (sic) ὄρος——ὃ δέξεται τοῦτον φυγόντα (sine με) Suid. Ms. ut fere ed. Med. v. πολιόν. Pors. ὃ δέξεται Suid. in Πόλιον. An legendum ὃ δεδέξεται Bent. at δεδέξεται est passivum. Dind.

350. ἐστὶν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind.

351. μέλλειν i. q. ὀκνεῖν, *cunctari*, quocum jungitur Herodian. 6, 9. 2, 8. ταξίαρχοι Athenis duces erant decem, singuli militibus singularum tribuum præfecti, qui secundum a στρατηγοῖς tenebant locum, cohortes instruebant, milites in prælium educebant. V. Perizon. ad Æl. V. H. t. i. p. 188. s. Gron. Ducker. ad Thuc. p. 485. Dind.

353. τὸ δεξιὸν κέρας. Ut in præliis. Sic Eqq. 243. οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας; Berg. ἔπαγέ τοι Reisig. Dind.

354. τοῦτ' ἐκεῖνο. In Ach. 41. οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὼ 'λεγον. Ib. 820. τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει πάλιν, ὅθεν περ ἀρχὴ τῶν κακῶν ἡμῖν ἔφυ. Ran. 1381. τοῦτ' ἐκεῖν'. Ἰὼ ξύνοικοι. Berg. Hoc est *illud quod timui*. De structura part. ποῖ cum conjunct. V. Dawes. M. Crit. p. 207. Dind. οὗτος, οὐ μενεῖς; Eqq. 240. οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς, ὦ γεννάδα; Berg.

355. πῶς γὰρ ἂν τούτους δοκεῖς ἐκφυγεῖν; Pessime vulgo δοκῇς, quod ita solœcum est, ut nihil magis. Aliquatenus ferendum esset δοκοῖς. Sed particula ἂν non ad cogitandi verbum δοκεῖν pertinet: construenda est cum aoristo infinitivi ἐκφυγεῖν, cui significationem futuri tribuit. Vide not. ad Pl. 380. Hic πῶς δοκεῖς valet *quomodo putas?* aptum non esset *quomodo putares?* Alia res est, ubi post suppositionem, aut conditionem, in multimembri phrasi, particula ἂν cogitandi verbum afficit. Exemplo sit hic locus in Euripidis Hippolyto: πόσους ΔΟΚΕΙΣ δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, | νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν; | πόσους δὲ παισὶ πατέρας ἡμαρτηκόσι | ξυνεκκομίζειν Κύπριν; ἐν σοφοῖσι γὰρ | τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά. | οὐδ' ἐκπονεῖν τοι χρῆν βίον λίαν βροτούς· | οὐδὲ στέγην γάρ, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, | κανὼν ἀκριβώσει' ἄν· εἰς δὲ τὴν τύχην | πέσουσ', ὅσην σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι ΔΟΚΟΙ; *Quomodo se tandem evasuram illinc speraret?* Solœcum ibi esset δοκεῖ. Vide ad eum locum Præstantissimi Valckenarii notam p. 219. Monui ad Plutum in hac constructione sæpe librarios peccasse. Id apud Lucianum contigisse arbitror, cujus locum in Prometheo p. 28. sic lego: οὐ γὰρ ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ παρά γ' ἐμοί, ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ συντετρίφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴγε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν μοι δοκοίην ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι. Male ibi mea sententia legitur δοκῶ. Brunck. δοκῇς Ald. Junt. i. ii. iii. Gel. Raph. Port. δοκῇς Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Dind.

356. Ante ἐκφυγεῖν Euelpidis nomen ponitur Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Raph. Primus Brub. post ἐκφ. Euelp. nomen præfixit. Eum sequuntur Port. Lugd. Amst. Notatur vetus distinctio in Exc. Scal. ἐγὼ τί σοι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. ἐγώ τοι. Rav. Dind. ἀλλ' ἐγώ τοι σοὶ λέγω. Sic bene A. B. Vulgo, ἐγὼ τί σοι —. Brunck.

357. ὅτι μένοντε δεῖ μάχεσθαι. *Nempe nobis manentibus pugnandum esse.* λαμβάνειν τε τῶν χυτρῶν. Instrumenta, quibus in sacrificio usuri erant, pro armis ad defendendos seipsos adhibent. V. ad v. 43.—Videtur autem mihi respicere ad ludum illum, qui dicitur χυτρίνδα, quia chorus paulo ante dicebat, se velle istos duos τίλλειν, *vellicare*, et mox 364. dicit: ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε, πρώτην τὴν χύτραν· quod etiam in illo ludo fieri solebat. Julius Pollux ix. 113. ἡ δὲ χυτρίνδα· ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται, καὶ καλεῖται χύτρα, οἱ δὲ τίλλουσιν, ἢ περικνίζουσι, ἢ καὶ παίουσιν αὐτὸν περιθέοντες etc. mox, ἔσθ' ὅτε ὁ μὲν ἔχεται τῆς χύτρας κατὰ τὴν κεφαλὴν (tenet superiorem partem ollæ) τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ περιθέων ἐν κύκλῳ etc. Berg. Legendum τὴν χύτραν, forte quoque λαμβάνοντε. Reisk. Ald. μέντε: lege μένοντε: vid. Schol. Bent. ὅτι μέν τε δεῖ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Primus μένοντε Portus, cum sqq. μένοντε scholiastes p. 433, 6. et Cod. Victor. Dind.

358. γλαὺξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν. Scholia: οὐ διὰ τὴν χύτραν οὐ πρόσεισιν, ὡς Εὐφρόνιος. τοῦτο γὰρ κοινῶς πάντα τὰ ὄρνεα φοβεῖ· ἀλλὰ διὰ τὸ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ζῶον. Ἀττικοὶ δὲ καὶ αὐτοί. Berg. γλαὺξ proprie est *noctua cæsiis oculis* Buffon. ii. p. 76. ss. (chat huant) Camus ii. 196. Ea reverebitur Athenienses, ipsa Attica avis, consecraturos urbem sacrificiis, unde obelos secum afferebant. V. Suid. h. v. γλαὺξ correxi ex Schol. p. 433, 10. ut et v. 391.

Dind. *νῶιν* Ald. Junt. III. Ven. I. II. Raph. *νῶϊν* Junt. I. II. Crat. Wech. Brub. Gel. *νῷν* Pors. Lugd. Id.

359. In B. prior pars hujus versus Euelpidi tributa cum interrogationis nota: posteriori præfixa Pisthetæri persona, multo melius, quam in reliquis libris, ubi Euelpidi [sive potius Pisthetæro] omnia continuantur. Brunck. Sequutus eum est Inv. Equidem olim et ipse priorem partem Euelpidi tribui, sed scripsi, *τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοῖσδε τί; Π. τ. ὀ. ἀ.* Sed non placet dactylus ante tribrachyn. Ceterum Euelpidis oratio interrupta ideoque elliptica est. Volebat dicere: Quid illis opponam? uti etiam in sequ. versu. *γαμψώνυχες* (*γαμψώνυχα*) sunt aves (e genere accipitrum) aduncis unguibus instructæ. V. Aristot. H. A. 6, 1. Ælian. N. A. 4, 20. Buffon. i. p. 60. vers. Germ. Dind. *ὀβελίσκον*. Ut sit loco hastæ. Infra 388. Berg. Euelpidis nomen ideoque etiam postea Pisthetæri abest Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. Dind.

360. Lege *πρὸ σαυτοῦ*. Bent. Ita Seager in Class. Journ. N. iv. p. 709. Dobr. *πρὸς αὑτόν*. Leg. *πρὸς αὑτὸν* aut *πρὸς σαυτὸν*, quod perinde est. *τοῖς γαμψών.* potest vel *manibus tuis* notare, vel id quod interpres dedit. Non tamen video, unde probabiliter fingantur verua apud aves. Potius credibile, ollas et veru itinerantes secum attulisse, non invenisse in republica avium. *Veru* itaque *correptum manibus tuis curviunguibus defige penes te*. Reisk. Equidem olim e conjectura reposui *πρὸς αὐτούς*, *adversus eas* (aves). Nam veru aut potius verua (sing. pro plurali posito), quæ inter coquorum instrumenta refert Pollux x. 95., erant figenda, collocanda (ut Aristot. Polit. vii. 2. p. m. 322. quamquam alio sensu *ὀβελίσκους καταπηγνύουσι*) *contra* (*πρὸς*) aves. Sed quum tamen *καταπηγνύειν* non sit *prætendere, obtendere*, puto *πρὸς αὑτὸν* esse retinendum, *apud te*, et juberi Euelpidem veru apud se defigere, ut eo statim si irruant aves, possit uti. *εἶτα* redundat, ut Ran. 370. V. Kœn. ad Greg. Cor. p. 62. Nec partic. *ἁρπάσας* (ut 362. *λαβὼν*) vis singularis est, si ex nostro sensu æstimemus. Dind. *αὐτὸν* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. Id.

361. *προσθεῖναι* interdum est *opponere*, ut *προσθεῖναι θύραν*, Valck. ad Herod. p. 257. (ne quis conjiciat *πρόθου*.) Sed potest tamen etiam h. l. esse, ut vulgo redditur, *apponere*, ut sibi ad usum futurum apponere jubeatur. De *ὀξυβάφῳ* (acetabulo) v. Poll. vi. 23. x. 26. ubi hic locus laudatur, et Athen. ii. p. 67. Dind.

362. *ὦ σοφώτατ'*—. Sic tres codd. Male in impressis sine elisione *σοφώτατε*. Brunck. Perperam in B. *εὖ γὰρ εὗρες*. Id. *εὖ γ' ἀνεῦρες*. Ms. Vat. U. *εὖ γ' ἆρ' εὗρες*. Kust. *εὖ καὶ στρατ.* recte et ut imperatorem decet. Sic Vesp. 1287. *εὖ καὶ νουβυστικῶς*. *σοφώτατε* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. *σοφώτατ' εὖ γ'* Not. Scal. Rav. Dind.

363. *ὑπερακοντίζεις*. In Plut. 666. *κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν*. Nicias inter illustrissimos belli duces fuit. Hunc in machinis bellicis excelluisse apparet. Thucydides, qui eum magni facit, testatur eum in expeditione adversus Minoa insulam duas quasdam urbes ope machinarum cepisse lib. iii. c. 51. *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ Λέσβου ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων*. Deinde mox: *ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προέχοντε, μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης* etc. Berg. Etiam in obsidione Meli adhibitæ machinæ bellicæ eum nobilitarunt. Ceterum Wilandus censet, illos acetabulum et ollam ex epopis habitatione, quæ ei etiam culina erat, petiisse, non autem secum attulisse. At vid. 43. Dind. *μένειν* Suid. vv. *ἐλελεῦ*. *ῥύγχος*. *ἐλελεῦ* Suid. ed. Ms. *οὗ μένειν* ed. *οὐ μένειν* Ms. in *ἐλ.* sc. Locum om. Ms. in *ῥύγχος*. Pors. Vulg. *οὐ μέλλειν ἐχρῆν* videtur scripturæ cod. Rav. *μένειν* præferendum esse. Nam sine cunctatione statim chorum aggredi hostes oportebat. Dind. *ἐλελελεῦ* Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. *μέλλειν ἐχρῆν* Ald. et cett. edd. Id.

365. *δαῖρε*: sic membr. bene. Vid. not. ad Nub. 442. Brunck. Vulgo *δεῖρε*. Et *δείρειν* plerisque Græcis erat cædere. V. Intpp. Act v. 40. Dind. *δεῖρε* Ald. et cett. edd. Id.

366. In Vesp. 402. *εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν*. Berg. Scilicet *εἰπὲ* etiam ad plures dicitur; ut Acharn. 318. V. sequ. ipsa verborum structura turbata loquentis perturbationem exprimit. Dind.

368. Lege *συγγενῆ* Attice. Bent. *ξυγγενέε*. Sic libri omnes: nec ulla causa est cur mutetur. Tamen quia forma contracta Atticis usitatior, cui metrum hic non reluctatur, suspicari quis possit, scripsisse poëtam *ξυγγενῆ*. Brunck. *καὶ φυλέτα*. Scholia: *ξυμπατριώτας· ὅτι καὶ ἡ Πρόκνη Ἀττικὴ ἦν Πανδίονος θυγάτηρ*. Berg. Procnen, Terei in upupam mutati uxorem, fuisse Pandionis Athenn. regis filiam (unde *Ἀτθίδα* nominat Ælian. V. H. vi. 15.) et ipsam in avem mutatam tradiderunt Mythographi nonnulli. V. Intpp.

Antonin. Lib. c. 11. Ovid. Met. vi. 620. ss. Apollod. iii. 14. 18. Schol. Hom. Od. T. 522. Dind. ξυγγενέα legit Id.

369. ἢ λύκων. Erat enim vetus lex Attica, a Solone data, ut lupi exstirparentur. V. Petit. LL. Att. p. 491. Dind.

370. Leg. θησαίμεθ' ἄλλους, reputemus alios. Reisk. τισαίμεθ'. Sic recte scriptum in tribus codd. Perperam in impressis, metro claudicante, τισαίμεσθ'. Brunck. Id tamen jam olim emendavi, estque hoc (puniremus, ulcisceremur) gravius verbum, quam Reisk. θησαίμεθ'. ἢ τινὰς Bloc. Dind. L. τισαίμεθ' ob metrum. στησαίμεθ' Suid. Ms. φεισόμεθα. Pors. τισαίμεθ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

371. Fo. Εἴ γε. Bent. εἰσὶ φ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

372. Post χρήσιμον in nonn. edd. interrogandi nota ponitur. Sermo Epopis abrumpitur. Additurus erat, Nonne audiendi sunt? Non enim verbis τὸν δὲ νοῦν φίλοι apodosis continetur, ut Brunck. accepit: At si natura sunt inimici, animo tamen amici sunt, atque—. Nam μὲν, δὲ ad se ita referuntur, ut unam periodum efficiant ab εἰ δὲ—pendentem. χρήσιμον ἢ Rav. Dind.

373. οἵ γ'—. Sic quidem libri, sed mendose; scribendum οἵδ'. Scilicet ὅδε valet οὗτος, non vero ὅ γε. Brunck. Levis est pedum cursus sine uno pondere numeri, in Ravennate autem codice χρήσιμον ἢ διδάξειάν ποτε scriptum exstat. Hinc igitur emendo sic: πῶς δ' ἂν οἵδ' ἡμᾶς τι χρηστὸν ἐκδιδάξειάν ποτε, | ἢ φράσειαν—; Reisio. L. οἵδ' ἡμᾶς. Pors. πῶς δ' ἂν οἵγ' ἡμ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

374-5. Schol. compilavit Suidas v. ἀπ' ἐχθρῶν notante Toupio in Suid. i. p. 48. Pors. πάντοις ἐμοῖς Bloc. Dind.

375. Euseb. ap. Stob. Serm. 13. p. 147. Gesn. ἐχθρὸς τἀληθῆ εἰπὼν τοῦ προσποιουμένου φίλου πρὸς χάριν εἰπόντος παντὸς αἱρετώτερος. Cf. Plutarchi Liber πῶς ἄν τις ἐξ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο; εὐλάβεια est provida cura. Cf. Tho. M. p. 389. Mœr. p. 145. δὴ πολλὰ pro δῆτα πολλὰ scholiastes p. 434, 4. Dind.

376. πάντας παρὰ μὲν φίλου Suid. in ἀπ' ἐ. Pors. ἢ γὰρ Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. Dind.

377. Ald. μάθοις ἂν οὐδὲν—αὐτὸς ἐξηνάγκασεν. lege ἂν τοῦθ' e Suid. ex mox αὐτό σ'. Bent. οὐ μάθοις ἂν τοῦτ'. Sic rectius Ms. Vat. U. pro οὐ μάθοις ἂν οὐδὲν, ut priores edd. habent. Nam falsum est, nos nihil ab amicis discere posse: sed recte dixeris prudentiam, quæ spectatur in cavendis aliorum insidiis et parandis sibi adversus externam vim munimentis, ab hostibus potius, quam ab amicis disci. Kust. οὐ μάθοις ἂν τοῦθ'. Sic bene Kust. e Vatic. cod. nisi quod τοῦτ' excudi passus est. Legebatur antea corruptis numeris, οὐ μάθοις ἂν οὐδέν. Hoc modo scriptum est in C. atque etiam in B. sed in hoc superne positum τοῦθ'. In membr. librarii errore τοῦδ'. Similis negligentiæ circa literam asperatam rei sumus in v. 329. ubi excudi debuit ὁμότροφα θ' ἡμῖν. Brunck. Forte, οὐ μάθοις ἄν που τι, ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτό σ' ἐξηνάγκασεν scil. μανθάνειν. Reisk. Postremum placere potest, sed præstat, quod nunc e Rav. edidit Inv.: ὁ δ' ἐχθρὸς εὐθὺς ἐξην. scil. τοῦτο μανθάνειν σε. Et τοῦτο refertur ad τὸ εὐλαβεῖσθαι, quod quoad sensum inest in præc. voc. εὐλάβεια. Ita Plat. Phæd. 4. ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο (τὸ φιλοσοφεῖν) πράττοντος. Dind. οὐ μάθοις ἂν οὐδέν· ὁ δ' ἐχθρ. αὐτὸς ἐξ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id. οὐ μάθοις ἂν οὐδέν. ὁ δ' ἐχθρός. τοῦθ' Suid. v. ἀπ' ἐχθρῶν. Pors. ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτό σ' ἐξηνάγκασεν John Seager in the Classical Journal, N. vi. p. 710. Dobr.

378. ἀνδρῶν ἔμαθον. Insertam vulgo partic. γε (γ' ἔμαθον) non agnoscunt A. B. Merito eam expunxi. Brunck. Retinuit Inv. Nec redundat. Sensus: exempli gratia, urbes ab hominibus quidem inimicis, neque amicis (poterat κοὐ φίλων omitti, salva sententia, sed tales pleonasmi in familiari sermone sunt frequentes, v. Valcken. ad Herod. p. 206. et 232. Abresch. ad Æsch. ii. p. 1.) didicerunt—Exempla sunt ex historia Athenn. petita, apud quos, Xerxe fugato, Themistocles effecit, ut urbs muris cingeretur, ædificaretur Piræeus, et quotannis 20. triremes construerentur. V. Diod. S. xi. 40. et 45. —τὸ μάθημα est, hoc quod didicerunt, ejus rei intelligentia. Dind.

380. οἶκοι Junt. i. iii. Dind.

382. Conjeci olim χρησίμων, ut ἐστὶ sit licet. Nunc vulgatum præfero: utile est, prius ejus orationem (consilia) audire. Dind. Citat Suidas v. μαθόν. Pors.

383. τῆς ὀργῆς χαλᾶν. In Vesp. 735. τὴν ὀργὴν χαλάσας. utrumque recte. Berg. Subint. ad genit. τι aut simile quid. Ita ἀνιέναι dupliciter struitur Ran. 712. Vesp. 572. Dind. Male hic continuatur persona Pisthetæri, ubi ponenda erat persona chori, ut ex sensu totius loci manifestum est. Postquam enim chorus avium dixit, se pedem referre velle, epops recte subjicit, justum esse, ut aves ea in re sibi gratificentur etc. Kust. ἄναγ' ἐπὶ σκέλος. Hæc verba in omnibus libris Pi-

sthetæro continuantur; recte: socio hæc dicit, qui in procinctu stat, paratus ad excipiendum avium impetum. Male ista intellexit Kust. Brunck. Hesych. ἐπὶ σκέλος· εἰς τὰ ὀπίσω, id est, retro. Eurip. Phœn. 1419. ὡς δ' ἄπορον ἧκων δόρος, ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖ. Chion ep. 3. ἀνάγετ' οὖν ἐπὶ πόδα, ἔφη, καὶ βουλεύσασθε. Xenophon p. 279, 40. ed. Steph. ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα. Berg. ἀνάγειν habet vim medii, ut Xen. Cyrop. iii. 3. extr. παρεγγύησεν ἀνάγειν ἐπὶ πόδα, quod iv. 1. 2. ἐπανάγειν simpliciter. Dind.

385. Ald. ἐναντιώμεθα. lege ἐνηντιώμεθα. Bent. ἠναντιώμεθα. Ita et ed. Kust. contra metrum. L. ἐνηντιώμεθα. Vide Opusc. pp. xcii. 35. Pors. Ne spondeus in impari loco sit, Hermann. de metr. p. 117. pro ἠναντιώμεθα reponi jubet ἐναντιούμεθα. που Cod. Vat. — ἐναντιώμεθα. ἂν ἠντιώμεθα Reisig. i. p. 145. Intactam reliqui scripturam Ald. quum nondum repertum esset quod omni ex parte satisfaceret. Dind. ἐναντιώμεθα Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. ἠναντιώμεθα Junt. ii. Gel. Port. Lugd. Amst. Id.

386. In oratione nihil habetur, quo referri possit τῷ τρυβλίῳ. Monet quidem Scholiastes [etiam a Berg. laudatus, qui in not., non in textu habet τῷ γε τρυβλίῳ] ad syntaxin extrinsecus assumendum esse σύν. Atque eum neutiquam licet audiendum secutus est eruditus interpres: *quapropter ollam cum catino humi depone.* Quin etiam si σὺν extrinsecus assumseris, solœca erit oratio, ni alterum τε itidem deleveris. Lege vero punctis unice ademtis: τὴν χύτραν τε Τώ τε τρυβλίω καθίει. Finge autem Euelpidem, quem hic compellat Pisthetærus, binos oculos totidem acetabulis contra aves armasse, et clara illico evadent omnia. Sin constaret, quod tamen ne veri quidem simile est, eum utrique oculo unum catinum obtendisse, scribi oporteret, καὶ τὸ τρυβλίον καθίει. Dawes. Hic versus sic, ut eum exhibui, digestus et scriptus est in A. B. optime. Vulgo in duos dimetros divisus est, quorum posterior claudicat: ἡμῖν· ὥστε τὴν τε χύτραν. Insertam copulam τε, ut versus acatalectus fieret, a mala manu esse res ipsa ostendit. χύτραν priorem corripit, proinde pes est iambus, qui in metro trochaico locum non habet. Vitium sensit Dawes. et sine codicis ope emendavit: ἡμῖν· ὥστε τὴν χυτράν τε. Nostram lectionem prætulisset, si iisdem usus fuisset codicibus. At idem vir sagacissimus recte conjecit, in seq. versu scribendum esse τώ τε τρυβλίω in duali. Sic perspicue scriptum in membr. In duobus aliis perperam, ut in primariis edd. τῷ γε τρυβλίῳ. In recentioribus τῷ τε τρυβλίῳ. Inepta est Scholiastæ interpretatio statuentis ellipsin præposit. σύν. Quin ea locum habere possit, obstat copula τε. Brunck. τώ τε τρυβλίω absque iota subscr. legendum. Est dualis. Reisk. τήν τε χ. Bloo. Sine accentibus Græca Daw. dedit; itaque haud dubie ἥμιν voluit, ut jam olim versus causa edidi (cf. Valck. ad Eur. Phœn. p. 288.), sed alterum etiam debueram recipere, quod perperam tuitus sum loco Theocr. xxi. 15. ubi χύτραν prima longa; sed alia est Atticorum poetarum ratio. Dind. Lege ἥμιν. Bent. L. ἥμιν. τὴν χύτραν τε Τώ τε τρυβλίω Dawes. Misc. Crit. pp. 296. 191. τῷ γε Ald. Postea mihi dixit se malle ἢ πρίν. Vide an ἄγουσ' ἡμῖν ἔθ'. *magis etiam quam antea.* Pors. Dele ista, Vide an etc. De ἥμιν, ὕμιν, vide Porson. præf. Hec. p. 37. ad Plut. 286. et Pac. 582. Elmslei. Præf. Œd. T. In Lys. 124. ἐστὶν ἡμῖν quivis emendabit. Dobr. τήν τε χύτραν metrici emendatio est dimetros expetentis. τὴν χύτραν habet scholiastes p. 434, 25. Nondum tamen hic versus persanatus. ἡμὶν enim, quod est ab Brunckio profectum, non videtur dixisse Aristophanes. Dind. Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν | ἡμῖν. ὥστε τήν τε χύτραν | τῷ γε τρυβλίῳ καθίει. In Junt. ii. Gel. Port. Lugd. Amst. eodem modo, sed in fine, τῷ τε τρυβλίῳ κ. Id.

390. Vulgo sic leguntur hi versus: τῶν ὅπλων ἐντὸς παρὰ τὴν χύ- | τραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας. Prioris corrupti sunt numeri, siquidem dactylus est in tertia sede, quæ solum trochæum, vel ejus solutionem, tribrachyn, admittit. In membr. scriptum: τῶν ὅπλων ἐντὸς παρ' αὐτὴν χύτραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας, unde facilis erat metri restitutio: τῶν ὅπλων ἐντὸς παρ' αὐτὴν | τὴν χύτραν, ἄκραν ὁρῶντας. Brunck. Sed quid hæc sibi volunt? Vertit Brunckius: "et hastam oportet, hoc inquam veru, nos deambulare tenentes intra castra, ad ipsam ollam, extremam eam respicientes e propinquo." Quid? ad ollam ut hic respiciendum sit? et ad extremam quidem? et ex propinquo? Hæc nemo concoquat. Scilicet, ut ex v. 43. didicimus, uterque horum gestabat ollam, quam humi nunc deposuere, ubi res factæ tranquilliores et quæ ad pacem spectare videantur, ita tamen, ut neque jam castra, designata ollis positis, relinquenda et prope longeque etiam circumspiciendum sit, ne de improviso circumveniantur. Certe tam congrua loco hæc sententia, ut vera esse debeat. Atqui eam præstabunt

verba, levissima mutatione sic emendata: *καὶ τὸ δόρυ χρὴ, τὸν ὀβελίσκον, περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς, τῶν ὅπλων ἐντὸς, παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν, μακρὰν ὁρῶντας | κἀγγύς· ὡς οὐ φευκτέον νῷν.* HOTIB. *τῶν ὅπλων ἐντός.* Synesius epist. 103. *δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἔθεον, ὡς μηδενὶ μαντέως δεῖν, ὅτι πολεμίους πεφόβηνται καὶ σπεύδουσιν εἴσω ὅπλων γενέσθαι.* Thucyd. lib. i. c. 111. *καὶ τῆς γῆς ἐκράτουν ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ τῶν ὅπλων· οἱ γὰρ ἱππεῖς τῶν Θεσσαλῶν εἶργον.* Idem initio lib. iii. c. 1. *καὶ προσβολαί, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, ὅποι παρείκοι· καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον, τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν.* Ubi Scholia vocem *ὅπλων* exponunt per *ὁπλιτῶν*, ut *ἐντὸς τῶν ὅπλων* etiam sit, *intra armatos, intra castra.* Sic potest illa vox etiam apud Comicum accipi; loquitur enim quasi de castris. Versio tamen hujus loci ad mentem Scholiastæ est composita. Etsi non prælientur, tamen ad ollam, quæ pro clypeo est (*παρὰ τὴν χύτραν*), limis respiciendum esse dicit, quia hostibus non est fidendum. BERG. Reisk. hæc notavit: "*αὐτήν.* Si *ἀϋτὴ, clamor, tumultus, bellum* quoque potest notare, mallem hoc. Alias *αἰχμὴν* erit legendum." Nihil mutandum (præter ea quæ Brunck. emendavit.) Finguntur Pisth. et Euelpides se in castra recepisse. Ille vult armatos tamen in castris ambulare non longe ab olla remotos, quæ extremo loco posita erat, et ut illam semper respicerent ne scilicet auferretur. DIND. Rav. *τῶν ὅπλων ἐντὸς, παρὰ* (*ἐπὶ* Cod. Vat.) *τὴν χύ | τραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας.* Veram scripturam ante Brunck. restituerat Dawes. ID. Post *χύτραν* non interpungitur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. ID. *παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας* Dawes. Misc. Crit. p. 191. PORS.

391. Lege *ἄντην ὁρῶντας*: ut Homer. Ιλ. Τ. 15. *ἄντην εἰσιδέειν.* BENT.

392. *νῷν* Ald. Junt. II. Crat. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. *νῶιν* Junt. I. III. Ven. I. II. DIND.

393. *ἐτεὸν* numquam extra interrogationem est apud Comicum. [Itaque etiam *ἐτεόν*; edidit Berg. Ita etiam Brunck. censuit (in Ind.), tamen h. l. colon post *ἐτεὸν* posuit. DIND.] et vix potest commodius verti, quam hoc modo: *sed certe, aut dic verum.*—*ἦν δ' ἄρ' ἀποθάνωμεν κ. λ.* Eurip. Iph. Taur. 625. *τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ' ὅταν θάνω*; BERG. In illo loco Iphigenia respondet, *πῦρ ἱερὸν ἔνδον χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.* DIND.

394. *κατορυγησόμεσθα.* Perperam libri scripti *κατορυχθησόμεθα*, impressi *κατορυχθησόμεσθα τοῦ γῆς*, corruptis numeris. Facilem emendationem præceperat Dawes. BRUNCK. Lege *κατορυγησόμεσθα.* BENT.—*κατορυχησόμεσθα* Elmsl. in the Classical Journal, N. XVI. p. 439. Vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 318. DIND. *κατορυχθησόμεσθα* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. ID. *κατορυγησόμεσθα* Dawes. Misc. Crit. pp. 293. 191. PORS.

395. Schol. Hæc mutila et mendosa descripsit Suidas v. *Κεραμεικός.* PORS. *ὁ Κεραμεικός.* Quia ipsi ollis et catinis *fictilibus*, quæ Græce *κεράμεια* dicuntur, utebantur loco clypeorum, dicere vult, Si ista *κεράμεια* ab hostibus frangantur et cumulentur, futurum ex illis *Κεραμεικόν*, in quo sepeliri possint, ut Athenis in Ceramico sepeliuntur, et quidem publice, qui in bello ceciderunt. BERG. Erat locus extra urbem (nam et alius Ceramicus fuit intra urbem), ubi cæsi in præliis sepeliebantur publice habebanturque in eorum laudem orationes (*λόγοι ἐπιτάφιοι.*) V. Meursii Ceramicus geminus, t. iv. Thes. Antt. Grr. Gronov. DIND. *ὁ κακραμεικὸς* vitiose Junt. I. III. ID.

396. *δημόσια* neutrum est plurale adverbii vicem sustinens. Perperam vulgo *δημόσιᾳ*, contra metri rationem. BRUNCK. *δημοσίᾳ*, quod metrum postulat, recte ed. Ald. atque ita citat Dawes. Misc. Crit. p. 191. Perperam ed. Kust. *δημοσίᾳ.* Confer Ran. 102. Euripid. Iph. Aul. 1373. Imò *δημόσια* recte Brunck. PORS. *δημοσία* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. etc. *δημοσίᾳ* Port. Lugd. Amst. DIND.

398. *μαχομένω τοῖς πολεμίοισιν.* Sic optime membr. Vulgo pessumdato metro *μαχομένω τοῖσι πολεμίοις.* In B. *μαρναμένω τοῖς πολεμίοισιν*, bene, quod ad duas postremas voces. Qui in bello occubuerant Athenienses, publice in Ceramico sepeliebantur. Vid. Meursii Ceramicum c. 22. Orneæ nomen est urbis inter Corinthum et Sicyonem sitæ, de qua vid. Strabo p. 586. Lusus est in paronomasia. [Ludit hic etiam in vocibus *ὄρνεα, aves*, et *Ὀρνεαί*, quod est nomen proprium urbis in Peloponneso. BERG.] Infra 967. ubi fatidicus oraculum edit de societate inter duos illos Athenienses et aves inita eorumque communi in aëre domicilio, obscure istud innuit, Ornearum situm memorans, *τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.* BRUNCK. Add. Hesych. v. *Ὀρνειαὶ* et intpp. Debuerat proprie dici *ἐν ὀρνέοις*, ut antea *ἐν κεραμείοις.* DIND. — *τοῖς πολεμίοισιν* Rav. *τοῖσι πολεμίοις* Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. ID. *τοῖσι πολεμίοις. τοῖσιν* Dawes. Misc. Crit. p. 191. PORS.

400. Male Brunckius, ne monito quidem lectore, ἄπαγ' dedit pro ἄναγ', quem temere secutus Italus. Hotib. Est haud dubie ap. Brunck. operarum error. ἄναγ' etiam h. l. est redi. κατάθου, depone, ut ὁπλῖται deponunt δόρατα apud clypeum. Dind. Στροφὴ κώλων ζ' præf. in Ald. Junt. i. ii. iii. etc. ἄναγ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id.

401. κύψας. Leg. κρύψας. Quid autem sequente versu pro τὴν ὀργὴν legendum sit, non exputo. Num τὴν ὀσφύν? Reisk. At ita comica totius loci vis perit. Dind.

402. Male παρὰ καὶ ὀργ. Lugd. ἐπὶ τὴν Cod. Vat. Dind. "Citat Suidas v. ὁπλῖται." Toup. in Suid. ii. p. 176. Pors.

403. κἀναπεσθώμεθα Ven. i. ii. Raph. τινές ποτε Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. Dind.

405. Hic vulgo legitur sine ulla metri forma, ἐπὶ τίνα τ' ἐπίνοιαν. ἰὼ etc. Versus hi sunt anapæstici, qui paræmiaco concludi debent. Vix aliter scribere potuit poëta ac eo quo versum reconcinnavi modo, καὶ τίν' ἔχοντές γ' ἐπίνοιαν. In Pac. 104. τίνα νοῦν ἔχων; Brunck. Hæc ita corriges digeresque: Κἀναπυθώμεθα τούσδε, τίνες, πόθεν, (anapæst. dim.) ἐπὶ τίνα τ' ἔμολον γ' ἐπίνοιαν. (anapæst. parœm.) ἰὼ Ἔποψ, σέ τοι καλῶ. (iamb. dim.) Proceleusmaticus ἐπὶ τίνα anapæsticum haud dedecet, ut et alibi monui, secundum Hephæstionem. Noster similiter Nub. 917. διὰ σὲ δὲ φοιτᾶν, quem versum omittenda copula pessumdedit Brunckius. Hotib. Utraque emendatio nimium recedit a communi codd. scriptura; hiulca Hotibii. Potuerit postremus reliquis non mutatis facilius scribi: ἐπὶ τίνα τ' ἦλθον γ' ἐπ. ut ἦλθον ob præcedens ἔμολον excidisse putetur. Invern. male præeunte cod. Rav. ἰὼ præcedenti versui addidit. ἐπὶ τίνα ἐπίνοιαν, est, ad quod consilium, commentum, perficiendum, i. e. quo consilio. Reisigius i. p. 261. ποίαν τίν' ἔχοντ' ἐπίνοιαν. Non esse hunc et præcedentem versus anapæsticos statuunt Herman. in Elem. doctr. metr. p. 377. et Elmsl. in the Edinburgh Review, Part xxxvii. p. 93. Quæ res nobis parum credibilis videtur, desideramusque simile exemplum de Aristophane. Dind. ἰὼ sequenti versui additur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id.

406. ἰὼ Ἔποψ σέ τοι καλῶ. In Plut. 1100. σέ τοι, σέ τοι λέγω, Καρίων, ἀνάμεινον. Berg. Antistrophicam responsionem in his versibus explicuit Reisig. i. p. 285. Dind.

408. τίνές ποθ' Ven. ii. Wech. Brub. Raph. Lugd. Dind.

in tertia sede pes est tribrachys. In B. constant numeri, Λάμπων δ' ὄμνυσίν γ' ἔτι καὶ νῦν. Sed fulcrum librario debetur. In membr. syllaba deficit et pro tribrachy pyrrhichius est: Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νῦν. Remedium non alibi quærendum erat, quam in restitutione sinceri vocum ordinis: Λάμπων δ' ἔτι καὶ νῦν ὄμνυσιν. Id ut facillimum, ita certissimum est. Quia dissolutis incedit pedibus versus anapæsticus, in quo per singulos pedes, vel saltem per singulas dipodias, pars orationis absolvitur, sæpissime in hoc metro peccarunt librarii, vocum ordinem invertendo. Festiva Kusteri nota prætermittenda non est. At vero, o bone, *ingenio* tuo male utere. Mallem non ita *ingeniosum* te fuisse et syllabarum quantitates paulo melius didicisse. ὄμνυσιν tibi dactylus est: atqui mediam semper producit. Thesm. 272. ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ', οἴκησιν Διός. Idem est syllabæ modulus in tertia ac in prima singulari. In duali vero et in plurali analogiam sequitur reliquorum verborum in μι. Ut τίθησι, δίδωσι, ἵστησι, sic ὄμνυσι media longa: ut τίθετε, δίδοτε, ἵστατε, sic ὄμνυτε media brevi. Nub. 948. ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι — τῷ δ' ἄρ' ὄμνυτ', ἢ —. In præstantissima autem illa tantisque elata laudibus editione Berglero-Burmanniana pessima priorum lectio servata fuit, nec ad hunc versum quicquam adnotatum. BRUNCK. Repone, secundum Brunckii membranam, quæ ὄμνυσ' exhibuit, et Kusterum, qui νυνὶ legendum esse conjecerat: Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ τι. Minus hæc violenta medicina, qua etiam id assequimur, ut ne ingrate νῦν occultetur in thesi, vox gravissima, quod fit, si cum Brunck. rescribas: Λ. δ' ἔτι καὶ νῦν ὄμνυσιν —. HOTIB. Λάμπων. Iste erat vates: mentio ejus et infra 989. ὄμνυσι τὸν Χῆνα. Scholia: ὅτι πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ οὕτως ἐπετήδευσαν ὀμνύναι. V. ad Vesp. 83. BERG. Socrates pro μὰ Ζῆνα s. Δία sæpe dixit μὰ Χῆνα, et Rhadamanthus, Cretæ rex, ap. Schol. traditur, omnibus civibus interdixisse, ne quis per deos juraret, sed per animantes jurandum esse. WILAND. ὄμνυσιν ἔτι καὶ νυνὶ Kuster. qui et delet τις. Debuit ὄμνυσ', cætera recte. νυνὶ pro νῦν legendum in Strattid. apud Athen. xiii. 6. p. 589. A. εἰσὶν δὲ πόθεν αἱ παῖδες αὗται καὶ τίνες; Νυνὶ μὲν ἥκουσιν Μεγαρόθεν εἰσὶ δὲ Κορίνθιαι· Λαῒς μὲν ἥδε Μεγακλέους. et Alexid. apud Athen. viii. 4. p. 338. E. In marg. ed. 1532. Dele τι et lege ἔτι καὶ νυνὶ, ut Vesp. 1032. Sed voluit, "Dele τις," ut liquet ex ejus nota ad Phœn. 412. PORS. Vide Porson. ad Pac. 649. Demosthenes c. Aristocr. p. 421. n. 183. (659.) ἐξαπατώντων τι τῶν Λακεδαιμονίων. In Strattide Ms. ἡ μέγα κλέος ἰδέ. Quod fere nescias utrum e superiore versu defluxerit, an corruptum sit ex ἥδε, varia lectione pro ἡ. Prius putat Aug. Meineke, Cur. Crit. p. 70. qui Μεγακλέους timide conjicit. Subaudiendum παλλακὴ, vel potius γυνὴ, per ironiam qua et nostrates utuntur. Compara ἡ δὲ Διοπείθους ἀειδὴς Τέλεσις, Philetær. Athen. xiii. p. 587. E. DOBR. ἐξαπατᾷ τις τί Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. ὄμνυσ' Cod. Vat. DIND.

522. ἀγίους τ' ἐνόμιζον. Ms. Vat. U. καλούς τ' ἐνόμιζον. KUST. Hinc olim conjeci scribi posse, μεγάλους τε καλούς τ' —. DIND.

523. Mutantur versuum numeri, quia indignatio crescit, cui exprimendæ celeres dimetri anapp. magis inserviunt, quam tardiores tetrametri. DIND. Μανᾶς. Μανῆς est nomen servile. Infra 1311. et 1329. et alibi. Pherecrates apud Athenæum vi. p. 263. οὐ γὰρ ἦν τότε οὔτε Μάνης οὔτε Σάκης οὐδενὶ δοῦλος. V. supra ad v. 31. BERG. Et ad Ran. 995. etiam Intpp. Hesych. V. Εἰς ἀγρὸν Μανῆς. 523-38. oppositi sunt versibus 611-25. μάνας Bloc. DIND.

524. μαινομένους. Propter præcedens Μανᾶς hoc intulit. BERG. Ludit enim, ut sæpe, in vocabulorum affinitate. DIND.

525. κἂν τοῖς ἱεροῖς. Nam in templis tutæ debebant esse aves, tamquam diis supplices; nefas autem violare supplices. Hinc cum Aristodicus Cumæus in templo apud Branchidas nidos avium detraxisset et pullos exemisset, ex adyto talis vox audita fertur: ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιέειν; τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραΐζεις; ut est apud Herodotum in Clione 159. Apud Euripidem tamen Ion æditus Apollinis Delphici pellit aves e templo in cognomini dramate 106. πτηνῶν τ' ἀγέλας, αἳ βλάπτουσι σέμν' ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς φυγάδας θήσομεν. Mox ibi avibus advolantibus minatur, se eas jaculo petiturum, ubi inter alia v. 170. ἔα, ἔα. τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα; μῶν ὑπὸ θριγκοὺς εὐναίας καρφηρὰς θήσων τέκνοις; ψαλμοί σ' εἴρξουσι τόξων. οὐ πείσῃ; χωρῶν ἐν δίναις ταῖς Ἀλφείου παιδούργει ἢ νάπος Ἴσθμιον. BERG. κἂν Lugd. Amst. DIND.

526. ἐφ' ὑμῶν Ald. Junt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. ἐφ' ὑμῖν Junt. II. Gel. Port. Lugd. Amst. DIND.

527. B. Athenæus i. p. 25. D. οὐδὲ τὸν ἀέρα δ' ἥρωες τοῖς ὄρνισιν εἴων ἐλεύθερον, παγίδας καὶ νεφέλας (retia) ἐπὶ ταῖς κιχ-

λαις καὶ πελειάσιν ἱστάντες. Vide et supra 195. Berg. Pro ῥαβδοὺς in Schol. adnotatur var. lect. σταυρούς, sensu non mutato. Nam et σταυροὶ sunt *ligna erecta*. V. Hesych. et Tho. M. p. 808. Dind. παγίδας vitiose Ven. I. II.—"σταυροὺς alii, non ῥάβδους." Not. Scal. Id.

528. ἕρκη. Etiam retis species. Eurip. Bacch. 955. καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις, ὄρνιθας ὥς, λέκτρων ἔχεσθαι φιλτάτοις ἐν ἕρκεσι. Berg. Πηκτάς. Suid. in Πηκτή. καὶ πηκταὶ θηρευτικὸν ὄργανον παρ' Ἀριστοφάνει. Brunck. Sunt etiam retium species, ita dictæ, quoniam compinguntur (πήγνυσθαι, ut πῆξαι ἐπ' ὀρνίθων ἄγρην Bianor in Const. Cephalæ Anthol. p. 118. Reisk.). ἱστάναι παγίδας ὄρνισιν etiam Æsop. fab. 46. Dind. V. Photii Lex. p. 17. (ἕρκη πλεκτά τινα ἐκ τριχῶν οἱ Κωμικοὶ οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν.) Comicis præiverat Hom. Od. X. 468. ἠὲ πελειαὶ Ἕρκει ἐνιπλήξωσι. add. L. Bos. Obss. Critt. p. 162. et Musgrav. ad Eur. Med. 991. Id. ἕρκει male Ven. I. II. Raph. Id.

529. s. λαβόντες scil. ὀρνιθευταί, aucupes. Pro ἀθρόους ex grammaticorum præceptis scribendum esset ἄθρους, sed v. Piers. ad Mœr. p. 20.—οἱ δ', *homines*, scil. emturi. βλιμάζειν Hesych. interpretatur τὸ τοὺς ὄρνιθας ἐκ τῶν στηθῶν πειράζειν. Zonaras i. p. 394. τὸ τοῦ ὑπογαστρικοῦ καὶ τοῦ στήθους ἅπτεσθαι, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τὰς ὄρνιθας ὠνούμενοι. Dind.

530. οἵδ' ὠνοῦνται Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. Dind.

531. Fo. κοὐδ' ἄν, ἐπείπερ. Bent. ταῦτα δοκεῖ. Mallem ταῦτ' ἐδόκει. Berg. Causam non video. Brevius dictum pro, facere hoc iis liceret, si ita videretur. Dind. δρᾶν Junt. II. III. Id.

532. ὑπτησάμενοι. Subauditur μόνον, cujus adverbii frequentissimam esse ellipsin monui ad Conc. 342. Æschines c. Tim. p. 91. οὐκ ἠγνόουν, ὅτι ὑπερόψεται τὸν ὅρκον, ὦ Ἀθηναῖοι ἀλλὰ καὶ προεῖπον ὑμῖν. Ad quem locum facete Reisk. "pro οὐ μόνον οὐκ ἠγνόουν. Sed illi breviloquentiæ studiosi Attici solent illud οὐ μόνον similibus huic locis omittere, *me quidem haud probante*. Verum ita solent." O male factum, quod Periclis ætate Reiskius non vixerit! Quam bene ille sermonem constituisset Atticum! Brunck.

533. Infra 1581. ἀλλ' ἐπικνῶ τὸ σίλφιον. A κνῆσαι τυρὸν venit τυρόκνηστις. Brunck. De silphio s. laserpitio v. ad Plut. 926. ἐπικνῆσαι est terere et tritum adjicere. Dind.

534. Lege συντρίψαντες: vid. Schol. Bent. καὶ τρίψαντες. Leg. καὶ στρέψαντες, ollam cum jure circumquassantes, περιδινήσαντες. Reisk. Nimirum visum ei est τρίψαντες superfluum, sed talis redundantia sermoni familiari est propria. Dind.

535. V. infra 1637. Berg. κατάχυσμα est i. q. ζωμός. V. Hesych. Photius p. 108.

536. κατεσκέδασας Bloc. Dind.

537. s. Distinguendum est et scribendum, ὑμῶν, αἵων ὥσπερ κενεβρίων. Reisk.

538. Lege κενεβρείων. Bent. κενεβρίων. Suidas: θνησιμαίων. κενέβρεια γὰρ τὰ νεκριμαῖα, κατὰ ἐναλλαγὴν στοιχείων. Hesych. κενέβρια, τὰ θνησίδια καὶ νεκριμαῖα κρέατα. Galenus per diphthongum scribit κενέβρεια. Locum dabimus in supplemento fragmentorum. Brunck. Scribendum κενεβρείων, ita flagitante metro. Infinitis in nominibus desinentibus in ειος, εια, ειον, Attici ε diphthongi eximunt; sed tum quod remanet ι breve est, ut in ἱερία, βάκχιος, ὑπτάνιον, ὀρνίθιος. Proinde remanet κενεβρίων, cujus usus, ubi correptam syllabam metri lex flagitat, hic pro κενεβρείων stare non potest. Id. Vide Erotian. p. 204. ed. Franz. Dind. αὐτῶν Amst. Id.

539. Hi versus antistrophici sunt, et respondent strophæ, quæ incipit v. 451. Quandoquidem Kusterus aliique ante et post eum ista distinguere instituerant, priore in loco strophæ titulum, in hoc vero antistrophæ ponere debebant, ut sibi saltem constarent. Nec id omisisset Kusterus, si primarias inspexisset editt., quarum in recensendo textu fidem secutum se fuisse mentitur. Prorsus inutiles sunt isti tituli textum fœde intersecantes: nihilo tamen minus natura horum versuum dignoscere oportebat, qua perspecta facile erat animadvertere, secundum antistrophæ perperam vulgo in duos versiculos divisum esse. Congruit versui 452. et ita digestus est in tribus codd., ut eum exhibui. Brunck. Quod Inv. e Rav. πολὺ δή, πολύ ἂν pro πολὺ δὴ bis posito dedit, nescio quid h. l. ἂν sibi velit. In choris Tragicorum solent eadem vocabula bis poni, estque hoc animi vehementer commoti signum. V. Eurip. Phœn. 820. 1026. 1043. etc. Sed et extra chorum, ut Soph. Electr. 675. Dind. Non animadverterunt interpretes apertam quæ in his est imitationem verborum Euripidis in Alcest. v. 456. ed. Matth. πολὺ δή, πολὺ δὴ γυναῖκ' ἀρίσταν, ubi alio modo in editione I. Lascaris peccatum, quæ alterum δὴ omittit. Aliam ex Alcestide imitationem indicatam vide ad v. 1236. Id. Ἀντιστροφὴ κώλων ια' præf. in Ald. Junt. I. II. III. etc. Chori nomen non

præf. in Ald. Junt. I. II. III. etc. πολὺ δὴ πολὺ δὴ χαλεπ. Ald. Junt. I. II. III. Brub. Gel. Port. etc. Semel tantum πολὺ δὴ in Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. Id.

540. Duo versus, quorum secundus ab ἀδάκρ. incipit, in Ald. Junt. I. II. III. etc. Dind. ἄνθρωπ' ἐδάκρυσά γ' Bloc. Id.

541. κάκην. Eurip. Iph. Taur. 676. καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι, ubi vid. not. Barnesii. Berg. Ita κάκη, ignavia, (i. q. κακία) Plat. Polit. v. p. 463. τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ἀποβαλόντα ὅπλα διὰ κάκην, et Menex. 18. εἴκοντας κάκῃ. V. Ruhnk. ad Tim. p. 152. Dind.

542. Lege παραδόντες. Bent.

543. ἐπ' ἐμοῦ, *me vivente, mea ætate.* Perperam in membr. ἐπ' ἐμοί. Brunck. Alii *in me, mea persona.* V. Dorvill. ad Char. v. 6. p. 455. καταλύειν est *finire, tollere.* V. Abresch. Dilucc. Thuc. p. 323. Dind. "ἐπ' ἐμοῦ, *me vivente, mea ætate.* Perperam in membranis ἐπ' ἐμοί," says Brunck. But so far were these honors from having been abolished in the time of the Chorus, that they had never before been even heard of by the Chorus. (See v. 467. and 470.) They, who know that ἐπ' ἐμοὶ signifies *to my hurt* or *disadvantage,* will not approve of Brunck's disregarding the manuscripts in this instance. The preposition ἐπὶ sometimes marks an evil tendency or intention, in which case it governs a dative of the subject to which the evil tends, or is directed. Xenoph. Anab. vii. 7, 23. (compared with vii. 6, 13.) ἐγὼ ἔχω παρὰ σοῦ ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὐδέν, i. e. as a bribe to betray the interests of the soldiers. Demosthenes, περὶ παραπρεσβ. χρήματα οὗτοι μὲν ἔχουσιν ἐφ' ὑμῖν. Demosth. in Aristocrat. τίνος ἕνεκα ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως οὕτως ἃ βούλεται διαπράξασθαι συλλάβωμεν αὐτῷ; καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ὄντα; *and that too when his enterprises tend to our own detriment.* John Seager.

544. σὺ δ' ἐμοὶ κατὰ δαίμονα καὶ κατὰ—. Posterius κατὰ in libris omnibus omissum librariorum negligentia, quibus ad syntaxin inutile visum est: et ita quidem res est; sed ad metrum omnino necessarium est. Brunck. Vulgo legebatur: σὺ δέ μοι κατὰ δαίμονα καὶ | συντυχίαν—σωτήρ. Inv. cum Rav. καὶ συν- priori versui addidit. Sed ita non cum strophico 456. convenit. Bentl. addit τινά. In Eqq. 147. ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν. Hippocrates epist. 12. κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδρόμηκε. Berg. κατὰ δαίμονα, deo favente, bona fortuna, i. q. σὺν δαίμονι Theocr. ii. 28. Dind. L. κατὰ δαίμονα καὶ κατὰ ut strophico suo versus respondeat. Vide sup. 456. Pors. σὺ δέ μοι Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. etc. Prima syllaba voc. συντυχίαν ad sequ. versum refertur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Port. etc. ξυντυχίαν Bloc. Dind.

546. ἀναθεὶς est *curæ tuæ committens.* Non tantum de iis verbum dicitur, qui onus alicui imponunt (v. Tho. M.), sed etiam qui in templo aliquid reponunt et dedicant. Similia quædam in fabula Æsop. 286. ed. Ern. Dind.

547. Lege οἰκίσω. Bent. L. οἰκίσω ob sensum et metrum. Pors. Vulg. scriptura τὰ νεόττια κ. οἰκ. δὴ optime respondet strophico 459. sed ab eo discrepat, quod e Rav. dedit Inv. τά τε νεοττ. κ. οἰκήσω (sine δή). Quod autem mox e Rav. receptum ἀλλ' ὅ τι χρὴ δρ. præstat vulgato ἀλλὰ τί χρ. δ. Dind. Cod. Rav. et Venet. τά τε νεόττια. Quare τά τε νοττία dedi. Vix repertum iri puto qui τε in hoc loco rejicere quam νοττία scribi malit. Notum est grammaticorum præceptum hanc vocis formam ab Atticorum usu alienam judicantium: de quo Hemsterhusius ad Plutum p. 363. et Lobeckius ad Phrynichum p. 206. 207. Sed νόσσον (scr. νοσσόν cum Lobeckio) ex Æschyli Κήρυξιν produxit Antiatticista in Anecdotis Bekkeri p. 109, 22. Deinde legebatur οἰκήσω δή. δὴ eorundem librorum auctoritate omisimus. Id. κα' μαυτὸν Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. κᾀ 'μαυτὸν Brub. Post οἰκήσω additur δὴ in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. τὰ νεόττια—οἰκήσω δὴ Bloc. Id.

548. ἀλλὰ τί χρὴ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. ἀλλ' ὅ τι Rav. Dind.

550. Post εἶναι subintelligendum δεῖν. Vid. L. Bos. Ellips. p. 596. ed. Schæf. τὸ μεταξὺ id, quod inter cœlum et terram est. Dind.

551. κύκλῳ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. κύκλῳ Port. etc. Dind.

552. πλίνθοις ὀπταῖς. Herodotus in Clione 179. ubi describit, quomodo Babylon fuerit ædificata: ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανάς, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. Berg. Add. Diod. S. ii. 7. Dind.

553. ὦ Κεβριόνη. Sic legendum, nisi forte hæc verba e Dorico quodam carmine transsumsit Comicus, (ita censuit Inv. qui Κεβριόνα restituit. Primam in Κεβριόνα productam esse ex necessitate, quod aliter stare hoc nomen in versu non potuerit, monet Porson. præf. ad Eurip. i. p. lxiii. Dind.) quod probabile non est. Vulgo Κεβριόνα, qui vocativus a recto Κεβριόνης ultimam corripit.

Brunck. Cebriones fuit unus ex gigantibus; hic autem tanquam avem eum nominat simul cum Porphyrione, qui etiam fuit gigas; sed est etiam ejusdem nominis avis quædam. V. infra 1219. Facit autem istorum mentionem, quia et ipsi contra deos insurgunt, ut gigantes. Berg. σμερδαλέον est φοβερὸν, ἐκπληκτικὸν Hesych. Hom. Il. B. 309. et alibi. De Porphyrione gigante v. Apollod. i. 6, 2. ibique Heyn. Cebriones memoratur eidem Apoll. iii. 12, 7. extr. p. 334. auriga Hectoris Hom. Il. Π. 727. ss. Dind. Scribendum, σμερδαλέον.— σμερδαλέων Wech. Id. Κεβριόνα legit Dind. F.

554. κἀπειδάν. Sic recte B. Vulgo κἄπειτ' ἄν. Brunck. L. κἀπειδάν. Pors. ἐπαναστήκη Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. ii. Wech. Brub. Gel. Port. Lugd. Amst. ἐπανεστήκη Ven. i. Raph. Dind.

555. γνωσιμαχήσῃ. Euripid. Heracl. 706. χρὴ γνωσιμαχεῖν τὴν ἡλικίαν, τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. Scholiastes Comici ad præsentem locum: γνωσιμαχῆσαί ἐστι τό, γνόντα ὅτι πρὸς κρείττονας αὐτῷ ἡ μάχη, ἡσυχάσαι ita et Hesych. sed addit, ἢ μετανοῆσαι ut hoc verbum non tantum significet, *agnoscere se imparem esse ad certandum cum aliquo;* verum etiam, *pœnitentia duci, improbare priorem sententiam et ei adversari.* Hinc Pollux vi. 115. conjungit μεταμελῆσαι, μετανοῆσαι, γνωσιμαχῆσαι, μεταγνῶναι, et similia. Berg. μὴ 'φῇ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Raph. Port. etc. μὴ φῇ Brub. In Ald. bis μὴ δ'. Sic et Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. (In Ven. ii. secundo loco μή δ'). ἐθελήσει —μαχήσει. Dind.

556. προυδρᾶν Junt. i. iii. Dind. προυδᾷν (h. e. προαυδᾷν) πόλεμον, est *indicere* bellum. Iota subscriptum in his infinitivorum formis esse omittendum multi grammatici censuerunt. V. Villois. ad Long. p. 12. προὔδᾶν Bloc. Id.

557. ἑστηκόσι habent et aliæ edd. et Mss., sed mendose. Scribendum enim est ἐστυκόσι (i. e. *penem arrectum habentibus*), ut recte monuit Guil. Canterus Nov. Lect. v. 3. Kust. Omnes quas vidi edd. ἑστηκόσι. Berg. ἐστυκόσι bene Berg. e Kust. nota edidit. Codd. enim male ἑστηκόσι. Brunck. Similis error fuerat Thesm. 165. De v. στύεσθαι v. Port. ad Suid. i. p. 1057. et Albert. ad Hesych. i. p. 1471. Narrantur Jovis furtivi amores. Dind. ἑστηκόσι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. etiam Port. Amst. Bloc, ἐστυκόσι Lugd. et in Exc. Scal. "ἐστυκόσι Guil. Canterus, non ἑστηκόσι." Id.

559. ἐπίωσ' ἐπιβάλλειν. Sic recte Ms. Vat. U. At in prioribus edd. versus hic laborat, quippe in quibus ita legitur: ἐπίωσι βάλλειν. Kust. In Thesm. 421. ταῖς γυναικωνίτισι σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι. Berg. ἐπίωσι βάλλειν: lege ἐπίωσ' ἐπιβάλλειν. Bent. V. Eustathius ad Homerum p. 363. Dind. ἥνπερ δ' ἐπίωσι βάλλειν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Id.

560. ἐπὶ τὴν ψωλὴν, i. e. *in mentulam.* Hoc enim sensu vox illa etiam legitur Lys. 143. et 978. Non autem ignorare debet lector, edit. Aldinam pro ψωλὴν hic habere κωλῆν. Quæ lectio et ipsa ferri potest. Nam et in Nubb. 985. vocem κωλῆ Schol. interpretatur αἰδοῖον, a qua significatione voc. κωλῆ forte fluxit epitheton Veneris Κωλιάδος: quamvis non ignorem, Grammaticos veteres aliunde vocis illius originem arcessere. Kust. In B. C. ἐπὶ τὴν κωλήν, quod consideratione dignum. Quemadmodum hæ voces hic commutatæ fuerunt, idem contingere potuit Nub. 989. 1018. ubi forte melius legeretur τῆς ψωλῆς et ψωλὴν μεγάλην. Sin quod ibi legitur, sincerum est, ex hoc loco significatio nomini κωλῆ tributa adstrui et confirmari potest, et hoc e duobus codd. recipiendum est. ψωλὴν est in membr. sicque primus edidit Fracinus. In duabus primariis edd. est κωλήν. Si res meo arbitrio permittatur, et hic et in duobus Nubb. versibus ψωλὴν prætulerim. — ἔτ' εἰς ἐκείνας. Sic B. C. In membr. male, ἔτ' εἰς ἐκείνας. Vulgo ἔτι κείνας. Brunck. Quod quidem Ionum magis est quam Atticorum. ἔτ' ἐκείνας Rav. Dind. ἐπὶ τὴν κωλὴν Ald. Junt. i. iii. Bloc. ἐ. τ. ψωλὴν Junt. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. ἔτι κείνας Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. Id.

561. τοῖς δ' ἀνθρώποις. De his legatis ad deos et ad homines mittendis dicit quidem et infra 1043. κήρυκα μὲν πέμψον, τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω κ. λ. Sed illi ad deos quidem non mittuntur, quod appareat; prius enim e diis veniunt legati Neptunus, Hercules, et barbarus quidam deus, qui adveniunt 1564., ad homines autem missus est legatus κατὰ τὸ σιωπώμενον, qui redit 1271. Berg. ὄρνιν abest Bloc. Dind.

562. Conjeci olim pro τὸ λοιπὸν exspectari potuisse τὸ πρῶτον, quia ὕστερον αὖθις sequitur, neque deos omni honore privare vult. Sed fortassis subintelligendum est, *primum omnium.* Dind.

564. τοῖσι θεοῖσιν. Sic ob metrum legendum et emendate scriptum est in B. Tum ὃς ἂν ἁρμόζῃ recte scriptum in tribus codd. Vulgo, τοῖσι θεοῖσι τῶν ὀρνίθων ὃ ἂν ἁρμόζῃ. BRUNCK. Lege ὃς. BENT. ὅσ' ἂν ἁρμόζῃ, vel 'ἂν ἁρμόζῃ. Recte ὃς ἂν Mss. et Bentl. PORS. Cod. Vict. ὅσ' ἄν. Recte dicitur ὅσα τῶν ὀρνίθων: sed alienum ab hoc loco. — ἁρμόζῃ in ἁρμόττῃ mutat Lobeckius ad Phrynichum p. 241. ἁρμόζειν, si tragicis dicere licuit, licuit etiam in anapæstis Aristophani. DIND. θεοῖσι τ. ὀ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. ὃ ἂν ἁρμ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. ἁρμόζει Ven. I. II. Raph. ID.

565. Venerem cum Phaleride jungit, alludens ad Phaleten s. Phallum, qui est penis coriaceus. BERG. Sic mox in ὀρχίλος et ἔνορχις ludit. DIND. πυρούς. Vocem πυροὺς in duobus continuis versibus repetiti, longe est ineptissimum, ubi singulis diis singulæ contribuuntur aves, quarum unicuique diversum quid offerendum est. In alterutro versu vocem illam πυροὺς ab oscitante librario pro sincera alia ex altero versu repetitam fuisse, statim quivis deprehendere potest. Aio in priorem versum male eam intrusam fuisse. φαληρίδι avi, quam Bœotus in Ach. 875. e sua dialecto φαλαρίδα appellat, quid apud nos Gallos sit nominis haud ego dixero. (Græcum nomen *phalaris* retinuit Camus ad Aristot. ii. p. 629. s. ubi ostendit, aquaticam fuisse avem, nec tamen definiri posse certo, quam nostrarum. DIND.) Adeat naturæ peritos, qui id scire volet. Sed quia Veneri consociatur, lascivam esse oportet, cui proinde nihil magis offerri convenit, quam κριθὰς, *hordea*, quia id nomen ambiguæ significationis est, unde more suo jocum captat Comicus, gratam Veneri mentulam innuens. Præterea in alimentis avibus præbendis sic junguntur κριθαὶ et πυροὶ, quum alibi tum mox v. 621. Vapulent ergo librarii, et, quamvis ringatur, si quis illorum patronus exorietur: tu vero, candide lector, meo periculo repone, ἦν 'Αφροδίτῃ θύῃ, κριθὰς ὄρνιθι φαληρίδι θύειν. Est aliud quid in hoc versu facetum, quod interpretibus ne suboluit quidem. Neptuno sacrum fit ove, Herculi bove, Jovi ariete. Quid ita? nullane victima Veneris aram imbuet? *Si quis Veneri immolet.* Quid? id ipsum, quo secreta celebrantur orgia, cujusque significatio latet in sequenti κριθάς. Ne credas alius cujusvis hostiæ poëtam hic meminisse. Ego nihil præterea mutari velim, tametsi facilis ratio est, qua omnia examussim exæquentur et sibi congruant. Necesse non est, verbum θύειν utroque in membro adesse, ut nec repetitur versu abhinc secundo. Proinde legere possis: ἦν 'Αφροδίτῃ χοῖρον, κριθὰς ὄρνιθι φαληρίδι θύειν. Sed nec ipse hoc valde probo, et jure quis objiceret, ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ 'φροδίτῃ θύεται. BRUNCK. Fo. Ἄρν' (vel οἶν,) 'Αφροδίτῃ θύων—θύσει vel θύου. BENT. Athenæus hujus loci mentionem faciens vol. iii. p. 195. φαλαρίδι scribit. DIND. Interpunctio post θύῃ deest Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. In Lugd. post πυροὺς comma, in Amst. post θύῃ. θύῃ πυρούς, ὀρν. ut Scholiastes Bloc. ID.

566. Ms. Vatic. U. οἶν θύῃ, i. e. *ovem sacrificet*. KUST. ἦν δὲ Ποσειδῶνι τις οἶν θύῃ. Sic membr. In aliis τις ὄν. Mendose in novissima Batava (Bergl.) τις νῦν. Sincerum est τις οἶν. Neptuno sæpissime ove vel ariete solo sacra fieri videmus; nullibi, quantum scio, sue solo, quod animal deo illi non immolabatur, nisi adjunctis alius generis victimis, idque in lustrationibus. V. Eustath. p. 1676, 32. ad hos Homeri versus in Odyssea [Λ. 130. s.]: ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι | ἀρνειόν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον. BRUNCK. Neptunum, deum *marinum*, conjungit cum anate, ave *aquatica*, quæ videtur a νέω, sive νήχεσθαι, *natare*, dici. BERG. οἶν Victor. Scholiastes p. 445, 35. γράφεται, Ποσειδῶνι βοῦν τὶς θύῃ. καθαγιάζειν Cod. Vict. DIND. ποσειδῶνι vitiose Ven. I. ὄν (pro οἶν) Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. "Ποσειδῶνι τὶς ὄν θύῃ Vet. non βοῦν τὶς," Exc. Scal. νῦττῃ Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. νήττῃ Brub. Gel. etc. καταγίζειν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. etc. ἦν Bloc. ID.

567. ἦν δ' 'Ηρακλέει τις βοῦν. Sic legendum. Perperam vulgo 'Ηρακλεῖ. Vid. not. ad Thesm. 169. Mendose hic rursus novissima Batava, τις ὄν. BRUNCK. Deum voracem jungit avi voraci. De Deo Pac. 731. τοὺς θ' 'Ηρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας. De ave Matron in parodia ap. Athen. iv. p. 134. —πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. BERG. De voc. λάρος (quo avis vorax, conchis inprimis vescens indicatur, Æl. N. A. iii. 20.) v. ad Nub. 592. et Hemst. ad Plut. p. 312. (ed. Lugd. B.) ναστοὶ erat genus magnorum panum, Athen. iii. p. 111. c., unde ναστὰ dicuntur quævis solida et magna. V. Intpp. Hesych. ii. p. 656. add. Phot. p. 210. Zonar. ii. 1387. DIND. μελιτοῦττας. Perperam codd. μελιττού-

τας, impressi μελιτούτας. V. not. ad Nub. 507. Brunck. Ellipsin hic esse copulæ καὶ dicit Scholiastes. Berg. At ναστοὺς adjective dicitur. Cod. Rav. et Scholiastes p. 445, 38. ἦν δ' Ἡ. θύη τις βοῶν. Recepi hoc, et θύειν post ναστοὺς lectum delevi. Dind. Athen. x. init. p. 411. c. 9. Locus est, τοιοῦτον οὖν αὐτὸν (Herculem) ὑποστησάμενοι ταῖς ἀδδηφαγίαις, καὶ τῶν ὀρνέων ἀποδεδώκασιν αὐτῷ τὸν λάρον, τὸν προσαγορευόμενον βουφάγον. Pors. θύη post Ἡρακλεῖ abest Ald. etc. μελιτούτας Ald. Junt. i. ii, iii. Crat. etc. μελιττούτας Lugd. Dind.

568. κἂν Διὶ etc. Ex Scholiis: ἐπεὶ καταφερὴς ὁ Ζεὺς καὶ μοιχός, διὰ τοῦτο ὀρχίλον παρέλαβε, διὰ τοὺς ὄρχεις· sunt autem ὄρχεις colei sive testes. Huc alludi patet, etiam quum dicit mactandum orchilo σέρφον ἔνορχιν, coleatum. Etiam in Vesp. 1511. fit mentio hujus aviculæ et simul allusio, sed non tam ad ὄρχεις, quam ὀρχεῖσθαι. Berg. Parvam esse aviculam orchilum, certum est; quæ dicatur, incertum. V. Camus ii. 576. s. A trochilo (roitelet, roitelet hupé) non differre putatur. Dind. ἔνορχιν σφαγιάζειν. Sic Ms. Suid. σέρφος, et mox ὀρνίθια. V. Lobeck. ad Phryn. p. 186. Id. ἔνορχιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Bloc. etc. Id.

569. σέρφον ἐνόρχην. Sic B. Alii, ut vulgo, ἔνορχιν. Alteram formam agnoscit Noster Lys. 661. Eqq. 1385. Brunck. Similiter πλακοῦντα ἐνόρχην προθύειν dixit Plato Comicus ap. Athen. x. p. 441. πρῶτον μὲν ἐμοὶ καὶ Κουροτρόφῳ προθύεται πλακοῦς ἐνόρχης ἄμυλος ἐγκύμων. Berg. Conferri possunt hæc apud Hesych. t. ii. p. 1416. Τρίκτειρα ἢ Τριττύα. θυσία Ἐνυαλίῳ. θύεται δὲ πάντα τρία καὶ ἔνορχα. Dind. ἔνορχιν Bloc. Id.

570. ἥσθην. Propterea jocosa ei res videtur serphus immolandus, quia verbum σφαγιάζειν magnis victimis convenit, non autem bestiolæ tam minutæ. Berg. ὁ μέγας Ζάν. Perperam in membr. Ζεύς. Ad hunc Comici locum respicit Eustath. ad Il. p. 436, 18. Brunck. Ζάν Eustathius ad Homerum p. 436, 18. v. 82. Dind. Ὕσθην male Crat. Ὕσθην Wech. Id.

571. κολοιούς. Synecdoche speciei pro genere. Berg. Sed consulto hoc avium nomen legit, propter comicam vim. Dind.

573. πέτεται. Sic scriptum oportuit, ut sup. v. recte est πετόμεσθα. Male vulgo hic et seq. v. πέταται. V. supra ad 48. 90. Brunck. Correxit jam Piers. ad Mœr. p. 312. Cf. Fr. Guil. Döring Comm. de alatis imaginibus apud veteres. Gothæ, 1786. 4. Dind. πέταται Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. Ita et v. sequ. Id.

574. Νίκη. Ulpianus in oratt. Demosth. c. Timocr. ad hæc verba: Νίκης ἀκρωτήρια scripsit: ἀκρωτήρια δὲ λέγει οἱονεὶ τὰ πτερά· οὕτω γὰρ γράφεται (pingitur) ἡ Νίκη. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται, Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει. ταύτης δὲ τὰς πτέρυγας, χρυσᾶς οὔσας, ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι: καὶ ἀπώλοντο αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν οἱ κακοῦργοι. De alis Victoriæ lepide jocatur Aristophon Comicus ap. Athen. xiii. p. 563. εἶτ' οὐ δικαίως ἐστ' ἀπεψηφισμένος Ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως Ἔρως. Ἐτάραττε κἀκείνους γάρ, ἐμβάλλων στάσεις, Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν. ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς Καὶ σοβαρός, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερά, Ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν, Δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω. Τὰς δὲ πτέρυγας ἃς εἶχε τῇ Νίκῃ φορεῖν Ἔδοσαν, περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ τῶν πολεμίων. Berg. Cf. Böttigeri Comm. de Νίκῃ, s. Victoria, præmissa voluminì ii. Ephemerr. litt. univers. a. 1803. Dind. καὶ νὴ Δί' Ἔρως γε. Infra 697. Ἔρως ὁ ποθεινὸς στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν. Berg. Cf. Manso Mytholog. Abhandll. p. 335. s. Anacreon Od. iii. 17. Amorem appellat βρέφος—φέροντα πτέρυγας, et in Plat. Phædr. (c. 70. ubi vid. Heindorf. p. 269.) Πτέρως propterea dicitur. Dind. ἐνόρχην. Suid. Bent.

575. Ἶριν δ' ἔθ' Ὅμηρος ἔφασκ' emendavi. Perperam in libris, Ἶριν δὲ χ' Ὅμηρος, metro claudicante. Sed non animadverteram sinceram lectionem in scholiis esse, Ἶριν δέ γ' Ὅμηρος, quod reponi velim. Pro γ' librarios sæpe χ' scripsisse observavi ad Plut. 340. Non Iridis instar columbæ volantis meminisse Homerum observat Scholiastes, sed ista comparatione usum fuisse de Junone et Minerva canentem. Locus est Il. E, 778. τὼ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι. Sed rem non acu tetigit bonus ille grammaticus, qui Homeri poëmata, quæ legebat, eodem modo Aristophanis ætate lecta fuisse arbitrabatur. Post tam multas Homeri poëmatum recensiones a diversis grammaticis factas, Comico nostro posterioribus, mirum non est, si quædam ab eo in illis lecta, hodie non amplius exstent. Sic quod Æschines p. 141. sæpius in Iliade occurrere testatur, φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλθε, in nostra Iliados editione non reperitur. Brunck. Fuerunt qui respici putarent ad H. in Apoll. 114. ubi de Iride et

Ilithyia, βὰν δὲ ποσὶν—: sed locus suspectus est, et ne verba quidem eadem prorsus leguntur. Probabilius igitur videtur, poëtam locum alterum in suam rem vertisse. Nam in Homer. carminibus, quæ supersunt, Iris semper πόδας ὠκεῖα dicitur. πελειαὶ autem (h. e. περιστεραὶ) dicuntur τρήρωνες, h. e. δειλαί, v. Phot. Lex. p. 440. Zonar. ii. p. 1745. s. et Hesych. cum intpp. ἴθματα autem grammatici vett. interpretantur βήματα, ὁρμάς. V. Phot. p. 81. Zonar. ii. p. 1098. Dind. Fo. Ἥρην δέ γ': vid. Schol. Bent. δὲ χ' Ὁμ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. δέ γ' Rav. ἰκέλην Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. πελείη Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. Wech. Brub. Gel. Raph. (πελείῃ Ven. ii. Port. etc. ut jam Ald.) Dind.

575, 576 desunt: sed v. 577. scriptum Ἶριν δ' οὖν. Dind.

576. ὁ Ζεὺς δ' ἡμῖν. Sic tres codd. recte. In impressis ὑμῖν. Brunck. Inter hunc et sequentem versum deest ad minimum unus, cujus sensus fuerit, οὐ δυνήσεται, τοῦ ἀετοῦ τοὺς κεραυνοὺς οὐ παρέχοντος. Reisk. Immo putandus est v. sequ. Pisthetærus non respondere ad ea, quæ v. 561. ss. dicere cœperat, quæque interpellata fuerant. Ita in vita communi et familiari sermone fit. νομίσωσι pertinet ad homines, νομίζειν τὸ μηδὲν est, *pro nihilo habere.* Sic Soph. Aj. 1133. homines nullius pretii dixit μηδένας. V. Valck. ad Herod. p. 719. Wilandus existimat, Pisthetærum propterea quæstioni propositæ non respondere, quod non habeat, quid respondeat. Dind. Si ἡμῖν, tum loquitur Et. Bent. δ' ὑμῖν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. ἡμῖν Rav. βροντίσας Wech. Dind.

577. τομηδὲν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

579. Observes ἀγρῶν priori longa, quod nullibi sic occurrit in iambis nec in trochæis. Major est in anapæstis licentia. V. not. ad Nub. 320. Rarissimæ sunt tamen istæ, quam fere perpetuo sequitur, regulæ exceptiones. Nullus dubito, quin in Lys. 563. scripserit ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ, quod reponi velim. Sæpissime vidimus δὲ et δ' αὖ a librariis commutari. Brunck. Forte scripsit γυῶν et ἀγρῶν ex interpretamento 230 est ortum. ἀνακάψαι grammatici interpretantur καταφαγεῖν, etiam Zonar. i. p. 199. De σπερμολόγοις 232. Dind.

580. Hic versus est Epopis, sequens autem Pisthetæri. Reisk. qui non male ita statuisse videtur. Dind. Suid. μετρείτω. Pors.

581. Suid. corrupte v. ἐθελήσει. Pors. Lege Et. Bent. Respexit huc Suid. v. Ἐθελήσει et Οὐκ ἐθελήσει, qui ἐθέλειν censet idem esse, quod δύνασθαι. V. Kœn. ad Greg. Cor. p. 56. Sed nescio cur a propria significatione sit recedendum. Dind. Epopis nomen præf. in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Id. Epopi tribuitur.—αὐτὴν abest. Id.

582. V. infra 1612. ἐκκοψάντων autem pro ἐκκοψάτωσαν, Attice, ut sæpe alias. Berg. V. Pierson. ad Mœr. p. 15. Duck. ad Thuc. p. 365. Dind. οἶδ'—γῆν Ald. Junt. i. ii. iii. Gel. οἶδ' etiam Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Port. etc. οἶσι—καταροῦσι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. Id.

583. ἐπὶ πείρᾳ. Scholia: ἐπὶ βλάβῃ, ἢ ἵνα πειραθῶσιν ἡμῶν, εἰ θεοί ἐσμεν, id est, *malo ipsorum, ut id sentiant;* aut, *ad experimentum capiendum, ut experiantur, an dii simus,* et neglecti mala dare ipsis possimus. Berg. Hanc posteriorem interpretationem recte sequuti sunt recentt. interpretes. Est enim, *speciminis causa,* ut divinitatis nostræ specimen capiant. Tauros boum oculos exscindere, etiam alii vett. tradiderunt, ut Ælian. N. A. ii. 51. Aristot. H. A. ix. 1. Gell. N. Att. ix. 11. Cf. Buffon. Hist. Av. T. v. p. 12. Dind.

584. Ἀπόλλων. De eodem in Plut. 11. ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὥς φασιν, σοφός. Berg. ἰατρός γ' ὤν. Particula inseri debuit, qua vulgo omissa, metrum titubat. Brunck. μισθοφορεῖ δέ. Scholia, ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπεὶ Λαομέδοντα τῆς τειχοδομίας μισθὸν ᾔτησεν. Simul alludit ad μισθοφορίαν medicorum, qui Athenis publice conducebantur. Berg. Apollo non tantum Trojæ muros, accepta a Laomedonte mercede, exstruxisse, sed etiam Admeto, Arcadiæ regi, serviisse ferebatur. εἶθ' ἁ' πόλλων Elmsl. ad Acharn. v. 93. p. 49. ἰατρὸν dictum esse, pluribus docuit Spanhem. ad Call. in Apoll. 46. Dind. ἰατρὸς ὢν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. Id. Suid. δέ. Pors.

585. Pors. præf. ad Eurip. i. p. lvii. postquam docuit, non recte post dactylum legi anapæstum, addidit: "eximenda etiam loca, ubi βοϊδαρίῳ occurrit, quippe qui pes choriambus sit. Quum enim semper Attici contracte dicant βοΐδιον, ναΐδιον, ῥοΐδιον, διπλοΐδιον, ἡμιδιπλοΐδιον, τροχοΐδιον, ut pluribus ostendit Piers. ad Mœr. p. 276., consequens est, ut contracte quoque secunda deminutiva dicant. Quare sublatis punctis in posterum legamus: μή, πρίν γ' ἂν ἐγὼ τὼ βοιδαρίω τὼ 'μὼ πρώ-

τιστ' ἀπο8." Hæc Pors. Dind. Iste ostendit, nec se quidem Aves habere posse pro diis, licet se deos probaturæ elidant oculos jumentis illorum hominum, qui negent earum deitatem; si enim constituisset avibus divinum cultum præstare, non timeret bovibus suis, nec eas vendere cuperet. Sed forte timet, ne innocens cum nocentibus plectatur, ut fit. Berg. βοιδαρίῳ, ut tacite edidi pro vulgato βοϊδαρίῳ. Dind.

586. σὲ δὲ Γῆν. f. σὲ Κόρην, *Cererem*. Non enim video, quid sibi velit inscite insertum δέ. Aut σὲ Τύχην, aut 'Ρέην, conf. 747. Reisk. At δὲ habet augendi vim; *immo* te Terram etc., aut, ut in familiari sermone, redundare putari potest. Dind. γῆν Ald. Junt. I. II. III. Correxit Crat. Id.

587. Verbis λέγε etc. chori nomen præf. in Ald. Junt. I. II. III. etc. Dind.

588. De voc. πάρνοπες vid. 185. Genus locustarum, fortassis grylli migratorii, Linn. Nicophon in 'Αφροδίτης γοναῖς ap. Schol. ad v. 82. conjunxit cum ἀκρίσιν. Inprimis autem hunc locum illustrat Ælianus N. A. xvii. 19. narrans, Galatas, si a locustis agri ipsorum devastentur, preces et sacra facere, ut veniant avium cohortes perdantque locustas. Vocab. οἰνάνθη grammatici interpretantur τὴν πρώτην ἔκφυσιν: hoc etiam loco non necessarium est, ut folia cum floribus (auctore Schneidero, qui in Lex. II. p. 135. copiose de hoc voc. egit) intelligantur. Nam esse videntur folia, quæ modo progerminare incipiunt, atque, quum teneriora sint, facile consumuntur. Dind.

589. λόχος εἷς. Sic bene scriptum in B. in aliis λόχος εἰς, quod tam ineptum est, et emendatu adeo facile, ut Berglerus etiam εἷς reposuerit. κερχνῄδων. Male vulgo κερχνηΐδων. Brunck. ἐπιτρίψει. Hinc chorus Avium infra post v. 1057. in oda dicit deinceps homines Avibus vota facturos, ubi inter alia: σώζω δ' εὐθαλεῖς καρποὺς κτείνων παμφύλων γένναν θηρῶν. Berg. ET. ἀλλὰ —— εἷς ut μία in 591. Bent. λόχοι εἰς αὐτούς. L. Λόχος εἷς, *una turma*, ut recte interpretatur vir doctissimus T. Hemsterhus. Sic mox ἀγέλη μία. Pors. εἷς Victor. εἰς αὐτοὺς Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. κερχνηΐδων Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. Καρχνηΐδων Amst. Dind.

590. κνῖπες (e genere culicum, aut muscarum, fortassis melliones) et ψῆνες pertinent ad insecta alata; illa ligno ficuum (V. Hesych. v. Κνῖπες), hæc fructibus nocent. ψῆνες adhibebantur etiam ad maturandos dactylos palmarum. Dind. σύκας Bloc. Inverso verborum ordine, ψῆνες καὶ κνῖπες Pollux vii. 144. Vulgatæ scripturæ testem habeo Herodianum in libro περὶ μονήρους λέξεως, propediem ab me edendo, ubi s. v. φρήν hæc ita scripta afferuntur: ἤτοι κνῆπες καὶ φῆνες ἀεὶ τὰς σίκας οὐ κατέδονται. Id. Herodianus Ms. Φρήν. οὐδὲν εἰς ην λῆγον ὄνομα μονοσύλλαβον μόνως θηλυκόν. ἀλλ' εἰ ἐπιδέχοιτο καὶ τὸ θηλυκὸν γένος, ἐν κοινότητι ἐπιδέχεται. ὁποῖον ἐστὶ τὸ χήν. θηλυκὸν γὰρ αὐτὸ οἶδεν ὁ ποιητής· ὡς ὅδε χῆν' ἥρπαξε τιταλλομένην ἐνὶ οἴκῳ. καὶ, αἰετὸς ἀργὴν χῆνα φέρων. ἀρσενικὸν δὲ οὕτως· χῆνες μοι κατὰ οἶκον ἐείκοσι πυρὸν ἔδουσι ἐξ ὕδατος. εἶτα ἐπιφέρει, ἐλθὼν δ' ἐξ ὄρεος μέγας αἰετὸς ἀγκυλοχείλης πᾶσι κατ' αὐχέν' ἔηξεν, καὶ ἔκτανεν, οἱ δὲ κέχυντο. καὶ τοῦτο μὲν ἐν κοινότητι. ᾧ ὅμοιον δύναιτο ἂν εἶναι καὶ τὸ ῥήν, εἴ τις βούλοιτο. ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς Νίκανδρος· αὐτὰρ ὁ τοῦ καὶ ῥῆνα καὶ ἠνεμόεντα λαγωόν. ἐν ἀντιθέσει πολύῤῥην παρὰ τῷ τὰ ναυπακτικὰ ποιήσαντι· ἀλλ' ὁ μὲν οὖν ἐπινευσὶ θαλάσσης εὐρυπόροιο οἰκίαν ναιετάασκε πολύῤῥην, πολυβοώτης. τούτου καὶ πληθυντικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ· ἐν δὴ ἄνδρες ναιετάουσι πολύῤῥηνες, πολυβοῶται. ὁπότε δὲ λέγει ὁ ποιητὴς θῆλυν ὑπόῤῥηνον, ἀπ' εὐθείας τῆς ὑπόῤῥηνος κλίνει, ἥτις ἀπὸ γενικῆς ἀπεδέξατο τὴν σύνθεσιν· ὡς παρὰ τὴν μηνὸς τὸ δίμηνος ἢ τρίμηνος, οὕτως ῥηνὸς ὑπόῤῥηνος. ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὰ παραδείγματα· ζῆν, μῆν, σπλῆν, σφῆν, ψῆν. 'Αριστοφάνης, ἤτοι κνῆπες καὶ ψῆνες ἀεὶ τὰς σίκας οὐ κατέδονται. ὅπερ οὖν ἀληθές ἐστι τὸ μὴ δὲ εἰς ην λῆγον μονοσύλλαβον θηλυκὸν γένος σημαίνειν, δῆλον ὅτι πεπλάνηται τὸ φρὴν περὶ τὸ γένος, διὸ καὶ ἐξηλλάγη αὐτοῦ ἡ κλίσις ὡς πρὸς τὰ ἄλλα μονοσύλλαβα· φρενὸς γὰρ, τῶν ἄλλων φυλασσόντων τὸ η. οὐκ ἀντιθήσει τὶς ἡμῖν τὸ παρὰ τῷ 'Ερμησιάνακτι ἐν λεοντίου α'· δερκόμενος πρὸς κῦμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν. οὐ γὰρ ἐντελὲς, ἀποκεκομμένον δὲ ἐκ τοῦ γλήνη. Id.

591. Eadem hic locum habet observatio, quæ supra ad 579. κιχλῶν priore longa ea adhibetur licentia, cujus in solis anapæstis et melicis exempla reperire est. Præterea suspicari licet, aliud avis nomen a poëta hic positum fuisse, quod librarii temeritate in κιχλῶν mutatum fuerit. Edepol qui contendat Aristophanem κιττῶν scripsisse, næ ego cum illo pignus haud ausim dare. Brunck. Vitiosum esse κιχλῶν, facile ex re ipsa potest perspici. Non enim constat ex antiquorum scriptorum libris, κίχλας seu turdos comedere vermes culicesque arborum: neque tradidit hac de re quicquam Aristoteles, qui e tribus turdorum generibus unum quoddam

visco vesci tantum et resina narrat Historia Animalium, libro ix. cap. 20. Epicharmus fragmento apud Athenæum, libro ii. p. 64. F., Eustathiumque ad Odysseam X. p. 795. 38. turdos dicit *ἐλαιοφιλοφάγους*. Bella vero laus turdi, si *populator olivæ*, ut ait Ausonius, gravius arborum fructibus damnum affert, quam ipsi illi culices, eumque adeo morbum adauget, cui remedium quæritur. Casaubonus, *integra sæpe*, inquit, *oliveta sic turdorum greges populantur, ut inter agrorum calamitates non postrema ista censeatur*. Porro quis nescit fabulam, *ἔν τινι μυρσινῶνι κίχλη ἐνέμετο. διὰ δὲ τὴν γλυκύτητα τοῦ καρποῦ οὐκ ἀφίστατο*, et quæ sequuntur? Idem vero ille Aristoteles ejusdem libri capite ix. de pico Martio, Avibus nostris commemorato, v. 979. *ὁ δὲ δρυοκολάπτης*, inquit, *οὐ καθίζει ἐπὶ τῆς γῆς· κόπτει δὲ τὰς δρῦς, τῶν σκωλήκων καὶ σκνιπῶν ἕνεκεν, ἵν' ἐξίωσιν· ἀναλέγεται γὰρ ἐξελθόντας αὐτοὺς τῇ γλώττῃ·—νεοττεύει δὲ ἐπὶ τῶν δένδρων, ὥσπερ εἴρηται, ἐν ἄλλοις τε δένδρων, καὶ ἐν ἐλάαις. βόσκεται δὲ τούς τε μύρμηκας καὶ τοὺς σκώληκας τοὺς ἐκ τῶν δένδρων*. Libro auctor viii. cap. iii. avium genera enumerans, *σαρκοφάγα, σκωληκοφάγα, ἀκανθοφάγα, ξυλοκόπα*, cætera, apponit etiam *σκνιποφάγα γένη*, id est, *ἃ τοὺς σκνῖπας θηρεύοντα ζῇ*: tum ille *οἷον πιπώ*, inquit, *ἥ τε μείζων καὶ ἡ ἐλάττων. καλοῦσι δέ τινες ἀμφότερα ταῦτα δρυοκολάπτας*: deinde commemoratur *κολιός*: postremo alia avis, quam *κνιπολόγον* vocat, p. 883. c. Du Vall., quæ quoniam ab ipso victu nomen habet, maxime videtur vulgo innotuisse. Hæc est autem illa *κνιπολόγος πιπώ,—κόπτουσα τὴν δρῦν διὰ τοὺς κνῖπας*, quam narrat Antoninus Liberalis capite xiv. Jo. Alberto excitatus ad Hesychium, vol. i. p. 963. Namque *ἐγγίγνονται καὶ κνῖπες ἔν τισι τῶν δένδρων, ὥσπερ ἐν τῇ δρυΐ καὶ τῇ συκῇ*, ait Theophrastus Historia Plantarum. Nomen *πιπώ* idem usurpat Antoninus Liberalis capite ix. sed *πίπος*, Aristoteles libro ix. cap. 1. *πόλεμος δὲ καὶ ἀσκαλαβώτῃ καὶ ἀράχνῃ·—πίπῳ δὲ καὶ ἐρωδιῷ*, et cap. xxi. *σκέλη δὲ βραχέα τῇ πίπῳ παρόμοια*, nisi utrobique *πιποῖ* scriptum est ab Aristotele pro *πίπῳ*, quod conjecit H. Stephanus in Thesauro. *Κνιπολόγον* igitur necesse est Aristophanes quoque appellaverit hoc loco. Verius certe *ἀγέλη μία πιπῶν* dixisset, quam *ἀγέλη μία κιχλῶν*. Nam de productione literæ *ῑ* liquet ex Lycophronis versu 476. *ὁ δ' ἀντὶ πιποῦς σκορπίον λαιμῷ σπάσας*, ubi Tzetzes avem hanc confudit cum *ἐρωδιῷ*, et illa ipsa Antonini Liberalis verba, *κνιπολόγος πιπώ*, hemistichium continere hexametri, admonuit me Schæferus. Sed reperiuntur alia quoque nomina duo, *πιπαλίς* et *πίγγαλος*. Hesychius, *πιπαλίς· ἡ παρά τισι, χαλκίς· παρὰ δὲ ἐνίοις, σαύρα*: et *πίγγαλος· σαυρός, ὁ καλούμενος χαλκίς*. Utramque nomen eadem illa de ave dicitur, nam et *σαύρα* et *σαυρός* soricem sive sauricem significant, quo nomine Plinio *πιπώ* appellari inimicam ardeæ, docuit Cl. Salmasius Exercitationibus vol. i. p. 92. A. 2. Par. etsi non affirmem, *πιπαλίδα* et *πίγγαλον* esse *σαύραν* vel *χαλκίδα*, sed potuit pro eisdem Hesychius habere, quas inimicas *ἐρωδιῷ* accepisset. Quemadmodum autem *πιπαλίς* deminutivum est nominis *πιπώ*, ita *πίγγαλος* a vetusto nomine videtur derivatum esse *πῖγος*. *Πῖκος*, picus fuit Aboriginum, teste Dionysio Halicarnasseo Antiquitatum Romanarum libro i. p. 12. 24. Inde Picentinos nomen habere, tradit Strabo Geographiæ libro v. p. 868. B. Almel. Ergo Aristophanem scripsisse Avibus conjicio *ἀγέλη μία πίγγλων*, nomine *πιγγάλων* illum in modum contracto, de quo supra exposuimus: aut etiam fortassis *πίγλων* ex *πιγάλων*, simplici *γ*. Reisig.

592. Choro tribuit. Ita v. 587. et 595. Bloc. Dind. *ἐρῶσιν* Ald. Junt. I. II. III. etc. edd. Id.

593. *τὰ χρηστά*. f. *τὰ χρυσᾶ*. Reisk. *μαντεύεσθαι μέταλλα* est, per auguria metallifodinas quærere. Legi possit *μαντευόμενοι*, ut ad *ὄρνιθας* referatur. Quod Inv. e Rav. dedit *τὰ μέταλλα τοῖς μαντ.* in metrum peccat, quum iambum in secundam sedem inferat. Reponendum igitur, *τὰ μέταλλ' αὐτοῖς μαντ.* Dind. *τὰ μέταλλ' αὐτοῖς μαντ.* Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. Id. Forte *Πρῶτα μὲν αὐτοῖς*. Bent.

594. *τάς τ' ἐμπορίας*. V. infra 718. Berg.

595. Lege *Ὥστ' οὐκ ἀπολεῖται ναυκλήρων*. Ald. *ὥστ' οὐκ*. Bent. Priores edd. *ὥστ' οὐκ ἀπολεῖται*: sed quæ lectio quum in metrum peccaret, particulam negantem *οὐκ* auctoritate Ms. Vat. U. ejeci. Kust. *ὥστε* in narrationibus sæpe adjunctum habet indicativum, ut Pac. 1041. Xen. Cyr. iv. 1, 3. Dind. *ὥστ' οὐκ ἀπ. τ. ν. τὶς οὐδεὶς* Bloc. Id. *ὥστ' οὐκ ἀπολεῖται* etc. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. Verbis *πῶς* etc. chori nomen præf. in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. Id.

597. *Νυνὶ μὴ πλεῖ*. Mimesis. Berg. Ms. Vat. U. *πλέε*, et sic statim post in eodem versu. Kust. Sed *πλέε* est Ionicum. Dind.

598. Si ex auguriis prædicere possit, quando non sit periculosum navigare, navem sibi paraturum se dicit. Berg. Notatur inconstantia Atheniensium, qui quævis aggrederentur, mutatis conditionibus et consiliis atque lucri spe concepta. γαῦλος dicebatur navis rotundior, mercibus vehendis apta, qualem Phœnices primi construxisse leguntur, atque hoc voc. a γαυλὸς differre grammatici monent. V., Intpp. Hesych. h. v. et Zonar. i. p. 417. s. Dind. γαῦλον scholiastes p. 447, 13. et Eustathius ad Homerum p. 1625, 4. Brunck. tacite scripsit γαυλὸν hic et v. 605. Id.

599. οἱ πρότεροι. Ms. Vat. U. οἱ πρότερον (subintell. ὄντες), quod est magis Græcum. Kust. Ita etiam Isocr. ad Demon. p. 30. ed. Batt. pro τοῖς προτέροις in cod. Harl. et Bodl. est τοῖς πρότερον, idque etiam in pluribus codd. invenit probavitque Auger. i. p. 22. recepit Corayus. Dind.

600. οὗτοι: lege οἶδε. Bent. Metri gratia legendum potius est, τοῦτο γὰρ οἴδασι. Sive autem hoc, sive alio modo legas, cæsura versui non constabit; quod tamen in metro anapæstico vitii indicium esse solet. Kust. Vulgo legitur, οὗτοι γὰρ οἴδασι, numeris fœde corruptis. In membr. et in B. scriptum, οὗτοι γὰρ ἴσασι. In C. mendose εἴσασι. E glossa in textum se intrusit οἴδασι. Hoc primum et certissimum. Deinde considerandum venit, post quartum pedem cæsuram esse, *quod*, ut vere observat Kust., *in metro anapæstico vitii indicium esse solet*. Poëtam, licet accuratissimum, sui oblitum non fuisse, leveque hoc non admisisse peccatum, nolim affirmare. Est præter hunc unus adhuc, si bene commemini, versus eodem laborans vitio. Facile tamen erat huncce ad aliorum normam redigere. Quidni enim legimus? τῶν ἀργυρίων. οὗτοι γὰρ ἴσασ'· εἴ γε λέγουσιν τάδε πάντες. *Namque istuc illæ sciunt; si quidem unusquisque sic dicere solet.* Forte alter, quem innui versus, haud majore molimine emendabitur. Brunck. οὗτοι γὰρ ἴσασ'· ὑμνοῦσι δε. Reisig. οὗτοι γάρ. F. οὗτοί γ'. Præf. Hec. p. li. Pors. Mr. Porson prefers ὥστε λέγουσιν. I suspect that the error is chiefly in the word λέγουσι. Perhaps the poet wrote: τῶν ἀργυρίων. οὗτοι γὰρ ἴσασ'. ᾄδουσί γε τοι τάδε πάντες. The alteration of δὲ into γε is required by the sense. The other part of the emendation, which I do not propose with confidence, derives some weight from the resemblance of ἴσασι, οἴσασι, οἴδασι, and ᾄδουσι. 'It is possible, that the poet may allude to some *scolion* or popular song. Elms. ἴσασι Cod. Victor. Rav. Dind. οἴδασι (pro ἴσ.) Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id.

601. Lege ᾔδει [at] οἶδε Suid. in Ὄρνις. Bent. οὐδεὶς οἶδεν. Sic tres codd. [etiam Rav.] Vulgo εἶδεν. Brunck. Scholia: παροιμία ἐστίν· οὐδείς με θεωρεῖ, πλὴν ὁ παριπτάμενος ὄρνις. Berg. Cf. Erasm. Adag. p. 547. De voc. σμινύη (*ligo, σκαφεῖον*) v. Nub. 1502. Timæus h. v. ibique Ruhnk. Mœris p. 345. Tho. M. p. 802. cum intpp. Dind. εἶδε τ. θ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. et cett. edd. οἶδεν Rav. Id. οὐδεὶς ἄρ' οἶδε— εἴ τις ὁ. Suid. Ms. ὄρνις. Pors.

602. πολλῷ γ' et comma post hoc abest, Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Wech. Brub. Primum in Ven. i. πωλῶ γαῦλον, κτ. Hinc Ven. ii. Gel. Raph. (ubi κῶμαι) Port. etc. Dind.

603. Lege δώσομεν: ut in 592. Bent.

604. Hæc est illa πλουθυγίεια, quam infra dicit 731. item Eqq. 1100. Vesp. 697. i. e. quasi πλούτου ὑγίεια, non opes et sanitas, ut placet Brunckio ad locum Eqq., siquidem sanitatem donare nemo potest, divitias omnisque generis opes potest, quas complectitur ἡ πλουθυγίεια, ut pulchre apparet e Vesparum loco laud. Ὑγίεντα ὄλβον serio dixit Pindarus Ol. ε, 53. Finxisse videtur vocem poëta joci causa, quam quum haud melius ac vulgo ceperit Wilandius, haud male tamen in Eqq. vertit Wohlseynsfülle. Hotib. Scilicet εὖ πράττειν h. l. valet, *divitem esse*. De voc. ἀτεχνῶς, (*vere, omnino*) v. ad Plut. 109. Dind.

604, 607, et παρὰ τοῦ 608. Choro tribuit Bloc. Dind. πράττω σ' Wech. Brub. Id.

605. Nemo penuria laborans est sanus. Sophocles ap. Stobæum [in frag. Creusæ n. 4. p. 422. t. iii. Brunck.]: εἰσὶ δ' οἵτινες Αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ'· ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ Εἶναι, πένης ὤν, ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν. Berg.

606. Hic chori nomen præf. in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind.

607. ἢ παιδάρι' ὄντ' ἀποθν. δεῖ. Sic locum hunc emendavi, sequutus vestigia cod. Vat. U., in quo legitur ἢ παιδάριον ὄντ' ἀποθνήσκειν. Priores autem edd. corrupte habent, ἢ παιδάριόν τ' ἀποθν. Kust. Sic bene Kust. In C. male divisis literis ἢ παιδάριόν τ' ἀπ—. In B. ἢ παιδάριον ὂν ἀπ—. In membr. deterius, ἢ παιδάριον ἀπ —. Brunck. Lege παιδάρι' ὄντ'. Bent. παιδάριόντ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Wech. Brub. παιδάριοντ' Ven. i. ii. Raph. Amst. παιδάριόν τ' Gel. Port. Lugd. παιδάριον ὄντ'—ἀποθνήσκουσι Cod. Victor. Dind.

608. ἐπιπροσθήσουσ' corrigit Reisk. Causa idonea non intelligitur. Dind. προσθήσου vitiose Junt. III. Loco Epopis hic quoque chori nomen in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. In Raph. alterum παρὰ τοῦ cum nomine deest. Id.

609. Lege πέντ' ἀνδρῶν γενεάς. Bent. Οὐκ οἶσθ' ὅτι πέντ' ἀνδρῶν γενεὰς ζώει λ. κ. Perperam in libris omnibus, οὐκ οἶσθ' ὅτι πέντε γενεὰς ἀνδρῶν ζ. Alludit ad Hesiodi versum in fragmento ap. Plutarch. de Oracc. defectu: ἐννέα μὲν ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη | ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος. Numerum ætatum mutavit metri necessitate coactus. Brunck. V. Schol. Nempe ut supra 576. quum diceret, Homerum comparasse columbis Iridem. Berg. λακέρυζα κορώνη etiam in Hes. Ἔργ. 747. occurrit, estque, auctore Phot. Lex. ἡ μεγάλα κράζουσα (s. κρώζουσα), add. Zonar. ii. 1284. Dind. πέντε γενεὰς ἀνδρῶν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. Id. πέντε γενεὰς ἀνδρῶν. πέντ' ἀνδρῶν γενεάς, ut frustra sit Musgravius ad Euripid. Electr. 826. qui synæresin in secunda et tertia τοῦ γενεὰς somniat. Pors.

610. Lege vel πολὺ vel πολλῷ γε κρείττους: et αἰβοῖ erit extra versum, ut alibi. Immo αἴβ' ὡς. Bent. V. Plut. 1150. Berg. βαβαί· ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι —. Perperam in libris omnibus, αἰβοῖ· ὡς π.—metro corrupto. Præterea αἰβοῖ hic non convenit, quod est repudiantis, abominantis. V. Nub. 102. 829. At βαβαὶ est admirantis. V. Lys. 1078. Brunck. Monueram olim aut ὡς delendum, aut βοι ως in una syllaba pronunciandum esse. κρείττους βασιλεύειν, *magis digni sunt, qui imperent*. Dind. Vere comicum est, quod Euelpides ita loquitur, ac si de re et salute inde hominibus oritura certissime ipsi persuasum esset. Id. Libri omnes, etiam Rav. et Venet. αἰβοῖ· ὡς πολλῷ κρείττους. αἰβοῖ extra versum posui et δὴ addidi. Id. Pro βαβαὶ legitur αἰβοῖ in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. Id.

611. Lege πρῶτον μέν γ'. Bent. οὐ γὰρ πολλῷ; καὶ πρῶτα μὲν οὔ. Sic constant hujus dimetri numeri. Vulgo pessime legitur, οὐ γὰρ πολλῷ; πρῶτον μὲν οὔ. In B. scriptum, πρῶτα μὲν οὔ. Ego καὶ addidi. Brunck. Euelpidi admiranti: βαβαί· ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι τοῦ Διὸς ἡμῖν βασιλεύειν respondet Pisthetærus: οὐ γὰρ πολλῷ γ' οὗτοι κρείττους; | πρῶτον μέν γ' οὐχὶ νεὼς ἡμᾶς | οἰκοδομεῖν δεῖ—. opponuntur enim versus antistrophici versibus 523—538. Addidi γέ post μέν: sicuti Ecclesiazusis, v. 60. πρῶτον μέν γ' ἔχω τὰς μασχάλας: Lysistrata, v. 589. πρώτιστον μέν γε τεκοῦσαι. Male autem in Brunckii MS. B. πρῶτα. Reisig. γε particulam recte restituerunt Bent. et Reisig. i. p. 250. Dind. πολλῷ πρῶτον μέν, — Ald. Junt. I. II. III. (ubi post γὰρ plene interpunctum), Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Primus Gel. οὐ γὰρ πολλῷ; πρῶτον μὲν οὔ. Inde Lugd. Amst. — Port. post πολλῷ punctum posuit. Id.

614. θάμνους grammatici συμφύτους τόπους, συνδένδρους τόπους interpretantur. V. Intpp. Hes. h. v. ap. Zonar. ii. p. 1022. φυτὸν πολύκλαδον ἀπὸ ῥίζης. πρινίδια, *ilices* sunt. Dind.

615. Exc. e Not. Scal. "Καὶ πρινιδίοις vel πρεμνιδίοις." Dind.

616. τοῖς δ' αὖ σεμνοῖς—. Videtur allusio esse ad voces quasdam similes; id quod adhuc facilius appareret, si ita scripsisset: ταῖς αὖ σεμναῖς ὄρνισιν etc., aut, quia sic gallinæ intelliguntur, saltem, τοῖς σεμνοῖς ὄρνισι etc. Quo autem alludit, videtur tale quid esse: ταῖς δ' αὖ σεμναῖς Ἐριννύσιν ἱερὸς ἐλέου βωμὸς ἔσται. Sophocles Aj. 844. σεμνὰς Ἐριννῦς τανύποδας. Præterea notum est, κατ' ἐξοχὴν illas deas vocari σεμνάς. Ut autem hic voce ἐλαίας videtur alludere ad ἐλέου, sic infra voce ἔλαιον, v. 1589. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ· ubi Schol.: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐλεοῦμεν, οὐ πειθόμεθα. Berg. V. Eqq. 1309. Est tamen σεμνὸς omnino deorum epitheton, nec video, cur ad Erinnyas et aram misericordiæ (ἐλέου) iis consecratam potissimum alludi putetur, quum loco *templi* (non aræ) iis olea fore dicatur. Dind.

617. δένδρον ἐλάας. In hujus vocis scriptura, quum satis mihi constet de Atticismi proprietate, librariorum errores nihil miror. Perperam in libris ἐλαίας. Ineptum est, quod tradidere quidam grammatici, *arborem* Atticos ἐλαίαν appellasse, *fructum* autem ἐλάαν. Ut reliquis Græcis commune utriusque nomen erat ἐλαία, sic Atticis ἐλάα. Diphthongi eximebant ι in hoc nomine, ex usu suæ dialecti, ut in καίειν, κλαίειν, αἴττειν, pro quibus dicebant κάειν, κλάειν, ἄττειν. Optima est Thomæ Mag. observatio, cui tamen certatim contradicunt interpretes, sed omnes temere et imperite: ἐλάα καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου, κρεῖττον ἢ ἐλαία. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις· ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαῶν. Ranarum versus est 995. ad quem vide quæ notavi. Cf. not. ad Vesp. 450. Brunck. σεμνοῖσι Suid. v. Pors. Recte ἐλαίας scriptum in anapæstis. Dind.

618. V. infra 716. Berg.

620. ταῖσιν κομ. Perperam vulgo ταῖσι. Brunck. V. supra 141. Berg. *inter arbutos* (κόμαρος enim est arbutus Hes. h. v.

Virg. Ecl. 7, 46.) *et oleastros* (κότινος i. q. vulgo ἀγριέλαιος Mœr. p. 237.). Mox malim πυρούς τ'. DIND. ταῖσι κομάροις. L. ταῖσιν. Secunda in κομάροις corripitur. Amphis apud Athen. ii. 11. p. 50. F. PORS. ταῖσι Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. DIND. ταῖσι κομάροισι Bloc. ID.

622. εὐξόμεθ' κ. τ. λ. Eurip. Iph. Taur. 268. θεοσεβὴς δέ τις ὢν Ἀνέσχε χεῖρα καὶ προσεύξατ' εἰσιδών. BERG. Precantes enim manus tollebant ad cœlum. V. Feith. Antt. Hom. p. 49. et ad eum Stœber. Anim. p. 16. Causam ritus prodidit Pseudo-Aristot. de mund. c. 6. Petit poëta vulgarem plebis opinionem, quæ nihil deos nisi muneribus invitatos dare existimavit. Irrisa ea etiam est in Lucian. de Sacrif. I. p. 302. ss. Non opus est, ut parœmiaco (624.) basis anapæstica præmissa eaque excidisse putetur, quamquam alibi (536. 735.) tales monometri præmittuntur. DIND. εὐξόμεθ' ἑαυτοῖς Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. ID.

623. τί Ald. Junt. I. II. III. τὶ Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. DIND.

624. παρὰ χρῆμ' Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. παραχρῆμ' Port. Lugd. DIND.

626. Præmittitur in Ald. etc. Στροφὴ κώλων ιβ'. πρεσβυτῶν (cum comp. ultimæ syllabæ) Ald. Junt. II. Ven. I. Port. etc. πρεσβύτων Junt. I. III. Crat. Ven. II. Wech. Brub. Gel. Raph. ἐξεχθίστου Raph. DIND. μεταπίπτων, mutatus, i. e. factus. V. Abresch. Dil. Thucc. p. 424. ἀφίεσθαι et μεθίεσθαι cum genit. struuntur. V. Valck. ad Eur. Phœn. p. 189. Sensus: non facile a tua sententia discesserim. ID. V. Eurip. Hec. 400. BERG. ἐπηπείλησα καὶ κατώμοσα, | ἢν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος | ὁμόφρονας λόγους δικαίους, | ἀδόλους, ὁσίους, | ἐπὶ θεοὺς ἴῃς—. Quæ ineptissima est, si quem harum rerum sensum habeo, numerorum consociatio. Apertum est dochmium efficere ista, ὁμόφρονας λόγους, quæ nihil habent quo vitii suspicionem moveant. Firma etiam et ipso loquendi usu stabilita sunt δικαίους et ἀδόλους. Thucydides, v. 18. ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις καὶ ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε δικαίως καὶ ἀδόλως. v. 23. ταῦτα δ' εἶναι δικαίως καὶ προθύμως καὶ ἀδόλως. v. 47. ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ κατὰ τὰ ξυγκείμενα, δικαίως καὶ ἀβλαβῶς καὶ ἀδόλως. Aristophanes Lysistrata, v. 168. καὶ τώς μὲν ἁμῶν ἄνδρας ἁμὲς πείσομες | παντᾷ δικαίως ἄδολον εἰράναν ἄγειν. Ut nihil dixisse putandus sit qui ἀδόλους suspectum habuit. Contra vero perniciosa metro vox ὁσίους non habet quo se tueatur, expellendamque esse arbitror. Reliqua autem fortasse ita scribenda: ἢν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος ὁμόφρονας λόγους | δικαίους ἄδολος ἐπὶ θεοὺς ἴῃς. DIND.

630. Leg. πρὸς ἐμὲ nempe θέμενος. Quod si vero referendum esset ad remotius ἴοις ἐπὶ θεούς, deberet legi παρ' ἐμοῦ, *de me, meo nomine*, ut v. 693. Videndum, num metrum id ferat. REISK. Nulla opus est correctione. ὅπλα τίθεσθαι παρά τινα s. μετά τινος, est formula militaris, significans, *arma cum aliquo conjungere*. V. Abresch. Dil. Th. p. 437. DIND.

632. Tolle ἀδόλους glossema illud τοῦ δικαίους et dochmaicus existet, qualis est antecedens versus: δικαίους, ὁσίους, ἐπὶ θεοὺς ἴοις. θεοὺς monosyllabum. HOTIB. ἀδήλους Bloc. Mirum sane hoc fuerit glossema. DIND.

633. ἴοις. Sic quidem libri: sed solœca est phrasis. Reponendum ἴῃς. BRUNCK. Nimirum loca, ubi ἢν cum optat. legitur, paucissima illa, sunt admodum suspecta. V. Matthiæ Gr. Gr. p. 749. DIND. ἴοις libri omnes, etiam Rav. ID. L. ἴῃς. PORS.

635. V. Schol. BERG. Mutavi ineptam versuum descriptionem (sic): Ἐμοὶ φρονῶν ξυνῳδὰ, μὴ | πολὺν χρόνον θεοὺς ἔτι | σκῆπτρα τἀμὰ τρίψειν. DIND.

636. Observanda est elegans horum versuum concinnitas. τεταξόμεθ' pro ταχθησόμεθα dicitur, de quo paullopostfuturorum usu pro futt. pass. et med. v. Piers. ad Mœr. p. 123. s. et 293. *nos ad ea constituemur, nobis ea mandentur.* ἀνακεῖσθαι τινι et ἐπί τινι dicuntur, quæ *imposita, demandata*, alicui sunt. DIND.

638. Hos versus citat plutarchus in Nicia, p. 214. ed. Lond. ubi male pro ὥρα 'στὶν ἡμῖν editum ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν. Aliquoties in simili elisione peccavimus, qua de re admonebitur lector ad 959. BRUNCK. In Lys. 617. οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν. In Thesm. 669. μόνον δὲ χρὴ πανταχῇ μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι. BERG. Affert hos versus (638. 9.) negligenter Suidas v. μελλονικιᾶν t. ii. p. 527. Apud Plutarchum scriptum est νυστάζειν γέ πω: unde γε adscivimus. Reisigio i. p. 52. reconditius quid in Plutarchi lectione latere videtur, νυστάζειν γ' ὕπνῳ. Vide eundem ad Sophoclis Œdip. Colon. p. 381. DIND. Præf. in Ald. etc. Σύστημα κατὰ περικοπήν. ID. νυστάζειν γέ πω Plutarch. i. p. 528. A. Om. ἔτι Suid. ed. Ms. μελλον. sed ὥρ' ἐστιν (Ms. opinor. DOBR.). Vide ad Phœn. 1638. PORS.

639. μελλονικιᾶν. Locum hunc citat Plutarch. in Nic. p. 528. ubi simul monet, Niciam hic ab Arist. perstringi, ut cunctatorem, idque ob lentam obsidionem Pyli, in qua quum multum temporis frustra consumsisset, Cleon postea successor ei

datus castellum dictum brevi tempore expugnavit. (V. Thucyd. 4, 27. Dind.) Suidas vero v. Μελλονικιᾷν ex vetere in h. l. Scholiaste aliam reddit rationem, quare Nicias a Comico nostro appelletur *cunctator*; nimirum ob expeditionem Siciliæ in aliud atque aliud tempus ab eo dilatam. Sic enim ait: μελλονικιᾷν, τὸ βραδύνειν καὶ ἀναβάλλεσθαι. Νικίας γὰρ υἱὸς Νικηράτου, ὃς ἀνεβάλλετο ἀπελθεῖν εἰς Σικελίαν. βραδὺς γὰρ ἦν περὶ τὰς ἐξόδους etc. Hinc Scholiasten nostrum supplere poteris. Kust. Non dubium est, quin ad vocem illius respexerit, qui Niciam in concione increpavit, quod nimis cunctaretur suscipere præfecturam classis in Siciliam mittendæ, a qua expeditione quum Nicias deterrere Athenienses vellet, in primis magnitudinem sumtuum prætendebat, quos urbs esset factura, teste Thucyd. l. vi. c. 25. Berg. Add. Diod. S. 12, 83. Dind. ὥρα 'στιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Id.

640. δεῖ τι δρᾷν. In Ran. 570. ἀλλ' ἐχρῆν τι δρᾷν. Berg. πρῶτον δ' ἴτε Reisig. i. p. vi. Dind.

641. τε (non γε) legendum; præcedens τε respicit ad καὶ v. 643. Reisk. νεοττία *nidus* est, ut Æl. de N. A. 17, 15. Dind. Scribebatur νεοττίαν pravo accentu. Correxit Lobeckius ad Phrynichum p. 207. Id. ἐσέλθετ' Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Id.

642. τὰ 'μὰ (antea 635. recte τἀμὰ) Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

643. ἀλλὰ ῥᾴδιον. Ante hæc verba recte in membr. et in B. posita Pisthetæri persona. In C. ut in impressis absurde ista continuantur Epopi. Personas recte distinxit Berglerus ad fidem edit. cujusdam Francofurt. mihi incognitæ, quamque ex hoc ipso non esse nullius suspicor pretii. Haud stolidus fuit homo, qui eam curavit, siquidem e manifesto loci sensu personas in ordinem suum restituit, quod nemo alius fecerat. Brunck. Lege ΠΕΙ. ἀλλὰ ῥᾴδιον 'Εμοί. Bent. Non ante ἀλλὰ ῥ. quæ verba præcedd. connectuntur, sed ante ἐμοὶ v. sequ. ponitur Pisthetæri nomen in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst., sed in Brub. ante ἀλλὰ ῥᾴδ. Dind. φράσετον Cod. Vat. Dobr.

645. Θριῆθεν. Scholiastes legit Κριῶθεν, et duæ illæ lectiones ferri possunt, nam et Θρία vel Θριῶ est demus Atticæ, et Κριῶα vel Κριωεὺς alius item demus. Sed cave sequaris Fl. Christianum, qui vertit *ex Thracia*; nam misere hallucinatus est. Palmer. Exercc. p. 755. Schol. legit Κριῶθεν, qui tamen et alterius lectionis mentionem facit. V. Nos ad Suid. v. Κριός. Kust. Ἔποψ. ἀλλὰ χαίρετον ἄμφω. Πεισθ. δεχόμεθα. Sic bene distinctum in membr. Vulgo Pisthetærus ait, ἄμφω δεχόμεθα. Brunck. ET. mox Θριῆθεν: al. Κριῶθεν Schol. [ubi] lege Θριῆθεν vid. Steph. Byz. Bent. Θριῶθεν Rav. Dind.

646. Lege δεχόμεθα. Bent. In Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. etc. Πει. Ἄμφω δεχόμεσθα. Dind. ἄμφω Epopi tribuit Victor. Id.

647. Male εἰσιγοῦ Ven. i. Dind.

648. Loci hujus mentionem facit Etymol. v. Ἐπανακροῦσαι et Suidas ead. v. [etiam Zonar. i. p. 822.] Metrum autem versus hujus laborat; de quo in integrum restituendo amplius cogitandum est. Kust. Suid. in Ἐπανακροῦσαι habet δεῦρ' ἐπανακροῦσαι πάλιν. lege Ἀτὰρ, τὸ δεῖνα, δεῦρ' ἐπανακροῦσαι πάλιν· Φέρ' ἴδω. φράσον νῷν πῶς ἐγώ τε χοὔτοσί cf. [quod ad τὸ δεῖνα] Vesp. 522. et Pac. 267. [quod ad φέρ' ἴδω] Av. 1153. Immo et πῶς Suid. in Πῶς ἐγώ. Bent. Sic vulgo leguntur hi versus: Πει. ἀτὰρ τὸ δεῖν' ἐπανάκρουσαι πάλιν. Ἐπ. φέρ' ἴδω. | Πει. φράσον γε νῷν, ὅπως ἐγώ τε χ' οὑτοσὶ —. Prior prorsus est ἄμετρος: et personæ absurdissimum in modum perversæ. Sunt omnia ista cum sequente versu Pisthetæri, cui continuantur in codd. A. B., quorum scripturam fideliter repræsentavi. [Πει. ἀτὰρ, τὸ δεῖνα δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν. | φέρ' ἴδω, φράσον νῷν· πῶς ἔγωγε χ' οὑτοσὶ —. Ita etiam Inv. e Rav. dedit. Dind.] In priore exstat ἔγωγε, in altero ἐγώ τε. Parum interest, utro modo legatur. τὸ δεῖνα quid valeat, dixi ad Lys. 921. [τὸ δεῖνα est τὸ πέος. Id jubet συστέλλειν. Reisk. Alii pedem s. caudam intelligunt. At recte separavit Brunck. Dind.] Prioris versus *metrum laborare* animadvertit Kust., additque *de eo in integrum restituendo amplius cogitandum esse*. Nescimus hac de re, quam diu quove successu cogitaverit. At Berglerus corruptelam ne subodoratus quidem fuisse videtur. Brunck. In Vesp. 398. ἤν πως πρύμναν ἀνακρούσηται. Berg. πρύμναν κρούεσθαι s. ἀνακρούεσθαι dicuntur, qui navibus revertuntur. V. Valck. ad Herod. p. 638. Duck. ad Thuc. p. 36. Wessel. ad D.S. I. p. 418. Habet autem ἀνακρούεσθαι in his activi vim, ut sit retrorsum agere, reducere. At h. l. vi medii ponitur, se, suum gradum, retro flectere. Nam τὸ δεῖνα ita interponitur, ut animi affectum exprimat, respondeatque Latinorum Comicorum verbo *perii*. φέρ' ἴδω est age, videbo quid agas, dicas? ut Nub. 24. et alibi. Cf.

Thom. M. p. 890. Dind. Emendavit hæc Brunck., quibuscum consentiunt Vat., Rav., Victor. Id. s. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Πει. Ἀτὰρ τὸ δεῖν' ἐπανάκρουσαι πάλιν. Επ. φέρ' ἴδω. | Πει. Φράσον γε νῷν ὅπως ἐγώ τε χ' οὑτοσὶ — Post νῷν comma in Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. — ὅπως Ven. ii. Id. Ut hic δεῖνα, ita in Eurip. Helen. 1155. δεινὰ similem vocem δεῦρο obliteravit. Lege ὃς τὰ θεῶν ἐσορᾷ | δεῦρο καὶ αὖθις ἐκεῖσε | καὶ πάλιν ἀμφιλόγοις | πηδῶντ' ἀνελπίστοις τύχαις. Dubitanter posui ἀμφιλόγοις pro ἀντιλόγοις. Ceterum confer Aristoph. Ran. 1109. Av. 425. Schol. ibid. ad 347. et de τὰ θεῶν Elmsleium ad Heracl. 618. Sed optimus interpres erit ipse Euripides Troad. 1204. τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι, | ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε | πηδῶσι. Dobr. δεῦρ' pro φέρ' ex U. notat Kusterus, sed ut puto errore vel suo vel collatoris, quum deberet δεῦρ' ἐπ. ut alii Mss. Id.

648-9. Recte Rav. Pors.

649. ὅπως ἐγώ τε χ' οὑτοσὶ —. Hemistichion hoc et versus sex sequentes citat Suidas v. Πῶς. Kust. Prætuli vulgatam scripturam. ἐμέ τε καὶ τουτονὶ Equit. v. 1164. Dind. πῶς Suid. ed. Ms. et ἐγώ γε. in πῶς scil. Pors.

651. ἐν Αἰσώπου λόγοις — v. Pac. 119. De Æsopo etiam v. Vesp. 1392. Ibid. 1437. Et hic in Avv. 471. Berg. Scholiasta auctore fuit ea Archilochi, non Æsopi, fabella. Putatur tamen respexisse a Furia ad primam quæ in edit. ejus legitur, quamquam non plane huic loco congruit. Sed Archilochi fabulam de Aquila et Vulpe illustravit Huschke in diss. de Archil. fab. in Matthiæ Miscell. Philoll. i. p. 12. ss. Debebat proprie h. l. esse τὴν ἀλώπεκα φλαύρως (i. e. male, v. Periz. ad Æl. V. H. 1, 28., h. e. *cum damno suo*) κοινωνῆσαι. Simillime 1269. δεινὸν τὸν κήρυκα — εἰ μὴ νοστήσει. V. Greg. Cor. de dial. Att. §. 68. Dind. ὅρα νιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. etc. In Not. Scal.: ὅρα νυν, *non autem* ὅρα νιν. Id. νῦν Suid. in πῶς scil. Pors.

652-3. Citat Suidas v. φλαυρότατον, ubi ex Babrio desumptos frustra putat Kusterus. ἀετῷ Ms. in πῶς sc. ἀετὸς Ms. in φλαυρότατον. Pors. Post ἐστὶν in edd. vett. comma ponitur, non in Gel. Dind.

653. φαύλως Bloc. Dind.

654. τοι ῥίζιον Ven. i. ii. Raph. Dind.

655. διατρώγοντες ἐστὸν edd. Suidæ v. πῶς, διατραγόντες ἐστὸν Ms. ibid. ut ex Porsoni nota colligo. Pors.

656. ἄγε δὴ Ξανθία —. Hic primum apparet, una cum istis venisse servos; sunt enim hæc servilia nomina. Xanthias servus introducitur in Vespis et Ranis, statim initio fabularum. In Ran. 165. ad eum similiter atque hic dicitur, σὺ δὲ τὰ στρώματ' αὖθις λάμβανε. Qui autem hic Manodorus vocatur, videtur idem esse, qui Manes dicitur v. 1329. et 1311. Vid. ad 523. Berg. Vid. Scholiastes p. 437. 8. et Plut. 624. Dind.

658. σὲ λέγω [pro σὲ καλῶ secundo loco ap. Inv. e Rav.]. Sic rectius Ms. Vat. U. quam priores edd. in quibus legitur, σὲ λέγων. Kust. σὲ λέγω est etiam in ed. Farr. Berg. μετὰ σαυτοῦ. Quis mendosam lectionem μετὰ σεαυτοῦ absque veteris libri ope non emendasset? Hoc primus invexit Ant. Fracinus. At primariæ edd. habent μετὰ σαυτοῦ, quod retinuerunt Cratander, Veneti, Wechelus. Sic etiam est in duobus codd. At in C. inepte μετὰ τοῦ σοῦ. Tres codd. exhibent ἄγων, ut edidit Fracinus: aliæ vett. edd. male habent ἄγω. Tres itidem codd. habent σὲ λέγω, ut jam erat in ed. Bern. Juntæ, unde receptum fuit in ed. Cratandr. aliasque veteres usque ad Gelenium, qui stolidissime Aldi et Fracini mendosam prætulit lectionem σὲ λέγων. Genuinam revocavit Kusterus, nescius tamen, eam in quinque edd. jam exstare. Brunck.

659. Ald. ἄγω —— σαυτοῦ. Suid. τούτους μὲν ἄγων μετὰ σοῦ διὰ τουτὶ 'Αρίστισον εὖ. recte. Bent. modo expellantur σὲ λέγω. Miro modo labitur Bentleius. Hoc vult Suid., Aristophanem ἀρίστησον dixisse διὰ τοῦ ι, i. e. dixisse eum ἀρίστισον. Dind. σαυτοῦ recte Ald. Pors. μετὰ σοῦ τοῦ Bloc. Pro σε καλῶ (altera vice) est σὲ λέγων in Ald. Junt. ii. Gel. Port. Lugd. Amst. σὲ λέγω in Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. ἄγω Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. ἄγων Junt. ii. Brub. Gel. Port. Lugd. Amst. μετὰ σεαυτοῦ Port. Lugd. Amst. Junt. ii. Gel. Dind. Vide Porson. ad Hec. 578. ubi Ms. Paris. 2713. habet a manu prima λέγων, imo forsan λέγω, certe non λέγον. In Æsch. Suppl. 117. λέγων vel λεγῶν Aldus, Robortellus, Stephanus. Dobr. ἀρίστισον εὖ. τὴν δ' ἥδυμ. Locum hunc ex Ms. Vat. U. emendavi. Ante enim male legebatur 'Αρίστησον. Τὴν δ' ἥδυμ. Kust. Mendose in membr. ἀρίστησον εὖ. ι et η sæpissime commutarunt librarii. Levis menda majori flagitio ansam dedit: alii librarii εὖ suppresserunt. In B. C. scriptum, ἀρίστησον. τὴν δ' ἥδυμ. Et hæc est vett. edd. omnium lectio perversissima. Genuinam e Vat. cod. primus reposuit Kusterus. ἀρίστησον valet *prande:* ἀρίστισον *prandio excipe*, quod flagitat hujus loci sententia. Eqq. 538. ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν. — ξύμφωνον ἀηδόνα Μούσης.

Dativus pluralis formæ Ionicæ, ob omissionem ι subscripti, pro genitivo singulari accipiebatur, invita syntaxis lege. Verum vidit Dawes. Misc. Crit. p. 162. v. not. ad Ran. 1211. et ad Apoll. Rhod. i. 990. Brunck. ἀρίστισον εὖ Suidæ v. ἀριστήσασθε ed. Kuster. e Mss. Par. ἀρίστησον εὖ cæt. edd. Diodorus Sinopensis apud Athen. vi. 9. p. 239. c. ἀριστίσας ἑαυτὸν εὖ, τραγὼν, πιὼν, ut legendum est. ἀριστίσας δ' ἑαυτὸν, εὖ τραγὼν, πιὼν legit et distinguit Grotius Exc. p. 837. Pors. ἀρίστησον· τὴν δ'—Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. (ubi τήν δ') Raph. Port. (ubi τήνδ') etc. ἧδυ μελῇ Ven. i. ii. Wech. Raph. μούσης Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

660. τὸ παίσωμεν hic est a παίζειν, *ludere*, non a παίειν, quamvis utraque vox de choreis dici possit. V. Nos ad Ran. 391. et ad Thesm. 954. Kust. Ex v. tamen 669. patet, non παίζειν valere hic χορεύειν, sed obscœnam ei subesse notionem, ut in Sardanapali epitaphio: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, de quo vid. de Brosses Mém. de l'Acad. d. Inscr. xxi. p. 20. ss. Buhier. ad calc. not. in Cic. Tusc. Qu. et de Guignes Explication de l' Inscription du tombeau de Sardanapale, Mém. de l' Ac. d. Inscr. t. xxxiv. Dind. πέσωμεν Suid. in Ἐκβιβάσας. Bent.

661. Leg. ὦ τᾶν, σὺ μέντοι —. Reisk. Causam non vidi. βούτομος s. βούτομον palustris fuit planta. V. Theocr. Id. 13, 35. ibique Harl. et Intpp. Hesych. Dind.

663. αὐτοῦ. Leg. αὐτοῖς. Reisk. Nec hujus emendationis causa justa est. αὐτοῦ proprie est i. q. αὐτόθι, *hic, hoc in loco*, v. Valck. ad Eurip. Hipp. 125. sed nunc ponitur pro αὐτόσε, *huc*, ut sæpe particulæ, quæ ἐπὶ στάσεως ponuntur, etiam adhibentur ἐπὶ κινήσεως, ut Grammatici dicunt. Dind.

664. θεασόμεθα Lugd. Amst. Dind.

665. σφῶιν Ald. Ven. i. ii. Raph. σφῷν Junt. i. ii. iii. Crat. Wech. Brub. Gel. Port. etc. δρᾷν Ald. Junt. i. ii. (in qua alias δρᾷν) iii. Dind.

666. ἐπὶ δείκνυ Ald. Junt. ii. (non i. iii. Crat. etc.) ἔπι δεῖκνυ Raph. Dind.

669. διαμηρίζοιμ' infra 707. et 1254. Berg. Hesych. διαμηρίσαι. τοῦτο καὶ ἐπὶ παίδων ἀῤῥένων καὶ θηλυκῶν ἔλεγον. Ad quam glossam vide interpretes. De mascula Venere adhibitum hoc verbum occurrit mox 706. Totus hic locus perperam vulgo personis divisus; eas codicum auctoritatem sequutus melius distinxi. Brunck. Est i. q. συνουσιάσαι, ut in Stratonis Epigr. ap. Toup. Emm. in Suid. iii. p. 140. πίνομεν καὶ διαμηρίσομεν. Vulgo v. 670. continuatur Euelpidi, 671. tribuitur Pisthetæro, sequens Euelpidi, et 673. s. Pisthetæro. Dind. αὐτῆς Bloc. Id.

670. ὅσον δ' ἔχει χρυσόν. Imitatur Homerum Il. B. 872. ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων. V. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 28. s. sive ad Juliani orat. p. 248. s. ed. Schæfer. Add. Porson. ad Eurip. Hec. 152. qui docet morem fuisse apud veteres virginibus plurimum auri gestare. Dind. Pisthetæri nomen abest et mox Euelp. ante 671. (ubi tamen Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. Πει.) tum 672. Euelpidis 673. Pisthet. nomen legitur Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Id.

671. φιλῆσαι δοκῶ, *videtur osculanda mihi esse*. Dind. ἐγὼ μὲν αὐτὴν κἂν φιλῆσαί μοι δοκῶ. Seager. Euelpidi continuatur: tum Πεισθ. ἐγὼ μὲν — Εὐελπ. ἀλλ' ὦ κ. — Πεισθ. ἀλλ' ὥσπερ —. Dind.

672. ὀβελίσκων. Sic B. In membr. ὀβελίσκον. Vulgo [etiam Rav.] ὀβελίσκοιν. Brunck. ὀβελίσκοιν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. etc. ὀβολίσκοινον ἔχει Bloc. Dind.

673. ἀποκέψαντα vitiose Junt. i. Dind. λέπειν et verba inde ducta proprie valent, detrahere corticem. V. Casaub. ad Athen. p. 293. λέμμα est cortex, deinde, omne id, quo quis tegitur. Id.

675. νῶιν Ald. Junt. i. ii. Crat. Wech. Brub. Gel. Port. Lugd. νωῖν Junt. iii. Ven. i. ii. Raph. Dind.

676. ὦ ξουθή. V. Æsch. Agam. 1151. et Theocr. Epigr. iv. Berg. Præf. Κομμάτιον κώλων θ' in Ald. Junt. i. etc. Dind. Legebatur ὦ | φίλτατον. Delevi ὦ. Id.

677. φίλτατον edd. ante Kust. φιλτάτη ex Cod. Vat. tacite Kust., in cujus editione φίλτατη excusum. Retinuit φιλτάτη Brunck. Dind. φίλτατον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. Bloc. etc. Post ὀρνέων, non post ξύννομε, (ξύνομε Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Port. ξύννομε Lugd. Amst.) interpungitur in Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. etc. Id. φιλτάτη U. quomodo recte, etsi tacite, Kusterus, Brunckius, et Invernizius. Tres primæ φίλτατον. Vide Porsonum ad Phœn. 1730. Dobr.

681. ἠδὴν vitiose Junt. ii. Dind.

682. καλλιβόαν αὐλόν. V. Soph. Trach. 648. Sic ὀξυβόας ap. Æsch. Agam. 57. Telestes ap. Athen. xiv. p. 626. τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. Vide ibid. p. 636. locum Diogenis Tragici, ubi κρεκούσας legendum. Berg. κρέκειν etsi proprie de citharæ cantu dicitur (v. Hesych.), tamen et omnino de cantu adhibetur, ut Meleag. Epigr. Anthol. vii. p. 591. ἡδὺ κρέκεις τι μέλος.

φθέγμ. ἠρινοῖς dicitur, quia verno tempore luscinia canit. Anapæstica carmina ad tibiæ modos canebantur. Hinc ἄρχεσθαι (præire) anapæstos, ut Cratin. ap. Hephæst. de metr. p. 42. ἔγειρε Μοῦσα Κρητικὸν μέλος. Postremi versus h. l. friget Suid. κρέκουσα. Dind.

685. Ἄγε δὴ —. Tota hæc parabasis est longe elegantissima, cujus initium citat Clem. Alex. l. iv. Strom. p. 492. Kust. φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι. Alludit ad Homericum versum, quem Schol. citat. De quo versu Simonides ap. Stob. ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ· Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Berg. In Schol. pro ἀμαυρόβιοι adfertur alia lectio ἡμερόβιοι, metro repugnans, et fortassis olim adscripta verbo ἐφημέριοι v. 687. Dind. Clemens Alexandr. Stromat. l. iv. p. 584. ed. Potter. Id. Præf. in Ald. etc. Παράβασις στιχῶν λη' καὶ κώλων ιδ'. Præmittitur Chori nomen. — ἡμερόβιοι alii pro ἀμαυρόβιοι. Not. Scal. γενεὰ Ven. i. ii. Raph. Id.

686. s. Hæc omnia ex Æsch. Prom. 549. Berg. ὀλιγοδρανέες tertiam producit contra morem in iambis et trochæis observatum. Licentias omnes epici carminis admittunt comici anapæsti. Inde est, quod mox ἀθάνατος prima producta occurrit, γένετ' omisso augmento, similiaque. Brunck. σκιοείδεα φῦλ' ἀμενηνά. Apud Clem. Alex. dicto loco hæc rectius sic distincta leguntur: σκιοειδέα φῦλ', ἀμενηνοί. Kust. Euripides in Protesilao apud Stobæum, ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. V. Soph. Ajac. 126. et not. Camerarii. Berg. Lege ΑΗΔ. [i. e. Ἀηδὼν] Clemens Alex. p. 211=492. citat Ἄγετε φύσιν —— πλάσματα κηροῦ —— ἀμενηνοί. Bent. σκιοδέα male Junt. ii. Dind.

687. Mallem comma post ἀπτῆνες tollere, ut in ἐφημέριοι ad animalculum, hemerobius dictum, seu ephemerus, respiceretur. Reisk. Immo recte hæc distinguuntur, et ἀπτῆνες comice dictum est atque accommodate ad hanc fabulam. Ap. Hom. Il. I. 323. pulli, quibus nondum sunt alæ, ἀπτῆνες dicuntur. Dind. ἐφημέριοι, ταλαοί. Potest etiam legi ἐφημέριοί τ' ἀλαοί, estque ἀλαοὶ apud Æschylum, unde hæc esse sumta modo dixi. V. Schol. Æsch. Prom. 447. ὀνειράτων ἀλίγκιοι μορφαῖσι. Idem Agam. 1228. ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασι. Berg. Possunt quidem homines dici ἀλαοὶ (h. e. cæci, futurorum ignari. V. Intpp. Hesych. v. Ἀλαὸς), sed particula τ' incommoda est. Retinendum igitur ταλαοί, miseri. Sic Orph. Arg. 146. τ' ἀλαὸς olim legebatur pro Ταλαός. Simonides ap. Stob. Grot. p. 401. ἐφήμεροι ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν. Cf. Wyttenb. ad Plut. de Sera Num. Vind. p. 23. Dind.

688. προσέχετε. Pes proceleusmaticus. Vid. ad Nub. 916. Brunck. In quibusdam hujus plagulæ exemplaribus me invito legitur πρόsχετε. πρόσχετε volui ut in Equitibus edidi v. 506. Dind. Lege πρόσχετε. Bent. ita Porson. ad Toup. p. 436. Dind.

689. Tribuit avibus epitheta, quæ Homerus sæpe diis, ut ἀθάνατος et ἀγήρως Hom. Od. E. 218. et alibi junguntur. V. Piers. ad Mœr. p. 4. Dind. Ultima syllaba voc. ἀγήρῳς per compendium scripta in Ald. ἀγήρως plene Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. ἀγήρῳς Brub. τοῖσιν ἀφθ. μ. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. Id.

692. Προδίκῳ. Alias hunc videtur laudare, in Nubb. 360. Berg. Ridet poëtas, qui de rerum originibus cecinerant (ut Hesiodus); et philosophos (ut Ionicos, Empedoclem), qui de deorum rerumque omnium ortu temere multa statuerant; etiam Sophistas, inter quos fuit Prodicus Ceus. Hunc missum fieri vult. Ut χαίρειν εἰπεῖν aliquem dicuntur, qui bono et amico animo ab eo discedunt, sic κλαίειν εἰπεῖν est male animatorum. V. Plut. 62. Ach. 1130. Dind. παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ Rav., Scholiastes ad Nubes p. 221, 32., Suid. v. Πρόδικος in ed. Mediolanensi et Cod. Oxoniensi. κλαίειν Scholiastes, Suid. Id. Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. κλάειν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. etiam Lugd. Amst. κλάειν Brub. Port. Id. παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ Suid. Ms. Προδ. Pors.

693. Locus hic citatur a Suida v. Χάος, itemque ab auctore *Philopatridis*, quo nomine dialogus Græcus occurrit inter opera Luciani t. ii. Kust. Etiam ab Athen. ii. 16. p. 57. sed copiose illustrarunt Cudworth. Syst. Intell. p. 117. Salmas. ad Solin. i. p. 309. Burnet. Theor. S. Tell. 2, 7. Pleraque horum tradiderunt Orpheus aliique vett. Græcorum theologi, qui ex Nocte omnia prognata (v. Aristot. Metaph. xii. 6. p. 741. d. et Damascii Excerpta ap. Wolf. Anecd. Gr. iii. p. 256.), et Noctem, Chaos, atque Cœlum antiquitus regnasse, aiunt. Ἔρεβος noster ex Hesiodea theologia habet (v. Hesiod. Theog. 116. ss.); permiscet enim poëtarum et philosophorum varia decreta, joci causa. Varro ap. Fest. v. Erebus noctem Erebo natam dixit. Ante Γῆ subintelligitur οὐ, quod omitti solet sequente οὐδέν. Dind.

693-702. Suid. v. Χάος. εὐθὺς Blec. Dind.

694. γῇ δ' Ald. (ita et 702.) Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. Dind.

695. (696. Kust.) τίκτει πρωτ. ὑπην. Loci hujus meminit Athen. ii. 16. p. 57. Kust. V. Schol. Lucian. de Sacrif. [c. 6.] ἄνευ τῆς πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι. Oppian. Halieut. iv. 23. s. Berg. πρωτόγονον ὠὸν est Orphicum. V. Plut. Sympos. Qu. 2, 3. Diod. S. 1, 27. ibique Wessel. et Bentlei. ep. ad Mill. p. 454. s. Lips. ed. Ut hoc rideret Noster, ὑπηνέμιον (irritum) dixit. V. Plin. H. N. x. 58. Varro de R. R. 2. p. 62. Albert. ad Hesych. ii. p. 1465. Eadem ova dicuntur ἀνεμιαῖα. V. Suid. v. Ἄνεμος, ibique Kust. Dind. πρῶτον Athen. ii. 16. Pors. ἠπηνέμιον vitiose Junt. III. Dind.

696. περιτέλλεσθαι (h. e. περιέρχεσθαι, πληροῦσθαι) sæpe ap. Hom. de annis. Ὧραι sunt tempestates anni, ut Orph. Hymn. 55, 5. Plat. Symp. 13. τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύστασις. Quæ de Amore omnium rerum auctore dicuntur, Hesiodea sunt. V. Plat. Symp. 6. Primum omnium creatum esse Amorem Parmenides dixit. V. Sext. Empir. adv. Phys. p. 550. ibique Fabric. Dind.

697. Vid. infra 1734. et Eurip. Phœn. 166. Berg. Ad eum Eurip. locum v. Valck. εἰκὼς Atticis i. q. ἐοικώς. V. Mœr. p. 148. δῖναι proprie *vortices aquarum*, hinc, quæcumque in orbem aguntur, h. l. *turbines*. Ovid. Am. ii. 9, 49. de Amore: 'tu levis es, multoque tuis *ventosior* alis.' Dind. εἰκὸς ἀνεμωκέσι Bloc. Id.

698. κατὰ Τάρταρον εὐρὺν additur, ut Hesiodi commenta rideantur. νεοττεύειν, alias, nidum facere, h. l. est *procreare*. Dind. πτερόεντι vitiose Junt. I. III. Id. μιχθεὶς μυχίω Suid. Ms. χάος. Pors. Respicit hunc locum Suid. v. πτερόεντι. Dind.

699. ἐνεόττευσε Ald. Junt. I. II. Crat. Wech. Gel. etc. ἐνεόττευσε Junt. III. Ven. I. II. Raph. Dind. ἐς φῶς. εἰς Suid. Pors.

700. In his fortassis ad Anaxagorea respicitur. Anaxagoras enim omnia olim permixta esse decrevit, tum Mentem accessisse et discrevisse omnia et ordinasse. V. Valck. diatr. in fr. Eur. p. 40. atque tum scriptores historiæ philosophiæ universæ tum qui de Anaxagora singulatim exposuerunt, ut F. A. Carus. Eumdem Anaxagoram ridere noster videtur Thesm. 14. ss. Dind. ἔραν (pro ἔρως) male Raph. συνέμιξεν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. Id. Alibi confert Porsonus Villoison. ad Longum ii. p. 88. Dobr.

701. ἐγενέτ' Suid. in Χάος. Bent.

702. πάντων δὲ θεῶν Bloc. Dind.

703. ἐσμὲν Ἔρωτος scil. γένος aut υἱοί, quod Schol. supplet. In ed. Brunck. textu male post πάντων e superiori v. repetita erant verba τε θεῶν, quem errorem in notis correxit Brunck. Dind.

704. Metrum laborat, cui consuletur, si sic legas: πολλοῖς δῆλον. πετόμεθά γάρ τοι καὶ τοῖσιν ἐρ. συν. Suidas v. Ἀεὶ locum hunc Comici sic citat: Ἀεὶ τοῖς ἐρῶσι σύνεσμεν, sed refragante metro. Kust. Lege συμπετόμεθα γὰρ vel πετόμεσθ' ἀεί. Bent. Voluit igitur Kust. πετόμεθα proceleusmaticum loco anapæsti poni. Toupius Emm. in Suid. i. p. 20. Ox. " Errorem vidit Kust., sed minus dextre sustulit. Optime succurrit Suid., absque quo fuisset, in tenebris perpetuo micaremus. Repone certissime, πολλοῖς δῆλον· πετόμεθα γὰρ ἀεὶ καὶ τοῖσιν ἐρ. σ. Ubi tertiam sedem occupat proceleusmaticus, qui anapæsto ἰσόχρονος est." Sed in Tyrwhitt. Append. t. iv. p. 436. contra monetur: " Aristophanem dum emendare vult vir doctissimus corrumpit. In hujusmodi anapæstos numquam admittitur proceleusmaticus. Sicubi προσέχετε occurrit, extrita literula mutandum in πρόσχετε [at vid. ad 688.]. Conf. Bent. ad Nub. 575. Editt. ante Kust. πετόμεσθα. Unde recte Brunck. πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθά τε γὰρ —. Poteris etiam, si tantum Suidæ auctoritati tribuere vis, rescribere, deleta particula, π. δ. πετόμεσθ' ἀεὶ [voluit haud dubie αἰεὶ] —." Dind. πολλοῖς δῆλον· πετόμεσθά τε γὰρ καὶ —. Sic constant numeri. In vett. edd. πετόμεσθα γὰρ καὶ —. In Kusterianis pejus adhuc πετόμεθα γὰρ καὶ —. Brunck. πετόμεθα γὰρ ἀεὶ Toup. in Suid. i. p. 11. ἀεὶ τοῖς Suid. v. ἀεί. Vide Append. ad Toup. p. 436. Hæc inter alia in schedis scripserat admodum juvenis; sed malim πετόμεσθά TE γάρ. Ista enim vocula sæpe excidit. Menander apud Plutarch. de Sanit. Tuend. t. ii. p. 133. ἕκαστος —— Κύψας ἐς αὐτὸν τῶν πραγημάτων ἔφλα φυλαττόμενός TE καὶ φοβούμενος ἐμβλέπειν. Vide Advers. p. 292. l. 7. et 295. l. 1. Idem apud Stobæum Floril. iii. ὁ πλεῖστον νοῦν ἔχων Μάντις T' ἄριστός ἐστι σύμβουλός θ' ἅμα. Dioscorides in Epigramm. apud Jensium p. 322. ἡ μὲν ἀρίστη T' οὖσα καὶ εὔπεκος. Aristoph. Av. 1671. καταστήσω σ' ἐγὼ Τύραννον· ὀρνίθων TE παρέξω σοι γάλα. Euripid. Œd. apud Stob. 7. συνετὸν ἄτολμόν T', ἢ θρασύν τε κἀμαθῆ. Id. Andromach. 641. πένητα χρηστόν T' ἢ κακὸν καὶ πλούσιον. Cf. Æsch. Pers. 375. Eurip. Orest. 381. Jens. p. 347. Homer. Iliad. N. 6. Γλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων T' ἀνθρώπων. Pors. Hesiod. Theogon. 340. Ἀχελῷόν τ' ἀργυροδίνην cum Wintertono Porsonus ad

Dawes. p. 176. (312. K.) Dobr. τε ante γὰρ abest Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind. πετόμεθα γὰρ — ἐρῶσιν Bloc. Id.

705. πολλοὺς—. Citat Suidas v. Ἀπομώμοκα. Kust. πρὸς τέρμασιν ὥρας. Sic de fine totius vitæ Eurip. Alc. 643. ἐπὶ τέρμ' ἥκων βίου. Berg. πρὸς τέρμ. ὥρ. male vertitur, *deflorescente jam prima ætate;* tamquam si marcescentis floris desiderio quis tangeretur. Vertendum, *justa ætate.* Venustos pueros intelligit, cultos ab amatoribus in spem faciendæ sibi olim copiæ arrectis, quos, ubi adolevere, consuetudinis turpioris puduit, ut fieri solet. Hotib. Refert igitur Hotib. πρ. τ. ὥρ. ad ἀπομωμοκότας (h.e. qui ejurarunt amorem, ei valedixerunt, est enim ἀπομνύναι et confirmare aliquid et negare jurejurando interposito. V. Reisk. Ind. Demosth.). Sed potest etiam e comica ratione intelligi ita, ut dicantur, quum ad finem florentis ætatis pervenissent, ejurasse amorem, quod tum quidem facile fuit. Sed rectius videtur a plerisque intpp. referri ad διεμήρισαν, atque tum etiam comice dictum est: nostra vi et ope subegerunt pueros, qui amorem ejuraverunt, etiam in finibus ætatis talibus rebus aptæ. Suid. v. ἀπομώμοκα. V. διεμήρισαν, et v. τέρμα. Dind. Male θέρμασιν Ven. i. Raph. Id. τέρμασιν Suid. in v. ubi Ms. μετὰ τ. ν. Pors.

705-6. Suid. vv. ἀπομώμοκα. διεμήρισαν. Pors.

707. ὁ μὲν ὄρτυγα δούς. Non semper adeo simplices fuere pulchri pueri, ut ætatis florem pro avicula darent: majoris lucri cupidos eos factos fuisse, queritur Glaucus in epigrammate: Ἦν ὅτε παῖδας ἔπειθε πάλαι ποτὲ δῶρα φιλεῦντας | ὄρτυξ καὶ ῥαπτὴ σφαῖρα καὶ ἀστράγαλοι· | νῦν δὲ λοπὰς καὶ κέρμα. τὰ παίγνια δ' οὐδὲν ἐκεῖνα | ἰσχύει· ζητεῖτ' ἄλλο τι, παιδοφίλαι. Brunck. Περσικὸν ὄρνιν. V. ad v. 485. Berg. De πορφυρίων ad 304. et 553. ὄρτυξ est *coturnix.* V. Camus ad Arist. ii. p. 150. s. Dind. πορφυρίων (omisso apostropho) Junt. iii. Id.

709. ὧραι sæpe dicuntur anni tempestates. V. Spanhem. ad Call. p. 132. 817. s. add. Hindenb. ad Xen. Mem. p. 177. φαίνειν est *indicare,* ut Xen. Anab. 4, 3, 10. θεὸς φαίνει ὀνείρατα. Dind. ὀπώρας Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. ὀπώρας Junt. ii. Brub. Gel. Port. Lugd. Id.

710. V. Schol. Berg. Ex Hesiodo in Opp. 448. φράζεσθαι — ἐπακούσῃς — ὀμβρηροῦ. Sequens versus etiam ex Hesiodo adumbratus, ibid. 45. αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ καταθεῖο. Et 629. πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι. Brunck. Ad priorem locum vid. Græv. Lectt. Hesiodd. p. 9. s. Verba nostri ita sunt capienda: καὶ φράζει (jubet) τὸν ναύκληρον κρεμάσαι τὸ πηδάλιον (gubernaculum) καὶ καθεύδειν. πηδάλιον, gubernaculum, et hieme et ubi appellebatur, e navi eximebatur. V. Böttiger. Archæol. Museum i. p. 13. et 22. De gruum (γεράνων, quibus convenit κρώζειν, gruere, v. Sturz. Prol. iv. de voce. anim. p. 7.) migratione, sementis faciendæ tempus indicante cf. Theocr. Id. x. 31. ibique Toup. p. 395. et Camus ad Arist. ii. p. 398. s. Dind. γέρανοι κρώζουσ' εἰς — μεταχωρεῖν Bloc. Id. μετά χωρῇ Junt. iii. Id.

712. Ὀρέστης, nocturnus illius temporis grassator, de quo faceta mentio rursus occurrit infra 1491. et Acharn. 1167. Brunck. et Berg. χλαῖναν ὑφαίνειν. In Lysistr. 586. τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι.— —ἵνα μὴ ῥ. ἀποδύῃ. Et in passiva voce, Ran. 727. ἵνα μήποτε κἀποδυθείη μεθύων. Berg. χλαῖνα crassior vestis superior fuit, hyemi apta. V. Hesych. h. v. ῥιγῶν est, *præ frigore horrens.* V. Tho. M. p. 782. et Bos. Obss. Critt. p. 48. ἀποδύειν alterum spoliare vestibus, ut Eccl. 864. 866. Dind. ὑφαίειν Ald.* Junt. i. iii. Emendatum in Junt. ii. Id.

713. δ' ante αὖ deest Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind. ἴκτινος δ' αὖ μετὰ ταῦτα φανεὶς ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνει. Particula δέ quidem abest in exemplaribus typis impressis ante Kusterum, et apud Scholiastam. Sed jure eam posuisse Kusterum existimo. At quanto urbanius sonat ἴκτινος δ' αὖτε φανεὶς μετὰ ταῦθ' ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνει! Nam in μετὰ ταῦτα difficilius recurrit syllaba τα: anapæstici vero pedis volubilitatem retardat. Reisig.

714. Ald. πέκειν. lege πεκτεῖν, mox τόκον. Bent. Priores edd. habent ἡνίκα πέκειν, refragante metro. Syllaba enim secunda in ἡνίκα brevis est. Quare non dubitavi ex Suida reponere πεκτεῖν, quod idem significat ac πέκειν, et metro melius quadrat. Kust. πεκτεῖν perspicue in membr., ut bene Kust. e Suid. edidit. In duobus aliis, ut in prioribus edd. mendose et cum metri ruina πέκειν. Brunck. πεκτούμενος est Lys. 686. ὥρα πεκτεῖν tempus tondendi. πόκον πέκειν Theocr. v. 98. ubi v. Schol. In Græcia et Sicilia bis quotannis oves tondebantur, vere et autumno (unde πόκον ἠρινόν.). V. Theocr. 28, 12. Dind. πέκτειν Suid. ed. Ms. in v. Pors. πέκειν Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind. ἵνα πέκειν — εἰαρινὸν Bloc. Id.

715. ληδάριον. Perperam vulgo λῃδάριον. Saltem oportebat λῄδάριον, ne su-

perflua syllaba versus oneraretur. Sed sincerior est hujus nominis scriptura per simplicem vocalem η. Auctor Etym. M. Λήδιον. Φιλήμων φησὶ σημαίνειν εὐτελὲς χιτώνιον ἢ χλανίδα παλαιάν. Ληδάριον, ἱμάτιον. Agnoscit eam quoque Hesychius in his glossis: Λαῖδος, λῆδος, τριβώνιον. Λήδιον, τριβώνιον εὐτελές. Diserte vero Didymus apud Eustath. ad Hom. p. 1146. extrema: καὶ οὕτω παροξύνεσθαι θελήσας τὸ λήδιον ὁ Δίδυμος ἀποστερεῖ αὐτὸ καὶ τοῦ κατὰ τὴν παράδοσιν προσγεγραμμένου ἰ, ἐπεί, φησι, λῆδος τὸ πρωτότυπον, ὃ Δωριεῖς λᾶδος φασίν, ὡς Ἀλκμάν· Λᾶδος εἱμένα καλόν, ὅ ἐστι, λήδιον, ἐνδεδυμένη εὐειδές. ἀπὸ γοῦν τοῦ λῆδος, φησί, μὴ ἔχοντος τὸ ἰ, γεγονὸς τὸ λήδιον, οὐδ᾽ αὐτὸ ἂν ἔχοι τὸ ἰ. Λῆδος apud Theocr. occurrit in Piscat. v. 10. sed obliterata Dorica forma, quam vere, ut opinor, restituendam esse monui: τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε λάδη. Vulgo legitur λῆδα. Sed λῆδον, λήδου, pro λῆδος, λήδεος, vox est exemplo carens et Græcitati incognita. At etiamsi concedamus genuinam eam esse, quis credat in carmine Δωρικωτάτῳ formam hujus nominis aliis Doricis poëtis usurpatam Theocritum neglexisse? De alio hujus Syracusani poëtæ carminis loco, ubi se primum dabit occasio, agam, ut Aristarchi in Eruditorum Diario hujus mensis (Juillet 1782. p. 462.) τὸ κακόηθες demonstrem ineptamque confutem crisin. Λήδιον, ληδάριον, sine ι excusa sunt in edit. Suidæ Mediolan.: litteram illam *ex ingenio* addidit Kusterus. Nescio autem, quid sibi velit Schol. ad hunc versum: σημειῶσαι δὲ ὅτι ἐν συστολῇ τὸ πρίασθαι. Quid mirum? prima in πρίασθαι semper et ubique corripitur. BRUNCK. Etiam λήδιον dicitur, et varie scribitur, ληΐδιον, λῄδιον, λήδιον. Grammatici dicunt esse vestem tenuem et vilem. Clearchus ap. Athen. vi. p 256. τοὺς τοῦ μειρακίου πόδας ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ γόνασι λεπτῷ ληδίῳ συνημφιακώς. BERG. ληΐδάριον Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. ληδαριον Rav. DIND.

716. ἐσμὲν δ᾽ ἄμμων μὲν Raph. — Male δωδώνοι Ven. I. Raph. DIND. V. supra 618. BERG.

717. ἐς ὄρνις—ἔργα τράπεσθε Suid. in Ἄμμων. BENT. ἐπ᾽ ὄρνις. Sic bene membr. Vulgo ἐπ᾽ ὄρνεις. V. infra ad 1250. BRUNCK. Est, *ad consulendas aves*. Harum enim volatum Græci diligenter observabant. V. Spanh. ad Callim. in Pall. 174. p. 703-720. DIND. ὄρνεις Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. ID. οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε. Schol. οὕτως ἐπὶ τὰ ἔργα χωρεῖτε. Ex Scholiastæ nota liquet eum pro ἅπαντα legisse vel ἔργα vel τὰ ἔργα. Atque ἔργα citat Suidas v. Ἄμμων. Omnino igitur legendum, πρὸς τἄργα. Vide Herodot. i. 97. Thucydid. ii. 40. Cratin. Πανόπταις apud Schol. ad Vesp. 1021. et Suid. v. παιδικά. πάνυ Μισεῖς γυναῖκας· πρὸς δὲ παιδικὰ νῦν τρέπει. Ita legendum. Confer et emenda Anonym. apud Montfaucon. Bibl. Coislin. ii. p. 474. [τὰ δ᾽ ἔργα pro τὰ δ᾽ ἄλλα in Eur. Heracl. 182. tres Mss. apud Elms. ad Med. p. 95. DOBR. ἐς ὄρνις Suid. PORS.

718. πρὸς γάμον ἀνδρός. Sic libri omnes, quam bene nescio. Minime id mihi placet: mallem, πρὸς γάμον, ἄνδρες. BRUNCK. Perbene Brunck. καὶ πρὸς γάμον, ἄνδρες. Hoc receptum in ordinem oportuit. HOTIB. Sed hoc, ἄνδρες, ita postpositum, valde friget. Nimirum et ad viros et ad feminas hic respicitur. DIND.

719. Suid. in Ὄνον ὄρνιν habet ὅσα περὶ μαντείας, in Ὄρνις, ὅσα μαντείας. BENT. πάνθ᾽ ὅσαπερ περὶ μαντ. Sic, ut impressi, C. In membr. περὶ omissum. In B. πάνθ᾽ ὅσα περὶ μαντείας. BRUNCK. ὄρνιν et οἰωνὸν Græci dicebant non modo augurium, sed etiam quodvis omen. V. Tho. M. p. 657. (cujus observatio totidem verbis in Schol. Soph. Œd. T. 52. repetita legitur) ibique Intpp. Nost. Plut. 62. μαντεία h. l. non vaticinium, sed divinatio et consultatio eorum, qui oraculum petunt; et διακρίνειν περὶ μαντείας, decernere de eo quod quæritur, oraculum edere. DIND. ὄρνις Suid. Ms. in v. νομίζετε. sic Ms. in ὄρνις ut videtur, ubi ed. Med. ὄρνιν νόμιζε π. ὅσα μ. δ. φ. γάρ. ὅσαπερ π. Suid. Ms. οἰωνοί. PORS.

720. πταρμόν. Sternutamentum οἰωνόν, *avem*, vocat Xenoph. lib. iii. de exped. Cyri c. 2. §. 5. BERG. πταρμὸς est sternutamentum vel hominis vel lucernæ, unde omen capiebant. V. Valck. ad Herod. p. 488. Vulp. ad Catull. 45, 9. φήμη est omen ex verbis pronunciatis captum. V. Vesp. 860. Wessel. ad Diod. S. ii. p. 152. ξύμβολον omen, quod ex occursu hominis aut animantis sumitur. φωνὴ sonus, qui subito editur. οἰωνούς, φήμας et σύμβολα conjunxit etiam Xen. Mem. 1, 1, 3. Wyttenbach. tamen ad Julian. p. 157. ed. Schæfer. (postquam omnino de voc. φημὴ egit) hæc ita distinxit, ut φήμη esset i. q. κληδὼν *divina vox*, φωνὴ *humana*. DIND. γ᾽. γὰρ Ms. in ὄρν. PORS.

721. ὄνον ὄρνιν. Hoc ex narratiuncula quadam tractum est. V. Scholiast. BERG. Conf. Suid. v. Ὄνος.—θεράποντα. Nempe si quando occurrat servus, nomine aut facto aliquo omen edens. DIND.

723. νομίζειν θεοὺς non tantum *putare*,

sed etiam *colere* deos est. μοῦσαι dicuntur aves canoræ. Non opus est, ut verba μάντεσι μούσαις a reliquis separentur et ita accipiantur, musis (avibus) significantibus, prædicentibus. In μάντεσι Μούσαις intelligendum ὡς, ellipsi Nostro familiari. V. Plut. 295. 314. ibique Schol. ἕξετε χρῆσθαι (ἡμῖν ὡς) μάντεσι Μούσαις. Vaticinia quovis anni tempore promittunt aves, quum oracula non semper liceat consulere, velut delphicum initio semel tantum adeundum erat quotannis. V. Spanh. ad Call. H. in Ap. 45. Dind. νομίση male Junt. iii. Id.

725. Describuntur anni tempestates: unde liquet ineptum esse αὔραις, reponendumque νεαραῖς ὥραις, *novellis horis, vere*. Vel omissa forte vel erasa versus litera initiali, sicut passim accidit, truncatum εαραῖς magisque depravari cœpit. Hotib. αὖραι tamen, *leniores venti*, cur displiceant, non video. Nam et iis uti volebant. Dind. Post μάντεσι interpungitur in Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. etiam Lugd. Amst. non item in Junt. ii. Gel. Port. Id.

727. καθεδούμεθα Attica forma est, pro καθίσομεν. V. Tho. M. p. 483. et Mœr. p. 212. ibique Piers. σεμνύνεσθαι de diis, suam potentiam et majestatem ostentare. Ita Ran. 1052. Dind.

728. χὠ Ζεύς. Sic tres codd. et primariæ edd. Mendose in Kusterianis χ' ὁ Ζεύς. Brunck. ἄνω—παρὰ ταῖς νεφέλαις. Quasi propter nubes non possint videre et audire, quid homines velint. Ita infra dicit, homines sub Nubibus secure pejerare, diis nihil animadvertentibus, v. 1608. Etiam Pac. 207. dicit de diis. Berg. χ' ὡ Ald. Junt. i. ii. iii. Brub. χ' ὁ Crat. Ven. i. ii. Wech. Raph. χ' ὠ Gel. etc. Dind.

729. 731-6. Suid. γάλα. Pors.

730. αὐτοῖς, παισὶν—. Mendose vulgo, metro claudicante, παισί. Brunck. παισὶ priori loco Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind. Suidas v. γάλα ὀρνίθων (ubi versum 730. omittit) t. i. p. 464. et v. πλουθυγίειαν t. iii. p. 132. Id.

731. πλουθυγίειαν. In Eqq. 1087. Berg. Et præterea Vesp. 675. Non est sanitas cum divitiis conjuncta, sed maxima opum copia, aut opes quæ sanitatis instar sunt. Dind. πλουθυγείαν Port. Id. πλουθυγίειαν. Suid. ed. Ms. Pors.

732. νεωτῆτα Ven. i. ii. Raph. Dind.

733. γάλα τ' ὀρνίθων. In proverbium abiit de valde fortunatis et omnia possidentibus *lac gallinaceum*, aut de rebus rarissimis. Sic Philocleon in Vesp. 508. ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα | ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν. Lucianus de Mercede conductis p. 668. καὶ ἕξεις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Strabo de Insula Samo p. 945. τὰ δ' ἄλλα εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἔκ τε τοῦ περιμάχητον γενέσθαι, καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἐπαινοῦντας, μὴ ὀκνεῖν ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα· καθάπερ που καὶ Μένανδρος ἔφη. Plinius in Historiæ Naturalis præfatione: 'Inscriptionis apud Græcos mira felicitas: κηρίον inscripsere: quod volebant intelligi *favum*: alii κέρας Ἀμαλθείας, quod *Copiæ cornu*, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum.' Petronius cap. 38. 'Nec est, quod putes, illum quidquam emere; omnia domi nascuntur; lanæ, ceræ, piper; lacte gallinaceum, si quæsieris invenies.' Brunck. Propria vis et origo locutionis ignota est. Nam quod Anaxagoras ἐν τοῖς φυσικοῖς ap. Athen. ii. 16. p. 57. γάλα ὄρνιθος voluit esse τὸ ἐν τοῖς ᾠοῖς λευκόν, non valet. Dicitur enim de re et optima et rarissima. V. Suid. Mnesimach. ap. Athen. ix. 9. p. 387. Nicander in Georg. apud eumdem viii. 2. p. 371. Erasm. Adag. p. 102.—θαλίαι sunt εὐωχίαι, *convivia*. V. Eurip. Bacch. 418. Græv. ad Hesiod. Ἔργ. 115.—κοπιᾷν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, *bonorum nimia copia laborare*. Cf. Toup. Emm. in Suid. et Hes. iv. p. 125. Dind.

734. σκοπιᾶν Suid. in Πλουθυγίειαν: et κοπιᾶν in Γάλα. Bent.

736. τιὸ sexies hic et v. 770. Rav.: Brunck. quater. Edd. ante Brunck. τιο τιο τιο τιο τίγξ, nisi quod Kust. conjunctim scripsit. Vid. ad v. 230. Dind.

737. Lege Μοῦσ' ὦ. Bent. Dispeream, nisi hæc a luscinia canantur pariter atque antistrophica: nam et ad cantum eam provocatam canere nihil vetat et conveniunt illi, ut totius odæ sonoræ argumentum et interjectiones τιὸ τιοτίγξ τοτοτοτίγξ, quibus vocem avis imitatur Comicus, ita inprimis, qua et supra 676. designatur, γένυς ξουθή. Hotib. Vid. Herman. ad Nub. 559. Præf. in Ald. etc. Ὠιδὴ καὶ στροφὴ κώλων ις'. Semichori nomen abest Ald. etc. λοιχμαία Wech. Dind.

738. τιο τιο τιο τιο τίγξ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Sic et 743. Dind. Vulgo et ap. Brunck. quoque hic et in antistr. versu 770. legitur: τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ. Sexies τιὸ dedisse e Rav. videtur Inv. Id.

740. νάπαισί τε, κορυφαῖσίν τ' ἐν ὀρείαις. Vulgo legitur νάπαισι κορυφαῖσί τ' ἐν ὀρείαις. In C. νάπαις. Quod reposuimus, ad metri normam exactum est, ut declarabitur ad antistrophicum versum. Brunck. Juntina minor, νάπαισι κορυφαῖσί τ'. Jam-

agnoscas licet versum asynartetum ex duabus penthemimeribus iambicis, tritissimum dramaticis metri genus. Legendum, νάπαις τε κορυφαῖσί τ' εἰν ὀρείαις. [Sed εἰν Comico non usitatum est, nec in lyricis his. DIND.] Proinde τὸ ἴαχον in antistrophico versu genuinum est, nec reponendum ἴακχον, quod nescio cui versificatori venerit in mentem, versus hos utcumque exæquanti. HOTIB. V. Nubb. 278. BERG. νάπαι sunt οἱ ὀρεινοὶ καὶ ἀναπεπταμένοι τόποι, auctoribus grammatt. antiquis, i. e. *nemora, saltus.* V. Spanh. ad Call. Apoll. 89. et Intpp. Hesych. DIND. νάπαισι κορυφαῖσί τ' ἐν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. νάπαις κορυφαῖσι τ' ἐν Bloc. ID.

741. Quater et hic et v. 743. (ut 752.) ponitur in aliis omnibus edd. τιὸ—. Ter tantum v. 741. et bis 743. habet Inv. DIND. τιὸ τιὼ τετίγξ Rav. ID.

742. ss. ita Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. δι' ἐμῆς γένυος (γένος Ven. II.) ξουθῆς μελέων | ἰζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου (φυλλοκόμων Crat. ἐπιφυλλοκόμων Ven. I. II. Wech. ἐπίφυλλοκόμων Raph.) | τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ | Πανὶ etc. DIND.

742-3. Sic colloca β'. α'. quin et Suid. in Ξουθῆς sic habet Δι' ἐμῆς—Πανί. BENT.

743. ἰζόμενος. In A. B. ἰζομένη. Hic versus strophæ sextus esse debet, eoque positus est ordine in tribus codd. In impressis perversus est versuum ordo, ita ut strophici antistrophicis non respondeant. Versus 743. in A. B. similis est versui 741. μελία est 'fraxinus, multum Homeri præconio Achillisque hasta nobilitata,' quæ sunt verba Plinii H. N. 16, 13. φυλλόκομος est, comis, foliis superbiens. DIND. ἰζόμενος Suid. Ms. μελία. ὀρείαις. PORS.

744. V. supra 214. Euripides Herc. Fur. 692. Κύκνος ὥς, γέρων ἀοιδὸς πολιᾶν ἐκ γενύων κελαδήσω. BERG.

745. ἀναφαίνειν νομοὺς μελέων est, *edere, canere, odas;* ut ἀναφαίνειν θεοπροπίας Hom. Il. A. 86. Πανί, quia deus nemorum est, ἀγαλλόμενος μολπαῖς, Hom. H. in Pan. 25. Hinc et Cybele statim post memoratur, quia versari in montibus credebatur. DIND.

746. Lege σεμνά τε. BENT. Infra 875. BERG. Dimeter est anapæsticus. Male vulgo legitur, σεμνᾷ τε. Distincte in membr. scriptum σεμνά, sed τε male omissum est. σεμνὰ epitheton est substantivi χορεύματα. BRUNCK. χορεύματα ἀναφαίνειν est *instituere choreas*, quæ, quoniam deæ sacræ erant, propterea σεμνὰ χ. dicuntur. σεμνά τε, jam olim et metri et concinnitatis causa edidi, quamquam Cybele (μήτηρ θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων Orph. Hymn. 13, 7.) dici recte σεμνὰ potuit, quod et aliorum deorum dearumve et Cybeles epitheton est. DIND. νόμον ἱερεὺς Suid. Ms. ξουθῆς. PORS. σεμνᾷ τε Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. — ὀρεία Ven. I. II. Raph. ὄρεια Bloc. DIND.

747. Decies syllaba το repetita in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. DIND. Decies vulgo το repetitum est, undecies ap. Brunck. novies tantum ap. Inv. ID.

748. F. ὡσπερεὶ μέλιττα. REISK. Lucretius (de Rer. Nat. lib. iii. init.): Floriferis ut apes in saltibus omnia libant, | Omnia nos itidem depascimur aurea dicta. Sic de Sophocle auctor vitæ illius: μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἑκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει· καθ' ὃ καὶ μέλιττα ἐλέγετο. BERG. Isocr. ad Demon. p. 48. ed. Battier. ὥσπερ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν βλαστήματα καθιζάνειν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνειν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Phrynichus poëta fuit melicus, commemoratus etiam in Ran. 1334. s. et alibi. Poëta καρπὸν μελέων dixit pro μέλη, propter verba ἀποβόσκεσθαι et μέλιττα. ἔνθεν est, ab avium cantu. ᾠδὰν e cod. Rav. reponendam puto. DIND.

749. Φρύνιχος Crat. Ven. I. II. Wech. Raph. DIND.

750. Non post καρπὸν sed post ἀεὶ interpungitur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. Lugd. (nulla omnino interpunctio in Ven. II.) DIND. ἀπογευέτω Suidas in ed. Mediolanensi. ID. ἀπελέγετο Suid. Ms. φρύνιχος. PORS.

752. Ter tantum τιο in Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. legitur. DIND.

753. In Ald. etc. præf. Ἐπίῤῥημα στίχων ις'. τὶς Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. DIND. Hæc chorus ad spectatores conversus dicit. Legendum est ὦ, in ed. Lips. DIND.

754. Citat Suidas v. Διαπλέκειν. KUST. διαπλέκειν. Subaudiri potest τὸν βίον, ut in isto iambo, ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε, qui exstat ap. Athen. xi. p. 458. Etiam verbum simplex ita usurpatur. Euphron ap. Stobæum: Ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχύν, Πλέκειν ἀλύπως τοῦτον οὐκ ἐᾷς; BERG. ὡς ὑμᾶς i. e. πρὸς ὑ. V. Gregor. de dial. Att. § 33. Apoll. Soph. Lex. Hom. h. v. Apud Suidam v. Ἀντίβας t. i. p. 290. ed. Port. recte legitur in ed. Port. ἀχθέντας ὡς αὐτόν, ubi male Kust. edidit εἰς. Thuc. p. 89,

49. ed. Duck. rescribendum e cod. Reg. ὡς βασιλέα, ut 2, 67. Dind. ὡς male excidit Ven. i. ii. Raph. Id. Suid. διαπλέκειν. Alibi citat διαπλέκειν βίον e Platone Legg. vii. p. 806. a. HSt. Pors.

756. ἐστὶ et ὄρνισι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. — τοῖσι Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Dind.

757. ἐστὶν Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Dind.

1630. Lege εἴ τοι: vid. Lys. 167. Bent. εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα. Sic optime membr. [et Rav.], ut emendaverat Dawes. In B. εἴπερ δοκεῖ. In C. ut vulgo pessime, εἴ τινι δοκεῖ σφῷν. Exstat hic versus etiam in Lys. 167. εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, χ' ἡμῖν ξυνδοκεῖ. Brunck. Rectius ad sensum legetur, εἰ μέν τι δοκεῖ σφῷν. Præit ad hanc emendationem Ms. Vat. U., qui habet εἴ τι δοκεῖ σφῷν, omissa particula μὲν vel simili, quæ ad fulciendum versum necessaria est. Kust. Leg. εἶτ' (i. e. εἶτα) εἰ δοκεῖ. Reisk. His conjecturis haud dubie id, quod nunc legitur, præferendum est. Fuit autem hæc Attici fori formula. Dind. εἴ τοι δοκεῖ Voss. Rav. Male Dawes. σφῷν ταῦτα, κἀμοί. Vid. Reisig. i. p. 133. Id. εἴ τινι δ. σφῶϊν τ. κ. ξυνδοκεῖ. Bloc. Id. εἴ τινι δοκεῖ σφῶϊν, (σφωϊν, Ven. I. II. Raph. σφῷν Port. Lugd. Amst.), ταῦτα κ. σ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. Id. εἶτοι Dawes. Misc. Crit. p. 303. qui advocat Av. 665. 1683. Lysistr. 167. Eurip. Hippol. 507. Elect. 77. Pors.

1631. οὗτος. Ita omnes: mallem οὕτω. Berg. ταῦτα τοῦ σκήπτρου. Leg. ταῦτα τὰ σκήπτρου. Reisk. Nec hæc conjectura idonea est. Sunt: hæc quæ de sceptro (imperio) proposita sunt. Dind. σκηπτάρου vitiose Ald. Junt. II. Id.

1632. μνήσθην (sine apostr.) Gel. Raph. Port. Dind.

1633. Pro Ἥραν est ὥραν in Junt. III. Dind.

1636. οἴκαδε Brub. Dind. αὖτις Cod. Voss. Dobr.

1637. Μάγειρε —. Hæc etiam dicuntur ad irritandam Herculis gulositatem, qui nunc secum sic cogitabit, ut ille in Acharn. 1043. qui quum etiam ejusmodi edictiones culinarias audiret, ἀποκτενεῖς, inquit, λιμῷ μὲ καὶ τοὺς γείτονας κνίσῃ τε καὶ φωνῇ τοιαῦτα λάσκων. Ceterum κατάχυσμα γλυκὺ est etiam supra 535. Berg.

1638. ἀνθρώπων. V. Schol. Sic Ran. 1513. ad Bacchum: τί δέδρακας, ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων; Berg. φέρῃ Bloc. Dind.

1639. ὑμεῖς Ald. Junt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Recte Junt. II. Gel. Port. etc. Dind.

1640. ὅτι (cum comm. post hoc, aut sine interp.) edd. vett., cum puncto Gel. Primus Port. ὅ τι; δ. Bloc. τί δέ. Rav. δ'. Dind. τί δὲ V. hic et 1669. Dobr.

1641. ὦ 'ζύρ'. Scribitur et ὦ 'ιζύρ' pro ὦ οἰζυρέ (miser). Pro πάλαι olim conjeci πάλιν legendum, iterum. Deceptus erat jam antea, quum sceptrum illi concederet, nunc iterum decipitur. Sed recte etiam

τάλαι dici potuit, de tempore non diu præterlapso. τυραννὶς non differt a βασιλείᾳ. V. Ammon. v. Τύραννος ibique Valck. Dind. τί ὦ 'ζύρ' Ald. Junt. i. Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. etc. τὶ ὦ 'ζύρ' Junt. ii. τί ὦ ζύρ' Junt. iii. Bloc. Id.

1644. σοῦ — γίγνεται. Tu, utpote filius Jovis, hæres eris omnium illius bonorum; si ergo hos sines ei regnum adimere, te ipsum defraudabis. Berg. Lepidus autem est locus, qui non solum humana, sed etiam Attica jura omnia ad Olympum transfert. χρήματα sunt omnino omnes opes, facultates, divitiæ. V. Fischer. Proluss. Palæphh. p. 23. Dind. γένης (pro τένης) Ven. i. γίνεται Ald. Junt. i. ii. iii. etc. Id.

1645. ὃς ἂν Crat. Ven. i. ii. Wech. Dind.

1646. οἴμοι τάλας· οἷον —. Sic membr. et C. Vulgo τάλας γ' v. not. supra 1494. Brunck. περισοφίζεσθαι, circumvenire. Nempe Neptunum eum decipere ait. Quare Herculem ad se accedere jubet, ut benevole eum admoneat. Dind. τάλας γ' οἷον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. τάλας μ' οἷόν σε περ. Raph. Id. Omittunt particulam Rav., Voss. Id.

1647. τοι (pro σοὶ) Lugd. Dind.

1648. ὁ θεῖος. Neptunus iste, patruus tuus: sunt enim fratres Jupiter et Neptunus, Saturno nati. Berg. διαβάλλεται, ἐξαπατᾷ. V. not. ad Thesm. 1214. Brunck. Suid. διαβάλλεται. διαβαλοῦμαι Archippus in Suid. Ms. qui addit, καὶ 'Αριστοφάνης. et mox, καὶ διαβάλλειν ante ἐπιχειροῦντι. Pors.

1649. Ald. ἀκαρῆ ut alibi [Vesp. 699.]. Bent. οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστί σοι, ne minima quidem pars paternorum bonorum ad te pertinet. V. Pierson. ad Mœr. p. 43. s. Dind. ἀκαρεῖ Junt. ii. Gel. Port. Lugd. Amst., sed ἀκαρῆ in Not. Scal. affertur, ut est in Ald. Junt. i. iii. etc. Id. ἀκαρῆ U. V. Gl. V. μικρόν. ὀλίγον. Dobr.

1650. κατὰ τοὺς νόμους. Mox recitabit legem Solonis. Fingit autem deos uti legibus Atheniensium. Berg. Athenis enim νόθοι (h. e. filii naturales, i. e. ex muliere peregrina aut pellice nati,) non poterant hereditatem consequi, vel una superstite legitima filia. V. Petit. Leg. Att. p. 588. Alcmene, Herculis mater, peregrina erat et Jovis pellex. νόθος κοὐ γνήσιος pleonastice dicitur, ut ἑκὼν οὐκ ἄκων, et similia. V. Barnes. ad Eurip. Or. 611. Dind.

1652. ξένης γυναικός. Ex Alcmena, quæ non fuit civis Attica, nec Jovis legitima conjux, verum Amphitruonis. Jovem autem supponit esse Atheniensem. Berg. Wiland. non recte eo refert, quod Alcmene, utpote mortalis femina, non fuerit Olympi civis. At poëta omnia ad civitatis Atticæ institutionem refert. Dind.

1653. Quomodo enim, inquit, posset haberi Minerva ἐπίκληρος, i. e. omnium bonorum hæres, si tu non esses nothus? Nothi enim excluduntur hæreditate, si adsint ex legitimo toro filii aut filiæ. Decipit autem Herculem, quum supponit Minervam esse ἐπίκληρον, quæ non est; adsunt enim alii et aliæ. Berg. Lex Athenis vetabat filiam consequi hæreditatem legitimam, quum filii adessent. Forma 'Αθηναίη pro 'Αθήνη etiam ap. Hom. legitur, ut Il. Z. 307. Apollo, Mercurius, aliique spurii erant Jovis filii, excepto Vulcano, quem Jupiter ipse repudiaverat. Mars solius Junonis erat filius. Minerva igitur, quæ e capite Jovis prodierat, sola erat legitima filia. Dind.

1655. Citat hunc locum Harpocr. v. Νοθεῖα. Kust. διδῶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind.

1656. νόθῳ'ξαποθνήσκων. τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων ed. Kuster. Harpocrat. v. νοθεῖα. ut legit quoque Scholiastes. Pors. νοθεῖα. Certa pecuniæ summa, quæ nothis dabatur. Berg. Recte enim olim lectum τὰ νοθεῖ' ἀπ. pro quibus Inv. e Rav. perperam τὰ νόθῳ (haud dubie intelligi voluit ὄντα) ἐξαποθνήσκων (quod ἐξαποθνήσκειν non video quam vim hic habeat) dedit. ει facillime abire potuit in ω s. ῳ. Nothis dari poterant manu, non testamento, ad 1000. drachmas, νοθεῖα, cf. Photius p. 220. Wessel. ad Petit. p. 588. Dind. (omisso pron. τὰ) Νόθῳ'ξαποθνήσκων Ald. Gel. Νόθω 'ξαποθνήσκων Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Bloc. Raph. νεθ' ὠξαποθνήσκων Junt. ii. νόθῳ 'ξαποθν. Brub. τὰ νοθεῖ' ἀποθν. Port. Lugd. Amst. "Νόθῳ ἀποθν. Vet." Not. Scal. Id. νοθεῖα ex Aristophane affert Pollux iii. 21., legitque νοθεῖα Scholiastes p. 506, 1. νοθεῖ' ἀποθνήσκων, deleto articulo, Dobr. ad Plutum v. 314. p. 39. (p. 95. ed. Lips.) Id. νόθῳ 'ξαπ. V. (sine τὰ) Dobr.

1657. ἐπαίρει σε, qui tibi hac spe animos facit, te excitat ad pacem repudiandam. σου ab ἀντὶ in ἀνθέξ. pendet, contra te arripiet, ad se trahere studebit. V. Intpp. Hesych. v. 'Ανθέξεται et 'Αντέχεται. Dind. πρῶτον Bloc. Id.

1658. πατρώων Ald. Junt. i. ii. iii. (supra 1656. et 1665. recte in his iota subscr.). Sed in Crat. Ven. i. ii. Wech. Lugd. et h. l. πατρῴων. In Brub. Gel. Port. Amst. ubique πατρώων. Dind.

1659. φάσκον Ven. i. Raph. Dind.

ἀδελφὸς Jovis. Berg. Nam ad patruum pertinebat hæreditas, si non nisi spurii erant liberi. ἐρῶ δὲ δή, *jam vero* (ut Eurip. Phœn. 726. 1283.) *tibi indicabo legem*—. Dind.

1660. δὴ κατὰ τὸν quidam. Not. Scal. Dind.

1661. Citat Suid. in Ἀγχιστεία. Bent.

1661-5. Hi quinque versus (numeris idoneis carentes) vulgo sex sunt, ut ipse Inv. in not. indicavit. νόθῳ—ἀγχιστείαν. V. Petitum de Legg. Att. p. 139. Kust. Meminit hujus legis Isæus de Philoct. hered. et Demosthenes contra Macart. ἀγχιστείαν. Sophocles etiam ἀγχιστεῖα pluraliter in neutro genere dixit Antig. 180. ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων. Berg. Scribendum videtur εἶναι 'γχιστείαν, quamquam interdum diphthongos cum seq. vocali in unam contrahi syllabam censet Toup. ad Schol. Theocr. ii. 17. ἀγχιστεία etsi in universum est propinquitas, cognatio (Hesych. Zonar. i. p. 24.), singulatim tamen ea dicitur cognatio, quacum hæreditatis jus conjunctum est, V. Ammon. v. Ἀγχιστεῖς ibique Valck. Zonar. i. p. 28. Hinc h. l. jus in bona succedendi. Dind. ἀγχιστίαν Bloc. Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Νόθῳ δὲ μὴ ἐ. ἀγχι- | στείαν, παίδων ὄντων γνη- | σίων. ἐ. δ. παῖδες | μὴ—τοῖς | ἐγγυτ. τοῦ γένους. Id.

1665. ἐγγυτ. τοῦ γένους. In membr. et in B. omittitur articulus. Brunck. τοῖς ἐγγ. ut Neptuno. Berg. οἱ ἐγγυτάτω τοῦ γένους sunt proximi cognati, qui Diod. S. xii. 18. οἱ ἄγχιστα γένους. Dind. Legebatur τοῦ γένους. Delevi articulum, omissum in Rav. Voss. Id.

1666. Post μέτεστιν interr. nota Junt. i. ii. iii. Crat. etc. δέ μοι Ald. Junt. i. ii. iii. etc. Dind. μὰ Δία U. (E Voss. nil notavi. Portus, quicum contuli, νὴ Δία habet, cum tribus primis.). Dobr. μὰ Δία edidit Kust. Pors.

1667. ἐς τοὺς φράτορας. Ac si esset natus utrimque ex civibus Atticis. Berg. De lege qua jubebantur Athenienses liberos suos ad curiales deducere, ut in civium albo inscriberentur, vid. Petitus l. ii. Tit. iv. § 8. seu p. 222. At vero nothi in curiam non admittebantur nec in civium numerum referebantur. Fiebat illa inscriptio tertio Apaturiorum die, qui κουρεῶτις dicebatur, qua de re vid. Meursius Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Brunck. εἰσήγαγ' Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Raph. Dind.

1668. καὶ δῆτα γ' ἐθαύμαζον. Sic membr. nisi quod errore librarii τ' pro γ' scriptum. Vulgo καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον. Brunck. οὐ δῆτά τ' ἐμέ γε Rav.—καὶ δῆτά γ' ἐθαύμαζον Rav. Dind. οὐ δῆτ' ἔμεγε· καὶ δῆτ' ἐθ. Bloc. Id. καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Id.

1669. αἰκίαν βλέπων. Priores edd. habent αἰτίαν βλ. sed nullo sensu. [F. εἰκείαν (nempe βλέψιν). Reisk. Sed quid hoc sibi vult? Dind.] Rectius Ms. Vat. U. (cujus auctoritatem hic sequuti sumus) αἰκίαν βλ. prout etiam legit Schol. vetus, ut ex ejus interpretatione satis patet. βλέπειν αἰκίαν autem significat, *irato esse vultu, instar ejus, qui alicui verbera minatur:* ut recte Schol. Phrasis similis est illi, βλέπειν πυῤῥίχην, βλέπειν νάπυ, βλέπειν ὑπότριμμα, et similibus, de quibus v. indicem nostrum v. Βλέπειν. Kust. [Nam αἰκία proprie est injuria, quæ infertur alteri verberibus infligendis. Vultus trux convenit et ingenio Herculis et huic loco. Dind.] αἰκίαν. Sic B. C. [etiam Rav.] ut bene Kust. e Vat. edidit. Antea legebatur nullo sensu αἰτίαν βλ., quam ineptam lectionem, pro eo quo pollebat acumine et judicio, revocavit Berglerus, hac confirmatam nota: " αἰτίαν. Ita Edd. pristinæ; non αἰκίαν, ut nuper." Sic solet bardus ille. V. not. supra 825. et 1007. Scholiastes recte interpretatur: τί δῆτ' ἄνω βλέπεις, ὡς τυπτήσων τινά. Phrasis similis est illis, quas enotavimus ad 1169. Vesp. 843. ὡς ἐγὼ τιμᾶν βλέπω, ac 900. ὦ μιαρὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει. Brunck. Ald. αἰτίαν. fo. αἰκίαν. vid. Schol. sic πυῤῥίχην βλέπειν 1169. et alibi σκύτη βλέπειν [Vesp. 641.]. Bent. αἰκίαν Vat. Rav. Victor. Voss. Dind. κέχηνας Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. αἰτίαν Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. Bloc. etc. Id.

1670. μεθ' ἡμῶν στῇς. Sic membr. Vulgo ῇς. Brunck. Restituit Inv. vulgatum, auctoritate cod. Rav. καταστήσω σε τύραννον, regem te *constituam, esse jubebo.* V. Tho. M. p. 487. Dind.

1671. Fo. ὀρνίθων τε. Bent. ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα. Synesius epist. 4. βούλοιντο μὲν ἂν καὶ τὸ ὀρνίθων γάλα παρασχεῖν· παρέχουσι δ' οὖν ὅσα αὐτοῖς ἀήρ τε φέρει καὶ γῆ. V. in Vesp. 731. ubi ad hoc proverbium alludit. Berg. Add. supra 734. παρέξωσι Junt. ii. σοι γάλα σοι Bloc. Dind.

1672. πάλαι (pro πάλιν) Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Bloc. Ven. i. ii. etc. Dind. πάλιν pro vulg. πάλαι, haud dubie ex Rav., recepit Inv. Nimirum supra ss. jam aliam conditionem æquam probaverat. Ante πάλαι non æque recte se habet καί, *etiam*. Id.

1673. σοι abest Bloc. Dind.

1674. τἀ'ναντία Ald. Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. τὰ ν' αντία Junt. ii. Gel. — ψηφίσομαι Gel. Port. Lugd. Amst. Dind. τί δὲ Cod. Voss. Id.

1675. περιβαλλῷ (pro Τριβ.) Ven. i. Raph. Dind. ἐν τῷ Τριβάλλῳ. *Omnis res pendet a Triballo.* V. Valck. ad Eurip. Phœn. 1256. Id.

1676. καλάνι. Pro καλὰν κόραν καὶ μεγάλαν Βασιλείαν. Loquitur autem semibarbare, ut in Ach. 104. Etiam in Thesmophh. introducitur Scytha barbarizans 1030. ss. 1116. ss. 1133. ss. 1207. ss. Berg. βασιλισσαναῦ. Male vulgo βασιλιναῦ, syllaba ad integritatem versus deficiente. Brunck. κοραυνὰ — βασιλιναῦ Bloc. Dind. βασιλιναῦ Ald. Junt. i. ii. iii. βασιλιναῦν Crat. Ven. i. ii. Wech. Brub. Gel. Raph. Port. etc. Id. βασιλιναῦ V. (vel -ᾶν). Dobr.

1677. ὀρνίτω Voss. Dobr. ὄρνιθι Ald. Junt. i. ii. iii. etc. ὄρνιθο Rav. Dind. Lege λέγει ut bis [scil. in 1678. et 1680.]. Bent.

1679. Lege βαβάζειν vel βαβάζει γ'. Bent. Vulgo legitur, εἰ μὴ βαδίζειν, ὥσπερ — sine ullo sensu, et structura ab usu loquendi prorsus aliena. In B. [ut in Rav. et Victor.] aliquantulo minore depravatione, εἰ μὴ βαδίζοι γ' ὥσπερ—. Saltem Græca hæc phrasis est. Sed quid, sodes, significare potest istud βαδίζοι? Mirum non est, si nihil sani inde elicuere interpretes. Barbarum Triballi sermonem in eam sententiam acceperat Hercules, quam ipse fovebat: negat vero Neptunus Triballum dixisse Basileam Pisthetæro nuptum dandam esse, nisi barbarus ille deus tam stulte et absone loquatur ac hirundo, εἰ μὴ τιτυβίζοι. Hesych. τιτυβίζει· ὡς χελιδὼν φωνεῖ. Duplici modo scribitur hoc verbum, per simplex et per duplex τ. Supra 235. ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε. Notum est autem ex multis Comici aliorumque poëtarum locis barbarorum sermonem cum hirundinum cantu comparari solitum fuisse. Æsch. Agam. 1059. χελιδόνος δίκην, ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη. Conf. not. ad Ran. 93. Brunck. [qui εἰ μὴ τιτυβίζοι γ' ὥσπερ — recepit.] Leg. εἰ μὴ βαβακίζει γ' ὥσπερ—, *sed tantum nugatur.* βαβακίζειν est φλυαρεῖν, *inarticulate loqui.* V. Hesych. v. Βαβάζειν. Reisk. Inv. e Ran. edidit βαδίζοι γ', h. e. *incedere velit*, et ad peculiarem volatum s. incessum hirundinum refert. Melius certe optativus quam indicat. se habet. Dind. βαδίζειν ὥσπερ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Id. βαδίζειν ὥσπερ Bloc. in eodem 1478-9. Herculi continuantur. Id. βαδίζειν et gl. ὀρνιθιάζειν e " Ms. Leid." notavi, eo, opinor, quem V. voco. Dobr.

1680. παραδοῦναι ταῖς χελιδόσι. Hic jam per synecdochen speciei pro genere hirundines accipiuntur pro avibus quibusvis; ut in isto loco Comici cujusdam ap. Athen. xiii. p. 562. τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα Ἢ κηροπλαστήσας ἔρωθ' ὑπόπτερον; Ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν. Berg. χελιδόσι Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. etc. Dind.

1681. Suid. διαλλακτής. Pors.

1682. σφῶϊν Ald. Junt. ii. iii. Crat. Wech. Brub. Gel. Port. etc. σφωῖν Junt. i. Ven. i. ii. Raph. Dind. Varia lectio συμβήσομαι in Cod. Victor. Id. σιγήσομαι et γρ. καὶ συμβήσομαι suprasc. Voss. Dobr.

1683. συγχωνεῖν male Junt. iii. Dind.

1685. τὰ deest Bloc. Dind.

1686. Lege ἆρα. Bent. ἐς καιρὸν ἆρα. Perperam vulgo ἄρα. Prima ob metrum produci debet. Brunck. ἄρα Ald. Junt. i. ii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. ἆρα Junt. iii. Dind.

1687. Continuantur hæc Pisthetæro. Bloc. Dind.

1688. ὀπτῶ τὰ κρέα. Hercules helluo maximus perhibetur fuisse; et vulgo Comicis fabula erat factus, dabatque eis materiam captandi risum. Noster etiam Comicus eum ridiculum facit, hic præcipue, quum facit eum assidere foco, et torrere carnes, quum fungeretur amplissimo munere legationis. Sic alii Comici solebant eum introducere panes pinsentem; quos tamen etiam ridet noster, vel quia illud inepte facerent, vel quia nimis sæpe. Locus est Pac. 741. Berg. ταυτί γ', ὑμεῖς δὲ νῦν ἴτε Bloc. Id. μένων om. Voss. Dobr.

1689. ὀπτᾷς τὰ κρέα. Perperam vulgo ὀπτᾷς σὺ τὰ κρέα; Inutile pronomen, a quo metrum pessumdatur, non agnoscunt membr. Brunck. In ed. 1624. ὀπτᾶς σὺ κρέα; legitur, quod olim recepi. ὀπτᾶς σὺ τὰ Bloc. Dind. ὀπτᾷς σὺ κρέα; Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. Id. ὀπτᾷς σὺ τὰ κρέα Cod. Voss. et Kust. Id. πολλήν γε. Sic Suid. Ms. τενθ. Pors.

1690. εὖ γε μέντ' ἂν διετέθην, *bene afficerer* (ironice). Nam διατεθῆναι cum adverbiis est i. q. διακεῖσθαι. Dind.

1690-91. Pisthetæro tribuuntur Bloc. Dind. ἀλλὰ deest Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Voss. etc. διδότω Junt. ii. Gel. Port. Lugd. δότω Bloc. Voss. τὶς Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. Wech. etc. Id. Lege ex schol. sup. 1564. ἀλλὰ γαμικὴν χλανίδα δότω τις δεῦρό μοι. ἀλλὰ quoque recte inserit textus editionis Kusterianæ, quamvis Kust. ipse in notis

proponat, γαμικὴν χλανίδα νυνὶ διδότω τις δεῦρό μοι. Opusc. p. 36. Pors.

1691. ἀλλὰ γαμικήν: lege γαμήλιον. Bent. γαμικὴν χλανίδα διδότω τις δεῦρό μοι. Metrum laborat, cujus fulciendi causa, scribo, γαμικὴν χλανίδα νυνὶ διδότω τις δεῦρό μοι. Kust. Videtur ille ἀλλὰ, quod ab initio versus vel in ipsius edit. legitur, prorsus neglexisse. Nulla opus est correctione. Metricus Schol. pro διδότω legit δότω, ut 1187. Erat solennis hæc formula δότω, ἐκδότω τις, qua in scenam inferri quid jubebatur. V. Hemsterh. ad Arist. Plut. p. 469.

1692. Hæc adhuc cum illis cohærent, ubi chorus cœpit narrare, sibi in diversis locis visa mirabilia. Initium est supra 1470., deinde ingredientibus actoribus desinit; egredientibus iterum incipit v. 1553. Berg. Est antistropha, quæ respondet strophæ v. 1553. ss. Pergit chorus enarrare quæ circumvolitans viderit. Dind. Φαναῖσι. Nomen loci alicujus in Chio, ut ait Schol. Alludit autem ad φαίνειν, a quo συκοφαντεῖν, pro quo etiam usurpatur quandoque, ut idem dicit. Berg. Erat promontorium et portus insulæ Chii. V. Thuc. viii. 24. ejusque intpp. add. Liv. xxxvi. 43. et Strab. p. 955. ed. Almel. Dind. Στροφὴ κώλων ι' præf. in Ald. etc. Id.

1693. κλεψύδρᾳ. Nomen fontis in arce, a quo et horologium ita dicebatur, quo utebantur in judiciis. Has duas notiones inter se miscet hic. Berg. τὴν κλεψύδρα (sic) Voss. Dobr.

1694. ἐγγλωττογαστόρων. Alludit ad vocem χειρογάστωρ, ut ait Schol., i. e. *opifex manuarius*, quasi qui manibus suis cibum ventri quæritat. Berg. ἐγ-γλωττα-γαστόρων Ven. i. ii. Raph. Dind.

1695. οἱ θερίζουσιν—γλώτταις. Quod hic sycophantæ linguis suis, id bonus miles armis dicitur efficere, in scolio Hybriæ ap. Athen. xi. p. 693. ἐστί μοι πλοῦτος μέγας δόρυ καὶ ξίφος καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός. τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω, τούτῳ πατέω τὸν ἀδὺν ἀπ' ἀμπέλων οἶνον. Berg. Non opus est, ut cum Hotib. ταῖς ante γλώτταισι deleatur, si v. 1557. ἣ ad præced. versum refertur. Dind.

1696. s. γλῶτ ταισι Crat. Wech. Brub. Dind. Rav. καὶ τρυγῶσι καὶ ταῖς γλώτταισι. Id.

1698. τῆνος (pro γένος) perperam Ven. ii. Dind.

1699. Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι. V. Vesp. 419. ubi v. Scholia. Berg. Gorgias haud dubie Leontinus est, nobilis sophista artisque dicendi magister, qui mercede docuit eloquentiam. V. Plat. in Gorg. Philippus inter sycophantas tum eminuisse videtur. Dind. καὶ ante Φίλιπποι deest Ven. i. ii. Raph. Id. Schol. Ms. Leid. ὁ Φίλιππος καὶ ὁ Γοργίας ῥήτορες ἄλλοι εἰσίν· ηὔξησε δὲ τῷ πληθυντικῷ τὴν κατηγορίαν· Γοργίαν δὲ λέγει νῦν τὸν ῥήτορα οὗ Πλάτων μνημονεύει. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἰατρὸς οὗ μνημονεύει Ἀλκαῖος Ἐνδυμίωνι. τοῦ δὲ Φιλίππου καὶ γεωργοῖς μνημονεύει Ἀριστοφάνης:—Eadem fere ex Rav. edidit Invernizius. Dobr.

1700-1. Unus versus Ald. Junt. i. ii. iii. etc. duo in Brub. ἐγγλωττογαστόρων ἐκείνων Ald. Junt. ii. ἐγ. κείνων Junt. i. iii. Crat. Ven. i. ii. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. ἐγγλωττογαστέρων κείνων Wech. ρων ἐκείνων Brub. Φιλίππου Junt. ii. Dind.

1701. ἐκείνων. Sic bene membr. et B. [etiam Rav.]. Vulgo κείνων, binis versibus in unam lineam conjunctis, quam si quis Scholiastæ fide trochaicum tetrametrum esse credidit, næ illi facile erat verba dare. Brunck.

1702. s. unum versum efficiunt in Ald. Junt. i. ii. iii. etc. duo in Brub. Dind.

1703. γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Proprie in sacrificiis id fieri solet, ut Pac. 1061. ubi ad sacrificantes dicit fatidicus, ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Sed h. l. nihil aliud significatur hac phrasi, quam Philippum propter improbam linguam, qua multis nocuerat, gravem aliquam pœnam sustinuisse, quod patet ex illo loco, quem ad versum anteced. adduxi. Berg. Videtur Aristoph. significare voluisse, utilissimum fore, si istis sycophantis, ut victimis, lingua exscindatur. Wiland. At hoc non dici potuit πανταχοῦ—τέμνεται. Immo sensus est: *propter* (ἀπὸ) *illos homines lingua victum quærentes* (quoniam linguæ tantum tribuunt) ubique in Attica lingua victimarum a reliquis visceribus separatur (quæ diis, eloquentiæ præsidibus, consecrabatur, v. Schol. min. ad Hom. Od. Γ. 341.); aut, quoniam isti lingua alios tantopere vexant, lingua victimæ separatur et abjicitur. Ceterum duo hi postremi antistr. versus olim unum efficiebant. Dind.

1704. Vulgo hic initium actus v. constitutum, apud Wiland. vi. act. Redit Pisthetærus ex Olympo cum conjuge. Poëta in re levissima usus est sublimibus Pindari et Tragicorum verbis. Nuncii oratio jam composita est ad dictionem nunciorum, qui in fabulis Tragicorum prodeunt. μείζω λόγου (scil. πράττοντες), sunt, quæ verbis exprimi vix possunt. V. Markland. ad Eurip. Suppl. 844. Valck. ad Hipp. 1216. Dind. Σύστημα κατὰ περικοπὴν

præf. Ald. Junt. I. III. etc. Σ. κ. περὶ κωπὴν Junt. II. Id.

1706. δόμοι apud Tragicos de uno palatio regio dicitur, ut Eurip. Or. 1358. cf. Valck. ad Phœn. 1733. Mox χρυσαυγὴς δόμος dicitur palatium auro splendens προσέρχεται cum χρ. δόμῳ, οἷος cum ἰδεῖν jungenda. παμφαὴς ἀστὴρ, stella omnia collustrans, unde omnino splendida. Pisthetærus ad palatium accedit ita splendens ut stella et radii solis. Perperam etiam Lat. interpres vertit: talis enim accedit qualis neque illustris adspectu stella fulsit in auro splendente domo. Potestne stella fulgere in domo? Ex olim vulg. scriptura (τοιοῦτον ἐξέλαμψεν. οἷον δ' ἔρχεται) maluerim comma post ἐξελ. poni, et δ' post οἷον deleri; sed præstat cod. Rav. scriptura ab Inv. recepta: ἐξέλαμψεν. ἔνδον (pro εἴσω ut et ap. Tragicos hæc inter se permutantur) ἔρχεται. Incredibilis pulcritudo exprimitur verbis οὐ φατὸν λέγειν, in quibus λέγειν, Epicorum et Tragicorum exemplo, (οὐ φατὸν εἰπεῖν Orph. Arg. 926.) redundat. Fulmina sæpe dicuntur *Jovis tela*, iisque tribuuntur alæ, propter celeritatem. V. Orph. Hymn. 18. Dind. ἀστὴρ ἰδεῖν ἔλαμψε χρ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Bloc. Ven. I. II. etc. Id. ἔλαμψεν ἰδεῖν Rav., Voss. Id.

1710. ἐξέλαμψεν. (vel comma) οἷον δ' ἔρχ. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Bloc. etc. Dind. οἷον ἔρχεται Cod. Voss. ἔνδον ἔρχεται Rav. Id.

1711. Adverss. p. 153. Pors.

1713. ὀσμὴ: ita quidem Suid. in Ὀσμή. Sed quomodo ἀνωνόμαστος, *innumerabilis?* quomodo ὀσμὴ est θέαμα? Lege sine dubio Πομπή. [at confer Æsch. Prom. 115. ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής. Dind.] Scal. κύκλῳ: at κύκλου Suid. et δ' Αὖραι διαπνέουσι. sed vide in Διαψαίρουσι. Bent. Βάθος κύκλου autem hic significat *altitudinem cœli*, et βάθος dictum est pro ὕψος, ut ap. Virg. 'cœlumque profundum,' i. e. *altum*. Totum autem hunc locum supra soccum comicum longe assurgentem, verbis Tragici alicujus contexuisse videtur poëta noster; quod et alibi non raro facere solet, ut nimirum Tragicos parodiis hujusmodi et allusionibus ridendos propinet. Kust. Lege κύκλῳ. Reisk. ἀνωνόμαστος. Sic Suid. Ms. in ὀσμή. Pors. κύκλῳ in not. exc. Scal. affertur. Dind.

1714. θυμιαμάτων δ' αὖραι. Sic membr. Particulam, qua connectitur oratio, omittunt vulgares libri: eam agnoscit etiam Suidas in ὀσμή. Brunck. καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων δ' Toup. in Suid. iii. p. 137. ex Suida v. ὀσμή. θυμιαμάτων δ' Suid. ed. Ms. ὀσμή. Pors. Non post θέαμα, sed post θυμιαμ. interpungitur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Bloc. etc. δ' ante αὖραι deest Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Bloc. etc. δ' habent Rav. Voss. Dind.

1715. πλεκτάνην. Scholia τὴν εἴλησιν. Homerus de eadem re [Il. A. 317.]: κνίσση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνόν. Berg. Id est, *volumen fumi:* quod eadem metaphora dictum est, qua πλόκαμοι καπνοῦ, βόστρυχος πυρός, et similia, quæ apud poëtas occurrunt. Kust. διαψαίρουσι Hesych. et Zonar. i. p. 530. ex h. l. reddunt, διαπνέουσι. ψαίρειν auctore Zon. i. p. 530. nautæ proprie dixerunt τὸ πνεῖν. Et de leni quidem flatu usurpatum est. Dind. διαπνέουσι Suid. ed. Ms. Pors. Sed vide Suid. v. διαψαίρουσι. Dobr.

1716. καὐτὸς Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. Dind. Frob. θεαῖς. Ald. θεᾶς. Bent. θεαῖς. θεᾶς Kust. Pors.

1718. Vulgo legitur, ἄναγε, δίεχε, δίαγε, πάραγε, πάρεχε. Tertium horum verborum, nempe δίαγε, quod nescio unde pedem huc intulerit, omissum est in tribus codd. [etiam Rav.] recte. Versus est dimeter trochaicus. Qui sequuntur duo dimetri sunt catalect. vulgo male digesti, quorum prior etiam claudicat. [Ita scilicet, περιπέτεσθε τὸν μάκαρα | μάκαρι σὺν τύχᾳ. Inv. cum Rav. scripsit, περιπέτεσθε | τὸν μάκαρα μάκαρι σ. τ. Sed Brunck. περιπέτεσθε τὸν μάκαρ' | ἄνδρα μ. σ. τ. Dind.] Vocem ἄνδρα, quæ exciderat, e conjectura reposui. Nugas agit metricus Schol., quum pro dimetro trochaico acatal. versum hunc venditat, περιπέτεσθε τὸν μάκαρα. Brunck. Ridiculi gratia hæc dicit Comicus, alludens ad locum illum Eurip. Troad. 308. ἄνεχε, πάρεχε φῶς, vel ad similem Cycl. 202. ἄνεχε, πάρεχε· τί τάδε; Manifestius certe ad loca hæc Eurip. allusit poëta noster in Vesp. 1318. ἄνεχε, πάρεχε. Κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν etc. Kust. Chorus saltaturus hæc dicit: hoc verbo et Ithyphalli saltaturi utebantur; Athen. xiv. p. 622. ὅταν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὀρχήστραν γένωνται, ἐπιστρέφουσιν εἰς τὸ θέατρον, λέγοντες· Ἀνάγετε, εὐρυχωρίαν ποιεῖτε τῷ θεῷ. Occurrit hoc verbum etiam in saltatione usurpatum cum casu obliquo in Troad. 326. ἄναγε χορόν, et ibid. 332. χόρευε — ἄναγε πόδα σόν. V. Not. ad Vesp. 1317. ubi etiam ἄνεχε, πάρεχε. Berg. Ὠδὴ καὶ στροφὴ κώλων ιβ' præf. in Ald. etc. Inter δίεχε et πάραγε inseritur δίαγε in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. etc. deest in Raph. "δίαγε abest Veteri." Scal. Not. Etiam Rav. omittit διάγε. Dind. Ἡμι. om. hic et 1723. Cod. Voss. idem δίαγε omittit. Dobr.

1719. ss. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. (in qua huic versui præf. Xo.) Brub. Gel. etc. περιπέτεσθε τὸν μάκαρα | μακαρι σὺν τύχᾳ. (συντύχᾳ Crat. Ven. I. II. Wech. Raph.) ὦ φεῦ, φεῦ, τῆς ὥρας, | τοῦ κάλλους. ὦ Bloc. abest. DIND.

1721. s. Vulgo hic versus in duos divisus est, sic: ὦ φεῦ, φεῦ, τῆς ὥρας | τοῦ κάλλους. In primariis edd. ὦ est extra versum. In C. plane omissum est: in B. non comparet in textu; minio scriptum est in margine a secunda manu. Prorsus expungi debuit: versus est dimeter anapæsticus. Mirare vero et Græculi, qui metra declaravit, et editorum stoliditatem. Huic cantilenæ præfixus est venustus iste titulus: *strophe et ode colorum* xii. Numerantur tamen in ea cola xiii. At metra callenti versus non sunt plures quam xi. BRUNCK. ὥρα h. l., quia jungitur cum voc. κάλλος, est *florens ætas*. DIND. Philostrat. Imagg. p. 814. φεῦ τῆς ὥρας. ID.

1722. Vulgo sic leguntur hi versus: ὦ μακαριστὸν σὺ γάμον | τῇδε τῇ πόλει γήμας. Quorum prior dimeter esset choriambicus, alter vero nullam metri formam habet. Ridiculus est Græculus, qui trochaicum hephthemimerem esse dicit, spondeum in tertia sede habentem. Pudet me harum toties recusarum ineptiarum, quæ ne semel quidem in lucem protrahi debebant. Participium γήμας loco suo motum fuit. Scripserat poëta: ὦ μακαριστὸν σὺ γάμον γήμας | τῇδε τῇ πόλει. | aut, ὦ μακαριστὸν σὺ γάμον | τῇδε γήμας τῇ πόλει. Sed potior est prior ratio. BRUNCK. Post τῇδε additur τῇ in Ald. Junt. I. II. III. Bloc. Crat. etc. Articulum omittit Rav. DIND.

1723. Vulgo præfigunt huic versui personam alterius semichori, quam non agnoscunt A. B. Sunt autem quinque ultimi hujus cantilenæ versus regulares anapæsti. Adjectivum μεγάλαι geminatum est in tribus codd. [haud dubie etiam Rav.] Mox ὑμεναίοις recte scriptum in B. C., non, ut vulgo, ὑμεναίοισι. Pro δέξασθ', quod ad metri legem reposui, libri omnes, manifesta menda, habent δέχεσθ'. BRUNCK. Brunck. edidit: μεγάλαι, μεγάλαι κατ. τύχαι | γένος ὀρνίθων διὰ τόνδε τὸν ἄνδρ' | ἀλλ' ὑμεναίοις καὶ νυμφιδίοις | δέξασθ' ᾠδαῖς | αὐτὸν καὶ τ. βασ. DIND. Ἡμ. (semich.) præf. et μεγάλαι semel tantum legitur in Ald. Junt. I. II. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. etc. in Junt. III. Ἡμί. Μεγάλαι κατίσχουσι, τ. μεγάλαι bis Rav. Voss. ID.

1724. ss. Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. etc. γένος ὀρνίθων | διὰ τ. τ. ἄνδρα (τὸν ἄνδρα Bloc.) | ἀλλ' ὅμεν. (ὑμεναίοι Junt. III.) καὶ νυμφιδίοις (sic Bloc.) | δέχεσθ' ᾠδαῖς | αὐτὸν κ. τ. β. DIND.

1725. Lege ὑμεναίοις νυμφιδίοισι δέχεσθ'. BENT. Recte Rav. νυμφιδίοισι δέχεσθ' ὠδ' V. sed accentus in ὦ ex em. Merus est error pro ᾠδ', i. e. ᾠδαῖς. DOBR.

1727. Lege Ἥρᾳ — Ὀλυμπίᾳ. BENT. Olim præfixa erat chori persona. Semichori nomen Brunck. et cum Rav. Inv. recte præmiserunt. Ἥρα — Ὀλυμπία [ut ed. Kust.] *Junonem olim Olympiam excelsi solii regem, magnum diis Jovem, fata conjunxerunt tali hymenæo.* Ita Hemsterhusius. Andreas autem Divus: Juno quondam cœlestis altarum sedium dominantem deis magnam Parcæ comportaverunt in his nuptiis. Harum versionum neutram perspicuam esse et Græcæ verborum structuræ satis respondere, posteriorem etiam barbaram esse, animadvertit Dawes. M. Crit. p. 298. ss. qui ita pergit: "Ultimi duo versus metri leges violant. Hujusmodi utique systematum ea est indoles, ut primæ syllabæ communi subjiciantur in versibus acatalectis dactylus et creticus; in catalecticis dactylus et spondeus. Hoc autem metrum eorum in numero venit, quorum ultimis syllabis nulla permissa est licentia, præterquam in clausula catalectica. Atqui versus quartus cretici loco tribrachyn duobus temporibus minorem præfert. Ultimus ejusmodi est, cujus proprium esse video aliud versuum systema claudere, in quibus scilicet dactylus cum cretico non jam syllabæ communi sed spondeo vel trochæo subjungitur: cujusmodi est Julii et Manliæ epithalamium a Catullo conscriptum, nisi quod ibi primus nonnumquam pes iambus adhibeatur. Eodem etiam nomine corruptum est, quod antistrophen claudit: τῆς τ' εὐδαίμ. Ἥρας. Sic rescribendum censemus: Ἥρᾳ ποτ' Ὀλυμπίᾳ—(Ἡρᾷ ποτ' Bloc.) | Μοῖραι ξυνεκοίμισαν (idem cubile adscendere fecerunt) | Τοιῷδ' ὑμεναίῳ. Locutioni Ἥρᾳ ξυνεκοίμισαν similis est, quæ ap. Soph. exstat Electr. 276. et 584.—τῷδε συγκοιμωμένην—ἥτις ξυνεύδεις τῷ παλαμναίῳ. Istud autem τοιῷ δ' ὑμ. rectius dici quam ἐν τοιῷδ' ὑμ. nemo non agnoscet, nisi qui in Græco sermone sit hospes. Antistrophe denique sic claudenda est: καὐδαίμονος (i. e. καὶ εὐδ.) Ἥρας." DIND. Hemichorio tribuit Brunck. tacite. Et ita Rav. et Voss. ID. Στροφὴ ἑτέρα κώλων ε' et chori nomen præf. in Ald. Junt. I. II. III. etc. Ἥρα—Ὀλυμπία Ald. Junt. I. II. III. Crat. etc. ID.

1728. ἠλιβάτων Ald. Junt. I. III. Crat.

Ven. I. II. etc. ἡλιβάτων Junt. II. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. DIND. τὸν ἡλ. Voss. DOBR.

1730. Lege ξυνεκοίμισαν. BENT. ξυνεκοίμισαν. Sic optime emendavit Dawesius. Vulgo cum sententiæ et versus ruina ξυνεκόμισαν. At illic subsistere debebat, nec sequentis versus ut et antistrophici scripturam sollicitare. BRUNCK. Ex vulg. lectione ἄρχοντα duplici modo construitur. Hoc si displicuerit, scribi θεαὶ poterat. Sed præstat retineri vulgatum, non inusitata in tali carminum genere structura. Parcis erat et in nuptiis quoddam munus. V. Catull. lxiii. 305. et Spanhem. ad Call. p. 187. DIND. ξυνεκόμισαν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. Rav. et Reisk. ID.

1731. Delet ἐν Dawes. PORS. ἐν τῷδ' ὑμ. Bloc. DIND.

1732. Hunc versum in fine strophæ rursusque in fine antistr. (1738.) exhibent membr. Qui autem vulgo ante v. 1743. legitur, Ὑμήν, ὦ Ὑμέναι', ὦ Ὑμήν, eum non agnoscunt. In B. e regione hujus versus minio adscripta est membr. lectio. BRUNCK. ἀμφιθαλὴς ubi de hominibus dicitur, indicat eos, qui utroque parente florent; de diis, omni ex parte florentes, almos, significat. DIND. Hic versus Ὑμὴν —plane deest Ald. Junt. I. II. Bloc. etc. Edd. ID.

1733. Ἀντιστροφὴ κώλων ϛ' præf. in Ald. etc. ἀμφιβαλὴς Bloc. DIND.

1734. χρυσόπτερος. Supra 697. BERG. Suid. v. ἀμφιθαλής. PORS.

1735. εὔθυναι Junt. II. DIND.

1736. Citat Suid. in Πάροχος. BENT.

1737. κανδαίμονος Ἥρας Dawes. PORS.

1738. Cani talia solebant in nuptiis. Ὑμέναιος nunc carmen nuptiale dicitur, nunc deus nuptiarum præses. V. Toup. Emm. in Suid. ii. p. 292. Spanhem. ad Callim. Del. 296. DIND. Præf. Ἐπῳδὴ κώλων ϛ' et loco horum versuum legitur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Bloc. etc. ὑμὴν ὦ ὑμέναι' ὦ ὑμήν. ID. In Rav. bis scriptum ὑμὴν ὦ, ὑμέναι' ὦ. Voss. ὑμὴν ὦ ὑμέναι' ὑμὴν ὦ ὑμέναι' ὦ. ID.

1740. ἄγαμαι λόγων, *probo carmina.* Pisthetærus, qui una cum Basilea curru per nubes devehitur, debebat ad Jovis laudes chorum cohortari, ne spectatores iis, quæ adversus deorum patrem dixerat, nimis offenderentur, quod recte Wiland. monuit. DIND. νυν Junt. III. ID.

1741. Citat Suid. in Χθονίας. BENT. τὰς χθονίας βρ. Mox exponit, cur ita vocet: αἷς ὅδε νῦν χθόνα σείει. Sic Jovem tonantem χθόνιον vocat Sophocles Œd. Col. 1654. κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος. BERG. *terrestria* Hemsterh. *terrifica* Berg. *sub terram mugientia* Brunck. interpretantur. Quidquid horribile est et grave, χθόνιον dicitur. DIND. κλήσατε Ven. I. II. Wech. Gel. Raph. Port. Amst. ID.

1742. ἀστραπὰς Junt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. ἀστεροπὰς Ald. Junt. II. Gel. Raph. Port. Lugd. Amst. DIND.

1743. δεινῶν Ven. I. Raph. τάρ' γῆτα Ald. DIND.

1744. Στροφὴ ἑτέρα καὶ ᾠδὴ κώλων ιη' præf. in Ald. etc. DIND.

1744-50. Sunt quatuor versus in Ald. et cett. edd. quorum primus v. φάος, secundus v. πυρφόρον, tertius v. ἅμα, quartus v. σείει terminatur. ἀστραπῆς rursus in Junt. I. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. ἀστεροπῆς in cett. etiam Raph. DIND. φάνος Cod. Voss. ἀστραπῆς φέγγος Victor. ID.

1746. ὦ χθόνιαι additum ex libris Vat., Voss., Rav. Victor. DIND. Verba ὦ χθόνιαι desunt in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. ID.

1748. τὰ ante πάντα excidit Gel. Port. Lugd. Amst. DIND. τὰ πάντα Vat. Voss. DOBR.

1749. βασιλείαν ἔχει. Sic membr. et C. In membr. mendose ἔχειν. Vulgo ἔχων. BRUNCK. ἔχει Vat. Voss. Rav. Victor. DIND. ἔχειν Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. ID.

1750. Vulgo hæc male una cum seqq. semichoro tribuuntur. Hic versus chori canticum finit. Sequentia conveniunt Pisthetæro, cui tacite tribuit Brunck. et a quo interrumpi cantum chori putat Wiland. Ex mente Schol. scribendum fuerit, ὑμὴν ὑμέναι' ὑμήν. V. Pac. 1341. Dawes. M. Cr. p. 288. DIND. Præf. Ἡμι. et sequenti versui Pisthetæri nomen non præmittitur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Gel. Raph. etc. ID. Ἡμι. om. Voss. DOBR.

1751. γάμοισιν, *ad nuptias celebrandas,* s. nuptiales epulas. ἕπεσθε cum ἐπὶ πέδον Διὸς (ubi Hotib. scribi voluit ἐπί τε π. Δ.) jungendum. DIND.

1752. συνόμων Ven. I. II. Raph. DIND.

1753. πτερυγοφόρ' dedit DIND.

1756. χέρα Cod. Voss. DOBR.

1757. λαβοῦσα pro λαβομένη notandum. Videor mihi jam in superioribus id idem observasse [v. 355. sed utroque loco aliquid subintelligi potest.]. REISK. πτερῶν pro χειρῶν dictum, quia avis loqui fingitur. Rectius integer versus ab Αἴρων incipit. Inv. primam hujus participii syllabam præcedenti adjecit. DIND.

1758. Prima syllaba v. αἴρων ad sequ. versum refertur in Ald. Junt. I. II. III. Crat. Ven. I. II. etc. κουφιῶς Gel. DIND.

1759. Fo. Παιήων: vid. Lys. 1293. Bent. In folio ad calcem libri scripsit Bent. "Erotianus in Lexico Βλακεύειν— οὗ μέμνηται Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι: quære locum." [Immo respexit Lexicographus ad v. 1313. βλακικῶς.] Dind. ἀλαλαί, ἰὴ Παιών. Sic tres codd. In primariis edd. ἀλλαλαί, in recentioribus ἀλλαλή. Brunck. Eadem exclamatio occurrit Lysistr. 1293. ubi tamen legitur ἀλαλαί: uti etiam hic habet Ms. Vat. U. Kust. Editio Farrei, ἀλλαλαί. In Lys. 1293. ἀλαλαί, ἰὴ Παίων—. Est autem vox faustæ acclamationis in victoria. Hesych. ἀλαλαγμός· ἐπινίκιος ὕμνος, ἢ εὔφημος βοή. Tale quid erat etiam τήνελλα. Vide eumdem in Τήνελλα et ad Acharn. 1228. Berg. De ἰὴ cf. Spanh. ad Call. Apoll. 25. Dind. ἀλαλαλαὶ Cod. Rav. et Voss. ἀλαλαὶ Cod. Vat. Id. Ἀλλαλαὶ Ald. Junt. i. ii. iii. Crat. Ven. i. ii. etc. ἀλλαλὴ Port. Lugd. Amst. Id.

1760. τήνελλα καλλίν. Cfr. nos supra ad Ach. 1225. Kust. Τήνελλα victoribus acclamari solebat, eaque voce primus Archilochus usus dicitur. Cf. Schol. etiam Phot. h. v. δαιμόνων ὑπέρτατε (summe deorum) non ad Pisthetærum, qui cum Jove comparetur, sed ad ipsum Jovem referendum nunc puto. Dind. Primo loco Ἀρχίλοχος, altero Ἀντίλοχος sch. Ms. Leid. tum, δαιμόνων ὑπέρτατε: παραγέγραπται ἐκ τῶν Συμμάχου καὶ ἄλλων σχολίων:—ὁ δ' ἀμφιθαλὴς ἔρως: ἀμφοτέροις etc. ut vulgo. Dobr.

1761. δεμόνων Junt. ii. Dind.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ.

Rarissima sunt hujus fabulæ scripta exemplaria. Non exstat in ullo codicum quorum notitiam exhibet impressus Bibliothecæ Regiæ Catalogus, nec in iis reperitur qui post annum MDCCXL. in splendidum illum literarium thesaurum illati fuerunt. Hac de re per epistolam rogatus certiorem me fecit optimus juvenis Jo. Capperonnerii filius unicus, qui deplorabili casu paulo post fato functus est, conceptasque de eo spes, fore ut acceptam a parente, parentisque patruo, nominis claritatem novis in literas meritis illustriorem redderet, destituit. E solo itaque Augustano Cod. emendata fuit. Brunck.

1. ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται. Harpocratio v. ἄττα, Eustath. ad Iliad. A. p. 148. ed. Rom. versum hunc ex Aristophane adducunt: πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται. Qui locus nostro simillimus est. Ceterum colligunt hinc viri eruditi, Sam. Petitus et Bisetus, fabulam hanc actam fuisse Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ, quæ in initium veris incidebant, ob factam nimirum hic mentionem hirundinis, cujus adventus uti hodie, ita et olim veris indicium haberi solebat. Sed miror viris illis doctis non in mentem venisse, versum hunc non proferri ex persona ipsius Aristophanis, sed Mnesilochi, quem utique convenienter tempori anni, quo hæc gesta fingit poeta, loqui oportet. Atqui hæc gesta esse finguntur tempore Thesmophoriorum, quæ celebrabantur mense Pyanepsione, qui partem Octobris et Novembris, secundum Gazam et Petavium; at secundum Scal. Salmas. et alios, partem Septembris et Octobris occupabat. Hinc infra v. 73. χειμῶνος i. e. *hyemis* mentionem facit poeta, quod scilicet Thesmophoria in initium hyemis inciderent. Petitus tamen χειμῶνα in loco illo putat significare posse tempus illud, quo Dionysia τὸ κατ' ἄστυ celebrabantur: quod a vero omnino alienum puto. Nam Dionysia τὰ κατ' ἄστυ celebrabantur mense Elaphebolione, ut constat ex Hesychio v. Διονύσια, et aliis scriptoribus. Atqui Elaphebolion est mensis vernus, et qui proinde post hyemem a veteribus scriptoribus locatur. Thucyd. l. iv. c. 116. 117. inter Athenienses et Lacedæmonios inducias factas esse ait, τοῦ χειμῶνος διελθόντος ἅμα ἦρι, et quidem, ut paulo post c. 118. addit, τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνός. Vides expresse hic dici, die xiv. mensis Elapheboliοnis hyemem jam fuisse exactam. Confer eundem libr. v. c. 19. 20. Respondebat autem Elaphebolion ex parte Martio nostro, quo tempore in climate Græciæ veris amœnitate jam omnia ridebant. Ut proinde certum sit, vocem χειμὼν in dicto loco comici nostri notare tempus quo Thesmophoria apud veteres Athenienses, non vero Dionysia, sive Liberalia verna celebrabantur. Aliunde igitur viris illis doctis probandum erat, fabulam hanc actam fuisse Dionysiis ἀστικοῖς: quod tamen ab illis non video esse factum. Dubium ergo relinquitur, utrum Dionysiis vernis, an vero autumnalibus fabula hæc in scenam producta fuerit. Quod autem ad sensum versus hujus attinet, videtur proverbii locum inter veteres obtinuisse illud χελιδὼν ἆρά ποτε φανήσεται, i. e. *quando tandem optatum veniet tempus, quo a molestiis hisce liberabor.* Qui enim hyemis pertæsi erant, hirundinis adventum, ut veris indicium, cupide exspectare solebant, id quod et hodie fieri videmus. Kust. χελιδὼν ἆρα πότε φανήσεται; Non pertinent hæc ad notationem temporis, quo Thesmophoria celebrabantur;

multo minus illius, quo acta fuit hæc fabula. Sed de proverbio vide Kust. Brunck. ὦ Ζεῦ, χελιδὼν ἄρά ποτε φανήσεται; scribendum puto pro vulgato ἆρα πότε; Mnesilocho enim, qui sequentibus versibus desperantem fere se ostendat, aptius est interrogare *num quando?* quam *quando?* Eodem modo Vesp. 234. recte nunc legitur: Εὐεργίδης ἆρ' ἐστί που 'νταῦθ', ἢ Χάβης ὁ Φλυεύς; de quo v. Hermann. ad Vig. p. 824.—Aug. Wellauer.

2. ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν ἄνθρ. Citat hunc locum Suid. v. ἀλοῶ, ubi τὸ ἀλοῶν exponit ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσι. Sed videndum annon potius legendum sit ἀλῶν, i. e. *errans, oberrans*, ab ἀλάω, quod etiam Bisetus suspicatus est. Vel dicendum est ἀλοᾷν proprie significare *per aream errare:* figurate vero, per quemvis locum oberrare, quo sensu idem notabit quod ἀλῶ. Kust. Legendum potius ἀλῶν, ut et aliis placet: i. e. *oberrare faciens, vagari me secum cogens.* Berg. ἀλάων aut ἀλόων. Reisk. Frob. ἀπολεῖτ': Suid. in ἀλοῶν legit ἀπολεῖμ' et sic edit. 1544. Grynæi. Bent. Intelligenda est non ipsius Grynæi editio Basil. 1532. apud Cratandrum et Bebelium, sed Francofurtensis 1544. apud Brubachium. Repetitur quidem ibi Grynæi præfatio, sed passim discrepat textus a Basileensi. Editorem ignoro; en collationem. Ubi versuum numeri simpliciter ponuntur, consentiunt Brubachii lectiones cum iis quas Grynæo tribuit Bentl. 7. 18. 20. 24. 43. 50. 68. 81. 86. (99. ἂν) 106. 135. 160. (173. Ευ. παῦσαι βαΐζων) 198. 210. 326. 335. 357. 365. (382. 383. 385. Γυ. præfixum) 391. 408. 419. 437. 480. 494. 559. 652. 655. 703. 727. 750. 785. 794. 804. 812. 843. (846. ἰλλὸς —ὁ δ' οὐδέπω. 852. κυρκανᾷς ἢ κοικύλλεις) 858. 861. 873. (879. τι τούτῳ τῷ κ.) 880. 955. 1004. 1010. 1076. (1102. τί λέγι τῇ γ.) 1125. 1129. 1138. (1155. ἀντόμεθ') 1162. 1185. 1188. (1207. ταῦτα γῆν sic. 1234. ἀνταποδοῖτον.) Editor notarum Bentleii. ἀλοῶν. Suid.: ἔξωθεν ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσιν. Hes.: ἀλοῶν, πλανῶν, καὶ τύπτων. Qua ex glossa liquet grammaticum eidem verbo binas significationes tribuisse, quarum prior huc congruit. Falsi itaque sunt qui ἀλῶν hic reponi volunt. Activa enim forma ἀλάω non est in usu: ἀλάομαι dixerunt veteres neutrali significatione. Brunck.

3. τὸν σπλῆνα. Qui citato gradu eunt, lienis dolorem sentiunt et anhelant. Berg.

4. ὦ 'ὐριπίδη. Sic Cod. Vulgo sine elisione ὦ Εὐριπίδη. Confer Lys. 700. Brunck. ὠὐριπίδη. Minus accurate ed. Kust. ὦ Εὐριπίδη. Pors.

5. ὅσ' i. e. ὅσα. Vide v. 7. Reisk. ὅσ' αὐτίκα Reisk., olim probante in schedis Pors.; et sic Mss. Dobr. ὅσ' αὐτίκα ὄψει, *quæ videbis.* Sic Cod. Vulgo ὃς relatum ad σὲ, *qui videbis.* Brunck.

7. ἂν: lege ἅ γ' ἂν. Sic Gry. vel ἂν ἀκούειν. Bent.

8. V. Eur. Or. 81. Berg.

9. πῶς μοι παραινοῖς; δεξ. Verti ac si legeretur πῶς μοι παραινοῖς δεξιῶς, ταυτὶ λέγων; Nam ex lectione vulgata non potui satis commodum sensum elicere. Kust. F. πῶς μοι 'μπαροινεῖς. Reisk. Lege παραινεῖς. Bent. πῶς μοι παραινεῖς; Ita pro παραινεῖς ed. Farrei, Brub., ut et Bisetus volebat. V. in Ranis v. 1484. ad eundem Eurip. Sæpe δεξιὸς est *doctus, eruditus, sapiens:* ut Nub. 832. de philosophis ἄνδρας δεξιοὺς καὶ νοῦν ἔχοντας, et alibi. Berg.

11. Hæc Eurip. potius tribuenda sine interrogatione, cujus nota in ed. Farrei non est. Berg. Loquitur Eurip. Ergo persona transponenda. Reisk. Lege ΕΥ. χωρὶς et 12. dele ΕΥ. Bent. Hæc vulgo male Mnesilocho continuantur. In Cod. lineola mutatæ personæ index, quæ huic versui præponi debuit, librarii errore initio sequentis posita. Brunck.

13. ΜΝ. τοῦ χωρίς; Tyrwhitt. τότε hic *olim* notat. Vide ad Lys. 1023. male Kust. vertit *tunc.* Brunck. ποτέ tacite scripsit vir doctus in Classical Journal, No. xxvii. p. 122. Dind.

14. Versus hic et quatuor sequentes supra comœdiæ characterem assurgunt, cothurnoque potius quam socco ingrediuntur: unde dubium non est, quin tragici alicujus locum hic deridendum populo propinare voluerit comicus noster. Kust. Ridet Eurip. tanquam philosophum dum eum hæc facit loqui: erat enim revera φιλόσοφος ἐπὶ σκηνῆς; quod quum aliunde apparet, tum ex loco huic comici loco simili, in *Melanippe sapiente* inter fragmenta: ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία | ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα, | τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος | τὰ δένδρα, πτηνὰ, θῆρας. Illud μορφὴ μία videtur expressisse Ovid. 'unus erat toto naturæ vultus in orbe.' Ætherem autem dicit genuisse animalia, quia Euripides tanquam Socraticus philosophus ætherem pro summo deo habebat. Hinc etiam Ran. 919. facit eum precari, αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα, ubi vide notam et porro locum, quo lector remittitur. Berg. V. Valcken. Diatrib. Eur. p. 46. Dind.

16. πρῶτ' ἐμηχανήσατο. Sic bene Kust. Priores editt. ut cod. (Rav.) πρῶτα

μηχανήσατο. Brunck. Reisig. i. p. 84. scribendum videtur προστομηχανήσατο. "Verbum προστομηχανᾶσθαι, quod Reisig. fabricatus est, non eam speciem habet, quam Græca verba habere solent." Lobeck. ad Phrynichum p. 630. Dind.

18. ἀκοὴν δὲ χοάνης. Dicere potius debebat Aristoph. ἀκοῆς δὲ χοάνας, i. e. ut vertimus, *auditus infundibula*. Kust. Crederem cum Biseto hypallagen esse pro χοάνην ἀκοῆς. Est autem χοάνη *forma fusoria*, in qua metalla funduntur: aurem ita vocavit per metaphoram propter cavitatem et quia in eam sonus infunditur. Sectatur autem obscuritatem imitatione philosophorum. Berg. ἀκοὴν δὲ χοανῆς. Facete comicus tragico stylo loquentem inducit Euripidem, simulque tragicos irridet, qui hujusmodi nominum commutationibus, a vulgi sermone alienis, dignitatem orationi suæ conciliabant. De ista figura vide quæ observavi ad Æsch. Pers. 94. et ad Eurip. Hec. 432. Brunck. Reisk. et Tyrwhitt. corrigunt δίκην δὲ χοάνης. Dind. Gry. διετετρήνατο. Bent. ἀκοῆς δὲ χοάνην ὦτα διετετρήνατο, *aures autem tanquam auditus infundibulum perforavit*. Ita hic locus legendus videtur, ex quo, ut vulgo legitur, nullus sensus elici potest. Corruptus est, confusis inter se similibus terminationibus ῃς et ην.— Aug. Wellauer.

19. μὴ pro οὐ acceperunt interpretes in Arist. Thesm. 19. διὰ τὴν χοάνην οὖν μήτ' ἀκούω μήθ' ὁρῶ. Male. Refertur enim ad præcedentia, in quibus Euripides Mnesilochum jusserat neque audire neque videre. Ad hoc igitur, quod breviter dici poterat, μήτε ἄκουε, μήτε ὅρα, ille respiciens dicit, quod Germanice exprimas: *wegen des trichters also soll ich weder hören noch sehen*. Apparet non rem negari, sed negationem spectare ad cogitationem rei. 'Ακούω enim et ὁρῶ conjunctivi sunt. Herman.

20. ἥδομαί γε τουτί. Sic Cod. et vett. edd. quinque. In Frob. typothetæ errore ἥδομαι γὰρ, contra metri legem. Sed per omnes deinceps editiones propagata fuit turpis menda. Brunck. Scal. γε et sic Gry. Bent. Emendavit etiam Reisk. Dind.

21. Lege ποῦ 'στιν [ita Scal.]. Bent. οἷόν τε που 'στίν. Gravis hic error in re tenui. Una litera mutata rescribe οἷόν τι που 'στίν. Supra v. 3. ubi recte editum οἷόν τε, perperam Cod. habet οἷόν τι. Hic vero ubi sententia et loquendi ratio οἷόν τι flagitant, habet οἷόν τε. Brunck. οἷόν τέ που 'στιν αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι. οἷόν τι Rav. si Inv. fides. οἷόν γέ που, ni fallor, recitabat Pors. Comparabat certe Eupolidis locum (de quo vide Opusc. pp. 206-7.): οἷόν γέ που 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος. Dobr.

22. πῶς ἂν οὖν. Hæc verba vulgo Mnesilocho tributa, et seq. duo versus Euripidi, manifesta absurditate. Nobiscum consentit cod. in personarum distinctione. Brunck. 22. sqq. admodum vexarunt interpretes. Nam quum vulgo ita sine sensu legerentur: πῶς ἂν οὖν; | πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροιμ' ὅπως | ἔτι προσμάθοι, μὴ χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη. Reisk. et Brunck. audacter eos mutarunt. Inv. e Cod. Rav. edidit ἐξεύροιμ' ὅτι ἔτι προσμάθω, quæ Reisig. conjectan. in Aristoph. i. p. vi. in ἐξεύροιμ' ὅ,τι mutanda putat. Sed neque sic qui sensus insit video. Tum Inv. tum vulgatæ lectionis vestigia secutus lego: πῶς ἂν οὖν | πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροιμί τι; | ἔτι προσμάθοιμι, χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη; Mnesilochus nimirum, irridens Eurip. quum didicerit, propter infundibulum sibi neque audiendum neque videndum esse, (v. 19.) interrogat, an illud forsitan addiscendum sit, se claudum esse, quod æque scilicet sapiens foret, atque illud. Aug. Wellauer.

23. Delenda persona Eurip. quæ in superiore versu in Græcis certe excidit et forte sic scrib. ἐξεύροις μ' ὅπως ἔτι προσμάθω: id est, ἐξεύροις ὅπως ἐγὼ ἔτι προσμάθω. Reisk.

24. προσμάθοι. Sic etiam aliæ edd. At mihi dubium non est, quin scribi debeat προσμάθοις. Kust. προσμάθοις. Ita ed. Farrei. Vulgo male προσμάθοι, quod et Kust. vidit. Berg. Gry. προσμάθοις. Bent. ἔτι προσμάθω. Vulgo προσμάθοις e Zanetti interpolatione. Cod. et Junt., ut Basil. habent προσμάθοι. Quum ista loqui facerent Eurip. necesse illis erat verbum in secunda persona ponere. At vero loquitur Mnesilochus: proinde verbum in prima persona esse debet. Accedit linguæ ratio verbum modi substantivi flagitans, quia ὅπως significans *quomodo* cum futuro indicativo, vel aor. 2. subjunctivo construitur. Itaque προσμάθω reponi debuit. In versu præcedente legebatur in prior. edit. ἐξεύροιμ', sed vid. not. seq. Post excusum hujus editionis textum, interquiescentibus operis, dum Lugduno adveherentur literarum formæ quibus Latina versio describenda erat, casu incidi in Reisk. notulas in Aristoph., quas notulis in Eurip. subjectas vidisse non memineram. Præclari viri, cujus acumen ingenii et doctrinam plurimi semper feci, in mentem mihi non venerat, forte quia sciebam eum prosodiæ leges, totamque de re metrica doctrinam pro vana

atque imaginaria habuisse, quod sane facilius erat, quam eam addiscere; nec operam collocanti mihi in emendando poëta, quæ se offerebant in eo difficultates, facile poterant Reisk. in memoriam mihi redigere. Utut hæc sunt, casu incidi in illius animadversionum libellum, ubi quædam deprehendi, quæ prius cognovisse vellem; et sane illius ope locum hunc melius constituissem. Scilicet sup. versu legendum ἐξεύροις, quod in versione secutus sum: πῶς ἂν οὖν | πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροις, ὅπως | ἔτι προσμάθω μὴ χωλὸς εἶναι τὰ σκέλη. Vices loquendi, quomodo personis essent dividendæ, vidit Reisk. suasitque ἐξεύροις μ' ὅπως ἔτι προσμάθω. Inserti pronominis με gratiam illi facimus. πῶς ἂν verti debuit per *utinam*. Vide doctissimos viros Markl. ad Eurip. Suppl. 796. et Valckenarium ad Hippol. 208. Brunck. μὴ χωλὸς εἶναι. Quasi etiam rectos possit facere, quia claudos libenter facit in suis tragœdiis Eurip. unde etiam χωλοποιὸν eum vocat Ran. 870. Berg.

28. ἀκούσω. Sic quidem libri: sed legendum ἀκούω, et verti debuit, *ausculto et taceo ostiolum.* Brunck.

29. ἐνταῦθ' Ἀγάθων ὁ κλεινὸς οἰκῶν τυγχάνει. Inv. e libro suo edidit ἐνθάδε δ' Ἀγάθων, quod recipi potest, modo legatur ἐνθάδ' Ἀγάθων, deleto illo δὲ, quod et sensus et metri causa molestum est, neque obscurum habet corruptelæ fontem.— Aug. Wellauer.

30. Ἀγάθων. Metri gratia scribendum est ὡ 'γάθων pro ὁ Ἀγάθων. Syllaba enim prima in Ἀγάθων brevis est. Kust. Lege ὡ 'γάθων. Bent. ποῖος οὗτος 'ὠγάθων. Sic bene Kust. in notis post Scal. Vulgo ruente versu οὗτος Ἀγάθων. Brunck.

31. ἔστιν τις Ἀγάθων. Hæc perperam vulgo socero continuata per interrogationem, Cod. recte genero tribuit, cujus sermonem abrumpit alter. Brunck.

32. ἑώρακας πώποτε. Sic et aliæ edd. Sed metri gratia scribendum est ἑώρακάς ποτε. Kust. Mihi vera videtur Kust. emendatio. Sic πω ejiciendum est in Diphili fragmento apud Athen. vi. 7. p. 247. οὐκ ἄν ποτε Εὐριπίδης γυναῖκα σώσει'. οὐχ ὁρᾷς; Pors. Lege ἑόρακας. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις. οὐχ ἑώρακας πώποτε; syllaba ultra numerum excurrente. Kust. *metri gratia* scribendum videbatur οὐχ ἑώρακάς ποτε. Sed ob metrum sermoni proprietas non erat deroganda. οὔποτε, ut observavimus ad Lys. 301. nunquam verbo præteriti temporis jungitur, nec οὐπώποτε verbo temporis futuri: qua de re vide Piersonum ad excerpta ex Herodiano Mœridi subjecta p. 461. et confer quæ notamus ad Vesp. 984. Genuinam lectionem restituit Dawes. οὐχ ἑώρας πώποτε. Formæ istæ ἑώρας, ἑώρακας, a librariis non raro permutatæ. Vide quæ notamus ad Pl. 713. Nub. 767. Nihil magis obvium apud Atticos scriptores forma illa imperfecti seu aoristi ἑώρων. Lysias p. 775. οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἑωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας. Thuc. viii. 40. ὡς ἑώρα καὶ τοὺς ξυμμάχους προθύμους ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηθεῖν. Xenoph. Hellen. p. 22. edit. Lips. ἐπεὶ δὲ ἑώρα ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν. In cod. verba οὐκ, ἀλλ' ἕτερός τις, Eurip. tributa sunt: Mnesilocho autem ea quæ sequuntur, sic scripta: οὐχ ἑώρακα πώποτε, et sequens versus omissus. Brunck.

33. ἑώρακας πώποτε. Scribe et hic versus gratia ἑώρακάς ποτε. Kust.

36. Citat Suid. in πτήσσει. Bent. Pors.

38. Similis locus occurrit Ran. 896. ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων. Nam utrobique præpositio πρὸ capitur pro ὑπέρ. Kust.

39. Eqq. 1310. εὐφημεῖν χρὴ καὶ στόμα κλείειν. Berg. Citat Suid. in εὐφημεῖ. Bent. Hic incipit anapæsticum systema in impressis libris pessime digestum, cujus primus versus parœmiacus est, vocis λεὼς duabus syllabis in unam coalescentibus, et spondeo subjecta illa catalectica syllaba. Hæc quidem minus mihi placent, nec ullus dubito, quin antiqua et sincera lectio sit, εὔφημος πᾶς ὁ λεὼς ἔστω. Brunck. Εὔφημος πᾶς ἔστω λεώς. Λαὸς poetæ tragici servum decet, sanatque versum anapæsticum. Brunck. malebat, E. πᾶς ὁ λεὼς ἔστω: sed tum usurpari transpositionem in tritiore metri genere durius est, tum minus placet in tragicis hisce ἐπυλλίοις adhibitus articulus. Legendum igitur, Εὔφημος πᾶς ἔστω λαός, | Στόμα συγκλείσας, etc. Hotib. λαὸς Suid. Ms. Pors. εὐφήμει λεὼς ed. Med. Dobr.

40. Suid. ἐνδημεῖ: at ἐπιδημεῖ in θίασος. Bent.

41. Citat hunc locum Suid. v. θίασος. Kust. Ordo est: θίασος μελοποιῶν (particip.) ἔνδον μελάθρων τῶν δεσποσύνων. Bent.

43. ἐχέτω δὲ πνοάς. Suid. v. ἐχέτω. Vide etiam illustr. Ezech. Spanh. ad Callimach. p. 59. Kust. πνοὰς Gry. et Suid. ed. Med. in ἐχέτω. Bent. πνοὰς νήνεμος αἰθήρ. Sic Suid. Ms. v. ἐχέτω. Pors. ἐχέτω δὲ πνοάς. Sic Cod. et vett. edd. quinque. In Frob., typothetæ, ut videtur, culpa, πνοιὰς excusum fuit, turpisque

menda per ceteras deinceps editiones propagata fuit. Brunck. νήνεμος αἰθήρ. In Av. v. 779. νήνεμος αἴθρη. Berg.

45. τίς λέγει; *quisnam interstrepit?* vid. v. 55. sunt verba servi, non Euripidis. Reisk.

48. λυέσθων. Pro λυέσθωσαν, ut χρήσθων in Nub. v. 438. Berg. Hanc vocem restitue Suid. v. ἐποποῖ, ubi male legitur, βομβαλόβαξ. Pors.

50. Gry. Scal. τρόμος. Bent. τράμος. Sic Cod. et impressi. Vereor ut genuina sit hæc forma, quam nescio an Doricam dicam; sane nullibi eam obviam habui. Bene Scaliger τρόμος reponebat. Brunck.

52. Suid. v. δρύοχοι. Kust. Male hic vulgo famuli persona [etiam a Bent. restituta] omissa, lineola indicata est in Cod. Δρύοχοι sunt trabes erectæ, carinam sustinentes, quibus ea imponitur, quando construendæ navis exordiuntur opus naupegi. Eust. p. 1878. in fine: δρύοχοι δὲ κυρίως, πάσσαλοι, ἐφ' ὧν στοιχηδὸν διατεθειμένων ἡ τρόπις ἵσταται τῶν καινουργουμένων πλοίων, διὰ ἰσότητα. καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν, δρύοχοι, πάτταλοι ἐκ δρυὸς, ὅ ἐστιν ἁπλῶς ξύλου, καθιστῶντες τὴν τρόπιν ἐν τῷ πέριξ αὐτὴν συνέχειν· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· πῶς δὲ κατὰ δρυόχων ἐπάγη σανίς; ἢ τίνι γόμφοι | τμηθέντες πελέκει, τοῦτ' ἔκαμον τὸ κύτος; Distichon est ex Archimeli Epigr. in Hieronis navem. Quia autem a pangendis his trabeculis construendæ navis initium fiebat, facete ad dramatis exordium locutionem transfert comicus. Suid.: δρύοχοι, πάτταλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς· καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια. Cujus rei in exemplum hunc locum profert. At quod ei subjicit, alio pertinet, scilicet ad eam significationem nominis δρύοχος, qua pro δρυμὸς ponitur. Est autem pars Epigr. Archiæ vii. Apollon. i. 723. δίπλακα πορφυρέην περονήσατο, τήν οἱ ὄπασσε | Παλλὰς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβάλλετο νηὸς | Ἀργοῦς. Brunck.

53. κάμπτει δὲ νέας ἀψ. V. Schol. ad Acharn. 79. et Suid. v. λαικαστής. Kust. Frob. ἀσπίδας: lege ἀψῖδας: et ita Suid. in δρύοχος et λαικάζει [et χιανεύει]. Bent.

54. τορνεύει. ν om. Suid. Ms. bis. [In δρύοχοι et λαικαστὴς sc. Dobr.] τορείη Suid. λαικ.—κολλομελεῖ. λ Suid. Ms. [in δρύοχοι scil. Dobr.] Pors.

55. ἀντονομάζει. Potest locus hic intelligi de antithetis quibus Agathon frequenter usus fuit, ut testatur Ælian. Var. Hist. libr. xiv. cap. xiii. Patet id etiam ex fragmentis quibusdam Agathonis hodie adhuc exstantibus: ut eo quod legitur apud Athen. libr. v. cap. i. τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα, | τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. Item eodem libro cap. xiii. p. 211. εἰ μὲν φράσω τἀληθὲς, οὐχί σ' εὐφρανῶ· | εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τἀληθὲς φράσω. Præterea Aristot. libr. v. Eudemior. cap. v. hanc Agathonis sententiam allegat: τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην. Vides in omnibus his locis, quorum duo posteriora attulit etiam doctissimus Kuhn. ad Ælian. dicto libro et capite, manifesta antitheta, ob quorum usum nimis crebrum, quum ab aliis olim risus fuit Agatho, tum etiam a Platone, ut testis est Athen. libr. v. cap. 2. Kust. Antithetis Agathonis aliud exemplum adde ex nota in Nub. 53. Pors.

56. καὶ γογγυλέει. Male vulgo καὶ γογγυλίζει, quam verbi formam non admittit metrum anapæsticum. Hunc locum adtigit Bent. ad Horatii A. P. 441. Sed fefellit eum conjectura, quando verbum finxit γογυλίζει, quod male tuetur exemplo φάρυγος, pro φάρυγγος: nam illud formatur ab obsoleto recto φάρυξ, estque poëtis omnibus usitatum: γογυλίζω autem et γογύλος sunt vocabula prorsus inaudita. Dixerunt antiqui γογγυλίζω et γογγυλέω. Hesych. γογγυλεῖν, συστρέφειν. Huc respexit lexicographus; nec tamen animadvertit illius interpres ex eo comicum esse emendandum. Eodem modo variatur forma multorum verborum. Latebat apud Hesych. etiam verbum ἀολλέω carens auctoritate, quod Apollonio restitui i. 863. Homeroque plus semel reddendum esse dixi. Superiorem notulam cum amico quodam meo Parisino communicavi, Græcarum Musarum cultore studiosissimo, in primisque docto, a quo facetum hocce responsum accepi: "Emendatio tua anapæstici versiculi in Thesmophoriazusis haud sane inepta est: eam tamen minus necessariam judico. Et, ut verum fatear, pœnitet me operæ, quam in excutiendis scriptis et impressis tot libris, conquirendisque exemplis, conteris, ut Aristophanis versus rectis exæques pedibus. Habemus hic virum longe doctissimum, Professorem Regium, qui sibi et discipulis suis novum excogitavit prosodiæ Græcæ systema, cujus ope versuum salebræ nullo labore complanantur omnes. Legas modo recondita doctrina refertam notam in Electræ Sophocleæ v. 21. Ibi disces versiculum illum, qui tibi negotium facessivit, esse, ut aiunt, ὑγιέστερον κρότωνος, nec apicem in eo mutari debere. Nam γογγυλίζει facilem se tibi præbet, et, prout tibi libuerit, vel primam, vel penultimam corripiet, ita jubente nostro Professore. Nec tibi hoc mirum accidere

ille velit. Nam qui Aristoph. trivisti, scire debes, quam sit versabilis ejus prosodia, quotque apud eum occurrant similis licentiæ exempla. Pauca quæ advocavit Vir Cl. ista sunt. In Eqq. 810. Θεμιστοκλεῖ secundam corripit. Ibid. 803. στεμφύλων primam corripit. In Nub. 346. παρδάλει primam corripit. Ibid. 964. περσέπτολιν antepenultimam corripit. In Avv. 460. σκυτοδέψαι, et in Pl. 514. σκυτοδεψεῖν leguntur penultima brevi." Amico meo hæc rescripsi: "Quem mihi dicis hominem non novi, sed profecto miror illius ὑομουσίαν. In illa quam prædicas nota vix unum verbum est, quod justæ reprehensioni obnoxium non sit. Exempla quæ e tragicis aliisque poëtis nescio unde corrasit, alias excutiam. Nunc quandoquidem in Aristoph. versamur, quid de versibus ex eo prolatis sentire debeas, paucis tibi declarabó. Priorem ex Eqq. versum sic dimetimur: ω πολις | Αργους | κλυεθ' οἱ | α λεγει | συ Θεμιστ | οκλειαν | τιφερι | ζεις. Dic mihi nunc sodes, an corripitur secunda syllaba in Θεμιστοκλεῖ; nonne συ Θεμιστ — pes est anapæstus? Alter ex eadem fabula versus menda inquinatus est, quam Kust. perite eluit, et sic in editione mea exhibetur: και χι | δρα φαγων | αναθαρρ | ησει | και στεμφ | υλῳ εις | λογον ελ | θοι. Nugatur Professor tuus, quando Nub. citat v. 346. ubi quum ait παρδάλει positum esse prima correpta, næ ille ostendit se anapæstum Aristophanicum ne quidem scire scandere. En ut eum dimetiuntur, qui metra callent. η παρ | δαλει η | λυκῳ η | ταυρῳ | νη Δι' ε | γωγ' ει | τα τι του | το. In ejusdem fabulæ v. 964. quis adeo imperitus est, ut non videat περσέπολιν scribendum esse, ut in mea editione legitur ad optimorum codicum fidem? σκυτοδέψαι, σκυλοδέψαι: σκυτοδεψεῖν, σκυλοδεψεῖν ab imperitis librariis et typographis sæpissime permutata fuisse nemo ignorat, nisi qui in critica plane est hospes: satis fuerat Professori tuo legisse, quæ in versum Pluti adnotavit summus Hemsterh., in cujus editione legitur, ut in mea, ad hunc modum: η σκυ | τοτομειν | η πλινθ | ουργειν | η πλυ | νειν η | σκυλοδεψ | ειν. Avv. versus ex eadem ratione sic legendus: αναπη | δωσιν | παντες ἐπ' | εργον | χαλκης | κεραμης | σκυλοδεψ | αι. Ignorat homo ille anapæstici metri legem, quam in tetrametris ne semel quidem violatam reperies, *ut pes ultimus, is cui syllaba catalectica subjicitur, non alius esse possit quam anapæstus.* Etiamsi concederetur vocalem ante duplicem ψ corripi posse, cujus tamen rei in tota Græca poesi non unicum exstat exemplum, dactylus σκυτοδεψ ne quidem in istis duobus versibus locum habere posset. Professori tuo meis verbis dicas velim bene illum facturum, si discipulis suis præcepta declinationum et conjugationum tradat, auctoremque me illi esse, ut de prosodia et metris ne verbum mutiat, ne si quis forte in via præteriens homo eruditus eum, quæ ipse nesciat, docentem audiat, illi versiculum illum clamet: ΕΡΔΟΙ ΤΙΣ, ΗΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΑΝ ΕΙΔΕΙΗ ΤΕΧΝΗΝ. Brunck. Lege γογγρύζει: at γογγυλίζει Suid. in λαικάζει. Bent. Equidem magnopere vereor, ne alia forma lateat, in qua nihil de more Attici sermonis recedatur, γογγυλίει. Hermann. ad Nub. 992. p. 166. γογγυλίζει. Sic Suid. Ms. λαικ. Pors. In scheda notat Pors., huc ut puto respiciens, "συστρογγυλίζω et συστρογγύλλω Nicomachus Athen. ii. p. 58. a. Alexis iv. p. 165. e." Nam hic legendum esse monebat, καὶ γογγύλλει. [Idem placuit Buttman. apud Schneid. in Lex. t. i. p. 297. ed. tert.] Vide de στρογγύλλω Bast. Append. ad Epist. crit. p. 18. Dobr. Reisig. i. p. 28. scripsit γογγλίζει. Nam terminationem ιζει necessariam esse, quippe quæ vocibus ἀντονομάζει et λαικάζει respondeat. Dind.

57. χοανεύει. Suid. legit χιανεύει h. v. Sed minus recte. Kust. χιανεύει Suid. ed. Ms. δρ. Locum in χιαν. om. Ms. Pors.

58. τίς ἀγροιώτας. [Ita Bent.] Perperam vulgo ἀγριώτας cum versus labe. Eurip. Or. 1271. τίς δ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ | σὸν ἀγρότας ἀνήρ; Sed eo non respexit comicus, siquidem Orest. aliquot annis post hanc fabulam emissus fuit. Brunck. In schedis ἀγρωώτας. Vide Opusc. p. 282. Dobr. V. Eurip. in Ione v. 156. Berg.

59. σοῦ, τοῦ τε ποιητοῦ. Non apparet unde pendeant isti genitivi; neque enim ad πέος referre licet: nam de suo loquitur. Forte ἕνεκα subintelligitur. Berg.

60. τοῦ καλλιεποῦς. Repetit voces quasdam ex antecedentibus; istud καλλιεποῦς ex v. 49. θριγκοῦ autem ex v. 58. γογγυλίσας ex v. 56. χοανεῦσαι ex v. 57. ex his temere coacervatis oratio emergit obscura. Tamen apparet ad quid paratum se dicat Mnesilochus; est autem id, quod eum Eurip. dicebat antehac etiam commisisse in Agathonem supra v. 35. καὶ μὴν βεβίνηκας σύ γε. Berg. τοῦ θριγκοῦ. Lege τοῦ τε θριγκοῦ. Bent. Est locus obscurus. Ego verti ac si legeretur διὰ τοῦ θριγκοῦ. Sensum autem obscenum hic latere certum est. Kust. τὸν θρίγκον.

Reisk. διὰ τοῦ θριγκοῦ. Præpositio διὰ cum versus et sensus labe vulgo omissa. Brunck.

61. Lys. 976. ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας Berg. ξυγγογγυλίσας. Vulgo γογγυλίσας, reclamante metro. E composito simplex verbum fecit librarius. Cf. not. ad Lys. 408. In ista fabula legitur idem hicce versiculus diversa verborum collocatione, 975. ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας. Brunck.

63. Frob. νέο ἀγὼν: lege νέος γ' ὤν. Bent. ἦπου νέος γ' ὢν ἦσθ' ὑβριστὴς, ὦ γέρον. Sic perspicue, distincte et optime scriptum in Cod. Eandem lectionem habet Junt. unius literæ mutatione depravatam: ἦ που νέο ἀγὼν ἦσθ' ὑβριστὴς, ὦ γέρον. ubi νέο ἀγὼν est ex librarii imperitia, exemplar quod ob oculos habebat incuriose legentis. Correxerunt Veneti νέος ἀγών: postea nescio quis alius νέος ἄγαν, quæ Batavarum et ceterarum deinceps edd. est lectio. Et hæc etiam appellabatur recepta lectio, quam nemo sciebat unde emersisset, cuique tamen controversiam status nefas fuisset movere. Brunck.

64. τοῦτον μὲν ἔα χαίρειν: *Jube valere, fac eum missum.* Plut. 1188. χαίρειν ἐάσας τὸν Δία. Berg. ἔα ut monosyllabum pronuntiari vult Elmsl. ad Acharn. p. 61. Dind.

65. ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ. V. Eccl. 367. Berg.

67. χειμῶνος. Vide quæ de hoc loco diximus ad versum primum fab. hujus. Kust. Coll. Schneider. ad Theophrastum t. iii. p. 245. Dind.

68. κατακάμπτειν τὰς στροφάς. Vide nos ad Nub. v. 966. ubi κάμψειέν τινα καμπήν. Kust. Quasi scilicet materia stropharum sit congelata. Strophæ et antistrophæ sunt carmina, quæ chorus cantat, modo huc, modo illuc se convertens, unde etiam nomen habet παρὰ τὸ στρέφεσθαι. Iste autem loquitur tanquam de virgis, quæ contorquentur in modum funis, quod commode fit, si virides adhuc calefiant in furno: at iste strophas in sole vult facere. Berg. Frob. κατακάμπειν: Gry. —μπτειν. Bent.

69. θύραζε. Ita ed. Farrei. [Et Petavius ad Themistium p. 408. et Bent. Dind.] Brub. autem et nupera θύρασι, non recte. Ceterum ut hic θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον, ita Nub. 632. θύραζε πρὸς τὸ φῶς. Berg. θύρασι. Cod. et Junt. θύρασι. Male etiam apud Suid. legitur θύρασιν pro θύρασιν. In exemplo quod profert e Pace 942. duo Regii Codd. habent, ὁ γὰρ βωμὸς θύρασι καὶ δή. Editt. Venet. et Batavæ minores habent θύραζε, quod prætulit etiam Berg. Est autem hoc ex Zanetti, aut docti viri, qui illius procuravit editionem, emendatione, credentis θύρασι adverbium esse, ut aiunt, *in loco*, θύραζε, *ad locum*; hocque ex indole linguæ adhiberi debuisse cum verbo motus προὔπη: quod quidem non omnino est improbabile. Verum haudquaquam constat inter θύρασι et θύραζε tantum intercedere, quantum inter Latina *foris* et *foras*. θύρασι adverbii vice ponitur; sed est revera dativus pluralis cum ellipsi præpositionis ἐπί. Plena locutio occurrit Conc. 997. ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται. Jam vero notum est præpositionem ἐπὶ cum tribus casibus promiscue construi etiam cum verbis motus. Quod ad secundum attinet, vide quæ notavi ad Æsch. Prom. 663. et Apollon. iv. 580. Tertii exemplum e multis selectum proferam ex Hom. Il. B. βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν. ad quem locum sic Eustath. p. 179. τὸ δὲ ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖς, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἄνθη εἰαρινὰ, ὅμοιον τῷ ἦλθεν ἐπὶ Κρήτεσσιν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοὺς Κρῆτας. Hæc sufficere possint ad tuendam veterem lectionem. Brunck.

74. οὐ χρῆν. Kust. vertit *non oportebat*, minus bene. Est quidem imperfectum χρῆν, sed de præsenti tempore perinde ac χρὴ a poëtis Atticis solet usurpari. Thomas: χρῆν καὶ ἀντὶ τοῦ ἔπρεπε, καὶ ἀντὶ τοῦ πρέπει. [χρὴ Suid. in κηδεστής. Bent. Vid. Elmsl. ad Eurip. Heraclid. 959. Dind.] κηδεστὴς eum notat, qui affinitate cum alio junctus est, et tam de *socero*, quam de *genero* dicitur, ut apud Latinos *affinis*. V. Plautum Aulul. iii. 4. 14. et 5. 62. Brunck. κρύπτειν cum duplici accusativo construi personæ et rei, observatum fuit ad Æsch. Prom. 630. Hic subaudiendum est με. οὐ χρῆν σε ὄντα κηδεστὴν ἐμὸν κρύπτειν με. Sed poëtam scripsisse suspicor, οὐ χρῆν σε κρύπτειν ὄντα κηδεστὴν ἐμέ. Sophocles El. 957. οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι. Confer Lys. 714. Id.

75. προπεφυραμένον. V. Avv. 463. Berg. Per totam hanc scenam personas disposuit Bent. ut Kust. Dind.

76. Lege ἕως ἐξέρχεται. Heindorf. ad Platonis Phædonem p. 14. Mirus error. Vide Reisig. i. p. 67. Dind. — Lege ΘΕ. περίμεν' — ΜΝ. ὦ Ζεῦ — ΕΥ. νὴ τοὺς — ΜΝ. Bent.

77. Male in prioribus editionibus persona Mnesilochi versui huic præfixa est, ubi Eurip. persona continuanda est. Versus autem tres sequentes ad Mnesilochum pertinent. Kust.

80. ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορ. Ex hoc loco colligitur, Thesmophoriorum solenni-

tatem olim Athenis quinque dies durasse. Nam tertius medium in numero quinario locum tenet. Dubium tamen movet Hesych. v. τρίτη, qui ad locum hunc respiciens quærendum ait, cur Aristoph. tertium diem Thesmophoriorum vocaverit medium, quum festum illud quatuor tantum dierum fuerit. Sed puto falli Hesych. et ex hoc loco recte concludi posse, festum illud per quinque dies, ut ante diximus, Athenis agitatum fuisse. Medius autem festi illius dies vocabatur Νηστεία, teste Athen. lib. vii. cap. xvi., quod nempe mulieres tum reliqua castimonia, tum etiam cibi abstinentia eum colere solerent. Kust. ἐπεὶ τρίτη 'στὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση. Nihil unquam clarius fuit dictum. Dies, quo hæc agi fingit poëta, Thesmophoriorum est tertius idemque medius: ergo per quinque dies Thesmophoria celebrabantur. Cui de numero dierum, quibus festum hoc peragebatur, magis credas, Aristoph. qui Athenis vixit, anne Hesych. qui diu post exstinctam Atheniensium rempublicam glossas suas e variis lexicis et grammaticorum scriptis congessit? Vide eum in τρίτη Θεσμοφορίων et præter Meurs. Wessel. ad Petiti Leges Atticas [p.284.]. Brunck. Vid. Petav. ad Themistium p. 408. et Schœmann. de comitiis Athen. p. 39. 50. Dind. Quamquam Thesmophoria Pyanepsione mense celebrata esse constat, quod, quia cum sementis tempore congruit ille, per se probabile est, quo die tamen cœperint et per quot dies duraverint, valde dubitatur. Et ex Aristoph. quidem verbis, ἐπεὶ τρίτη 'στί, Θεσμοφορίων ἡ μέση, conjecerunt omnes, per quinque dies Thesmophoria durasse, excepto uno Petito, qui versu ita mutato, ἐπεὶ τρίτης ᾖ Θεσμοφορίων ἡ μέση, quatuor Thesmophoriorum dies fuisse putat, eosque ab Aristoph. in tres partes divisos esse, ita ut hic de medio triente sermo sit. Sed et hic jam satis a Wessel. refutatus est, et illorum sententiæ multa sunt quæ obstent. Nam si quid medium vocamus, loquimur plerumque de eo, quod medium est inter duas res, itaque de rebus tribus dicimus. Illud τρίτη autem, ex quo solo intelligi potest, de quinque dierum medio sermonem esse, nescio quomodo ad aures meas accidit, nam sive grammaticam rationem specto, etsi omissum ἡμέρα non moror, non video, quid sit, quocum illud τρίτη conjungi possit, sive usum loquendi, neminem unquam sic loqui memini. Deinde si de quinque diebus hunc locum interpretamur, minime conciliari potest cum aliorum auctorum testimoniis. Nam Athen. quidem non clarioribus quam Aristoph. verbis Νηστείαν dicit mediam esse Thesmophoriorum diem, sed Hesych. diserte quatuor dierum numerum iis tribuit, et eundem Photius, qui quatuor dierum nomina refert, Θεσμοφορία, Κάθοδος, Νηστεία, Καλλιγένεια. Alciphron autem tres dies nominat, quarum prima est Ἄνοδος, posteriores duæ cum Photii nominibus consonant. Hæc autem omnia inter se et cum Aristoph. versu conciliari posse mihi videntur. Nam primum quidem quæ Alciphron refert, minime repugnant Photii verbis; quum enim Alciphron hæc dicat: ἡ μὲν γὰρ ἄνοδος κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἡ νηστεία δὲ τὸ τήμερον εἶναι παρ' Ἀθηναίοις ἑορτάζεται, τὰ καλλιγένεια δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν, patet eum post ἡμέραν inserere potuisse, χθὲς δὲ ἡ κάθοδος, nisi per se intelligeretur post ἄνοδον sequi debere κάθοδον; nam nisi hæc intercederet, ἄνοδον non κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, sed χθὲς factam esse dixisset. Quod autem eundem diem Photius θεσμοφορίαν, Alciphron ἄνοδον vocat, in eo non offendo, recte enim utrumque nomen uni diei conveniebat, quia hoc die mulieres legum tabulas ferentes Eleusinem ascendebant. In hoc igitur consentientes habemus Hesych. Phot. Alciphr. quatuor fuisse Thesmophoriorum dies; sed jam accedit aliud quoddam, quod et Aristoph. illis adjungit. Primus enim dies festus, ἄνοδος, festo ipsi non adnumerabatur, quia tantummodo præparatio quasi quædam illius erat, et aliquot dierum spatio inter ἄνοδον et κάθοδον interjecto a secundo die sejunctus, quod ita nunc jam ex Alciphronis verbis laudatis colligere possumus, qui illum tam indefinite τὴν πρώτην ἡμέραν vocat, in reliquis hodiernum et crastinum diem diserte indicat. Quum igitur dies illi vulgo Πρώτη, Δευτέρα, Τρίτη, Τετάρτη vocarentur, Δευτέρα illa proprie ipsius festi prima erat, et Νηστεία, quæ totius festi tertia dies erat, recte simul media vocari poterat trium illarum dierum, quæ festum ipsum efficiebant. Forsitan etiam in Aristoph. versu Τρίτη litera majuscula tanquam nomen proprium scribendum est, quo facto omnis difficultas sublata erit. Hoc igitur modo responderi potest Hesych. quæstioni: ζητεῖται, πῶς ἅμα μὲν λέγει, τρίτην θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην, τεττάρων οὐσῶν ἡμερῶν. Tres autem proprios dies festos fuisse, eo magis est verisimile, quod et apud Lacedæmonios eundem dierum numerum reperimus et apud Milesios. Aug. Wellauer.

81. τοι: Gry. τι recte: immo recte τοι: vid. Lys. 47. τοῦτ' αὐτὸ, propter id

ipsum: vid. Lys. 888. Bent.

83. ἐν Θεσμοφόροιν. Intellige ναῷ, i. e. *in æde Cereris et Proserpinæ*. Kust. περί μου. Ed. Junt. περὶ ἐμοῦ. Vid. Reisig. i. p. 56. Dind.

85. καὶ κακῶς αὐτὰς λέγω. Erat certe Eurip. osor mulierum maximus, quod ubique satis ostendit in fabulis suis. Unum adducam ex Hippol. 664. ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν. ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κἀκεῖναι κακαί. Berg.

86. καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοις. Sic rescripsi metri fulciendi gratia. Ante enim legebatur καὶ δίκαι' ἂν πάθοις, claudicante versu. Kust. δίκαι' ἄν: Gry. δίκαιά γ' ἄν. Bent. δίκαιά γ' ἂν πάθοις: *Merito id tibi eveniret*. Berg. νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ Δία, δίκαι' ἂν πάθοις. Sic optime Cod. Edd. vett. omnes habent νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαι' ἂν πάθοις, omisso nomine Δία, quod absorpsit sequens syllaba. Vulgata lectio in recentioribus editt. νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοις ex emendatione Scal. est. Brunck. καὶ δίκαιά τἂν Elmsl. ad Acharn. p. 102. Dind.

87. ἐκ ταύτης. Mallem ἐκ τούτων, i. e. *postquam hæc ita sunt comparata*. Berg. τίν' ἐκ τούτων. Sic omnino legendum, emendante Berg. Absurde vulgo τίν' ἐκ ταύτης. Brunck. ἐπὶ ταύταις, *contra has*, nempe feminas. Reisk. ἀτὰρ τίν' ἐκ ταύτης σὺ μηχανὴν ἔχεις; Illud ταύτης quum non habet quo referatur, a Berg. et Brunck. in τούτων mutatum est, ab Inv. inepte defenditur, qui συμφορᾶς subintelligendum putat. Sed mutatio illa violentior videtur. Quid? si legas, ἄτης τίν' ἐκ ταύτης σὺ μηχανὴν ἔχεις; Versus ex Eurip. quodam dramate depromtus videtur. Aug. Wellauer.

89. ἐς Θεσμοφόροιν, ut supra 83. κἂν Θεσμοφόροιν. Sic vett. editt. Minus emendate in Cod. ἐν Θεσμοφόροιν. Edd. recentiores ἐς Θεσμοφόρι'. Vide not. ad Lys. 407. Brunck. ἐς Θεσμοφόροιν cum ed. Basil. 1547. et Junt. 1515. Pors.

90. ἐν ταῖς γυναιξί, χ' ἂν 'ν δέῃ. Vulgo γυναιξὶν, κἂν δέῃ. Cod. non variat, nisi quod ν omittit ἐφελκυστικόν. Flagitante sensu χ' ἃ 'ν reposui pro κἂν. Vide ad Lys. 1056. καὶ ἃ ἂν δέῃ λέξονθ' ὑπὲρ ἐμοῦ: non καὶ ἂν, quod dubitantis est, et a sententia alienum. Brunck. χ' ἃ 'ν δέῃ Markland. ad Eurip. Suppl. 364. recte; ita Æsch. Prometh. 347. legendum, χ' αἱ τύχαι pro καὶ τύχαι. Soph. Antig. 327. Ms. apud Valck. ad Eurip. Phœn. 712. ποιήσας ἐγώ. Pro τοῦτο Brunck. edidit ex Mss. ut probabile est, εἰμί. Lege igitur, οὔκουν τόδ' ἔργον εἰμ' ὁ ποιήσας ἐγώ. Alexid. apud Athen. iii. 32. p. 118. κατεδηδόκασι τὰ λάχαν' αἱ τρωξαλλίδες. Soph. Aj. 658. χὠ δεινὸς ὅρκος, χαἰ περισκελεῖς φρένες. Iamblich. V. P. 78. καὶ αἱ παρὰ φύσιν ἡδοναί. Pors.

93. Citat Suid. in κομψόν. Bent.

94. τοῦ. τὸ Suid. Ms. τεχνάζειν. Pors. ἡμέτερος. Sic non solum habent edit. priores, sed etiam Suid. v. πυραμοῦς et v. τεχνάζειν, ubi locus hic adducitur. Ea autem lectio si retinenda est, versui huic utique præfigi debet persona Eurip. quippe cui hæc conveniunt, non vero Mnesilocho. Meurs. ad Lycoph. v. 593. ἀσύγκλωστον quid in hoc loco animadvertens pro ἡμέτερος rescribendum censebat ὑμέτερος. Sed nos potius priori, quem diximus, modo huic loco consulendum censemus, ut nempe vox ἡμέτερος relinquatur, propter auctoritatem Suid. et versus hic Eurip. tribuatur. [Præfigenda persona Eurip. Reisk.] Ceterum sensus hujus loci est is, quem in versione expressimus. πυραμοῦς enim hic capitur pro *palma* vel *victoria*, quoniam πυραμοῦς, quod erat genus placentæ, præmii loco dabatur iis, qui in pervigiliis vigilantia alios vicissent. Vide Suid. locis laudatis. Kust. Hoc dicit Mnesilochus, non quasi et ipse sit tam vafer, ut in ea re palmam ferat, sed quia Eurip. favet et ab ejus partibus stat. Berg. In Eqq. 277. ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς, ubi proverbialis locutionis ratio redditur. Brunck.

95. Lege ὡς 'Αγάθων vel ὡ 'γάθων. Bent. 'ὡγάθων ἐξέρχεται. Vulgo labante metro 'Αγάθων. V. ad v. 30. Brunck.

96. ο'ὑκκυκλούμενος. Bisetus [et Bent.] legit ο'ὑγκυκλούμενος idque interpretatur *encyclo indutus*, non male, quod ad sensum attinet. Nam encyclum erat genus vestis muliebris, cujus Aristoph. pluribus in locis meminit, et Agathon paulo post ut muliebri ornatus habitu a comico nostro introducitur. Sed quum exemplum hujus vocis et significationis desiderem, et præterea a vulgata lectione nunquam temere recedendum putem, videamus, annon τὸ ἐκκυκλούμενος commode hic interpretari possimus. ἐκκύκλημα apud veteres dicebatur machina quædam theatralis, rotas habens, cujus conversione res populo spectandæ exhibebantur, teste Polluce iv. 128. et schol. Arist. ad Ach. v. 407. Hinc ἐκκυκλεῖν, quod proprie notat res versatione talis machinæ oculis spectatorum exhibere, absolute interdum ponitur pro *in medium proferre*, cujus significationis exempla reperiet lector apud accuratissimum Casaub. ad Athen. lib. viii. cap. xv. Huc etiam pertinet nota illa Hesych. ἐκκυκλεῖ, ἐκκα-

λύεται. Contrarium est τὸ ἐγκυκλεῖσθαι apud comicum nostrum in Vesp. 697. et ἐσκυκλεῖν in hac ipsa fab. 272. Quare τὸ ἐκκυκλεῖσθαι eleganter et comice dicitur de re, quæ cum pompa et apparatu quodam insolito in medium producitur et proinde spectaculo digna est, quales erant res illæ, quæ in tragœdiis eo quo diximus modo spectatoribus exhibebantur. Quoniam igitur Agatho, qui vir erat, præter morem muliebri indutus habitu et speciem insolitam præ se ferens, domo prodibat, tanquam de persona tragica Aristoph. de eo dixit ὁ ὑκκυκλούμενος, quasi diceres *qui cum insolita specie apparet.* Juvat hanc interpretationem, quod infra v. 265. Mnesilochus, sumptis itidem in domo Agathonis muliebribus vestibus, quum templum Cereris jam aditurus esset, dicat εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω. Uti enim comicus de Agathone domo exeunte ἐκκυκλεῖν dixit, sic ibi de Mnesilocho templum Cereris ingressuro εἰσκυκλεῖν; ob eandem scilicet, quam ante memoravimus causam. Kust. ἐκκυκλεῖσθαι proprie est in machina theatrali ostendi, deinde absolute *apparere, prodire.* Vide ad Acharn. 407. Etiam sine isto respectu κυκλεῖν de itione usurpatur, ut κυκλεῖν βάδιν, κυκλεῖν πόδα, ἀνακυκλεῖσθαι. Vide in Avv. 1379. Berg. ὀυκκυκλούμενος. Infra 265. Agatho postquam Eurip. et socero apparatum omnem, quo illis usus erat, concessit, domum se inferri jubet his verbis: εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω. Quem versum absurde vulgo Mnesilocho tribuunt, et ridiculum in modum interpretatur Kust. In Acharn. Dicæopolis Eurip. convenit, pannos mendicique tragicum ornatum ab eo mutuaturus, eumque rogat, ut foras prodeat, his verbis: ἀλλ' ἐκκυκλήθητ'. Respondet Eurip. 409. ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι· καταβαίνειν δ' οὐ σχολή. Scilicet erat ἐκκύκλημα machina theatralis in tragœdiarum repræsentatione adhiberi solita, de qua sic Pollux iv. 128. καὶ τὸ μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος· δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόρρητα πραχθέντα. καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν, ὅτε δὲ εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκυκλεῖν ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο νοεῖσθαι καθ' ἑκάστην θύραν, οἱονεὶ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Περσεῖς, καὶ κεῖται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ ὕψος. Sic legenda Pollucis verba, quæ vulgo mendose feruntur: nec mirum, si ex istis, ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐγκύκλημα, εἰσκύκλημα ὀνομάζεται, nihil extundere potuerunt interpretes. Machinæ unum erat nomen ἐκκύκλημα: sed pro diverso illius usu, quo intus in scenam, vel e scena intro vehebatur persona quælibet, duplex erat verbum ἐκκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν, quæ ut apud comicum distincta, sic Onomastico fuerunt enotata. Facete noster Agathonem tragicum poëtam, itemque in Acharn. Eurip. non pedibus in scenæ solo gradientes inducit, sed, tanquam deos aut heroas, sublimes in machina tragica vectos. Nihil hic viderunt interpretes, qui ἐκκυκλεῖσθαι non sua propria significatione accipi voluerunt, sed absolute pro *apparere, prodire,* idque *cum insolita specie;* quum revera significet *sublimem in machina inferri.* In fabulæ repræsentatione sic ostendebatur Agatho; eodemque modo in Acharn. Eurip. Quapropter postquam eum evocavit Dicæopolis, ex interiore ædium, nondum a spectatoribus conspectus, respondet, *Evehar quidem in machina sublimis; sed descendere non vacat.* Brunck.

98. Κυρήνην. De hac vide schol. Aristoph. ad Ran. 1362. et Suid. v. δωδεκαμήχανος. Kust. Hæc erat meretrix, cujus mentio in Ran. 1362. Quia autem Agathon effeminatus erat et comtulus, hunc videns putat eum esse mulierem, uti in Eccl. 167. Berg. Nobile scortum Cyrene, de qua vide ad Ran. 1328. Brunck.

99. Gry. αὖ. Bent. In Avv. 226. ὄποψ μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται. Ita etiam hic lego. Edd. ἄν. Berg.

100. μύρμηκος ἀτραπούς. Vide Suid. v. μύρμηξ et v. χορικός. Kust. Videtur proverbii speciem habere de rebus minutis et exilibus. Simile est ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη in Nub. 832. Berg. Cf. Jacobs. in Wolfii Anal. ii. p. 348. Dind. ἤ τι Suid. in μύρμηξ: sed fo. ἔτι. Bent. Hoc, ni fallor, vult Pors. notula in ed. 1532: διαμινύρεται scripsit vel scripturus erat librarius in Suid. Ms. v. μύρμηξ· sed fecit —υρίζεται, ut ed. Med. Dobr. μυρμήκων Suid. ed. Ms. (ibid.) Pors. ἤ τι διαμινύρεται. Sic tam ad metri quam ad linguæ rationem recte emendavit Dawes. vulgatam lectionem διαμινυρίζεται. Brunck. Cf. Reisig. i. p. 49. Dind.

101-3. Proodus hic est tribus versibus constans, qui finiuntur verbis λαμπάδα, ἐλευθέρα, βοάν. Duo priores sunt ionici a majore trim. et dim. catal., ultimus est iamb. dim. Hotib.

102. λαμπάδα. Quia Ceres facibus incensis quæsivit Proserpinam. Ex notis Biseti. Berg.

103. πατρίδι χορεύσασθαι. Verti ac si scriptum esset πατρίᾳ χορεύσασθε βοᾷ.

uti proculdubio scribendum est. Nam vulgata lectio commodum non habet sensum. Ceterum vox πατρίᾳ, si majusculis litteris scribatur cum iota adscripto, ut in antiquis Mss. fieri solet, hoc modo ΠΑΤΡΙΑΙ, facile cum ΠΑΤΡΙΔΙ itidem majusculis litteris scripto confundi potest. Kust. βοάν. Forte βοᾷ, ut infra 125. ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ. Potest tamen ferri etiam βοὰν, ut sit ellipsis præpositionis κατὰ: sed tunc est sensus, *cum libera patria tripudiate ad clamorem.* Et ita accipit Bisetus. Berg. χορεύσασθαι βοὰν, *saltando clamorem tollere.* Dithyrambica locutio, quales aliæ nonnullæ in hoc cantico, data opera a comico conquisitæ in Agathonis μελοποιίας irrisionem. Hoc non animadvertit Kust. alioquin ei non venisset in mentem ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίᾳ χορεύσασθαι βοᾷ, quod utique insulsum est. Brunck. Lege χορεύσασθε. Bent.

104. Agathonem comitantur actores tragici chori, quem ille erudiebat, proximisque ludis populo exhibiturus erat. Non est hic chorus fabulæ, qui e mulieribus constat Cereris et Proserpinæ festum celebrantibus. Brunck.

104-29. Hæc si strophica sunt, ut esse consentaneum est, resectis interpretamentis, in hunc fere modum scribes: στροφὴ α'. Χ. Τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος; | ********* | Λέγε νυν· εὐπίστως τοὐμὸν (*anacreont.*) | Δαίμονας ἔχει σεβίσαι. (*anacr. catal.*) | ἀντιστρ. α'. Ἀ. Ἄγε νυν, ὄπλιζε, Μοῦσα, | Χρυσέων ῥύτορα τόξων | Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας, | Γύαλα Σιμουντίδι γᾷ! | στροφὴ β'. Χ. Χαῖρ', ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς (*troch. dim.*) | Γέρας ἱερὸν, Φοῖβε, προφέρων! (*iamb. dim.*) | ἀντιστρ. β'. Ἀ. Τάν τ' ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι | Κόραν ἀείσατ' ἀγροτέραν! | στροφὴ γ'. Χ. Ἕπομαι, κλῄζουσα σεμνὸν | Γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς, (*anacreont.*) | Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. (*anacr. catal.*) | ἀντιστρ. γ'. α'. Ἀ. Λατώ τ', Ἀσίδος τε κρούμα- | τα ποδὶ παράρυθμα, Φρυγίων | Διανεύματα Χαρίτων. | ἀντιστρ. γ'. β'. Χ. Σέβομαι Λατώ τ' ἄνασσαν, | Κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων, | Ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ, | ἐπῳδός. Τᾷ φῶς ἔσσυτο δαίμονος ὄμμασιν, | Ἡμετέρας τε δι' αἰφνιδίου γ' ὀπός. | Ὧν χάριν ἄνακτ' ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ. (*dochmaici.*) | Χαῖρ', ὄλβιε παῖ Λατοῦς! (*anacr. catal.*) Epodum simul adscripsi, quoniam ibi quoque leviter turbatum erat tum illato δαιμονίοις, quod obscurum, tum minus recte descriptis versibus, omissoque γὲ post αἰφνιδίου, ruente metro. Jam strophas percenseamus, quæ propemodum omnes interpolationibus fœdum in modum sunt deturpatæ. Nam quæ stropha prima in vulgatis, invito quidem versu, leguntur, εὐπίστως δὲ τοὐμὸν, ingenium ea glossatorum vulgare produnt, languida sua καὶ μὲν δὲ ubique infercientium. Haud difficilius τὸ καλλίσταις ἀοιδαῖς stropha secunda, et Ἄρτεμιν illud inculcatum post ἀείσατ' in antistropha judicabitur; nec majorem, credo, scrupulum injicient vel Ἀσίδος usurpatum a me versus causa pro vulgato Ἀσιάδος, vel εὔρυθμα, pessime adscriptum vulgo τῷ παράρυθμα, paulo insolentius illi adhibito pro εὔρυθμα. Cithara autem intelligenda in Ἀσιάδος, quoniam instrumenti hujus ferebantur inventores Lydi. Quod et optime callebant Paris et Phryges: Plutarch. de fortuna Alexandri Magni lib. 1: Καί τινος αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) τῶν ἐγχωρίων ὑποσχομένου τὴν Πάριδος λύραν, εἰ βούλοιτο, δώσειν, οὐδὲν, ἔφη, τῆς ἐκείνου δοῦμαι· τὴν γὰρ Ἀχιλλέως κέκτημαι, πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἀνεπαύετο, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν· ἡ δὲ Πάριδος πάντως μαλακήν τινα καὶ θήλειαν ἁρμονίαν ἐρωτικοῖς ἔψαλλε μέλεσι. Huc referendum Φρυγίων διανεύματα Χαρίτων, quæ descriptio est citharæ. Quanquam fere terram intelligi malim, ut pulsationes Asiæ dicantur pro pulsationibus Asiaticis (citharæ). De his igitur locis omnibus facile concessum iri suspicor, et corrupta esse, et satis probabiliter emendata. Sed strophæ 1 inter versum 1 et 3 lacunam me statuere, cum ad sententiæ integritatem nihil desiderari videatur, id fortasse erit qui miretur negetque ferendum esse. Sane non nisi antistrophæ ratio metrica nos docet, versum hic excidisse, qui qualis fuerit, mea non multum refert indagare, remque integram relinquere lectoribus tuto possim. Cum tamen similia fere omittantur, simillimumque aliquid, ita ut superfluum videri potuerit, lectum olim fuisse hoc loco, sententia ipsa doceat minime laborans; orta mihi suspicio, tale quid profectum esse ab Aristoph. ludens Agathonis ingenium hic quoque expressuro: Τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος; | Τίνι δὲ θεῶν ὁ κῶμος; | Λέγε νυν etc. Dæmonas a diis etiam apud alios distingui, constat; quod nescientes vulgaris moduli librarios alterum istorum versuum neglexisse, fuerit consentaneum.

Atque hæc quidem sunt ea, quæ de adornando loco difficiliore dicenda habuimus. Nam duas unius strophæ antistrophas et alibi sæpius observare licet, velut Ran. 925 seqq. Adjiciamus versionem. *Chorus.* Cuinam deo festum instituitur? dic igitur: propensus ego sum in deorum cultum. *Agathon.* Age igitur, arcus dominum aurei, Musa, celebra, Phœbum, qui Simuntidis urbis mœnia

condidit! *Chorus.* Salve, eleganti munere prædite, qui artem sacram, Phœbe, exhibes, i. e. exerces. *Agathon.* Saltusque silvosos virginem colentem canite agrestem! *Chorus.* Sequor, laudibus efferens almum Latonæ genus, Dianam nuptiarum expertem. *Agathon.* Et Latonam, atque Asiæ pulsationes pedi congruas, Phrygiarum nutus Charitum. *Chorus.* Veneror Latonam dominam, citharamque, matrem hymnorum, masculo probatoque cantu. Quam exaudientis vocemque nostram inexpectatam gaudio perfundi solent deæ lumina. Quamobrem celebra Phœbum dominum. Salve, beate Latonæ fili! Affectata hæc propemodum omnia; sed talia decebant Agathonem, parenthyrsi amantissimum. Hotib. Ad Thesmoph. accedo. Cujus fabulæ modo non omnia ipse primus suis numeris restituisse dicar. Etenim semel tantum mihi mea præripuit Bent. Quæ vero in hanc partem conati sunt Herman. et Hotib. ea debent in censum referri operum, quibus illa fuerit laus, ut inde aliquis cognoscere posset, non quid effecerint homines eruditi, verum quid facere voluerint. Tu vero, lector, si sapis, meam rationem comprobaturus sic lege:— 107. et seqq. στρ. α'. ΑΓ. ἄγε νῦν μ' ὅπλιζε Μουσᾶν | ἱερῆ'. 'Αονίαι δεξάμεναι | λαμπάδα κόραι ξὺν ἐλευ- | θέρᾳ τᾷ πλατίδι— | ἀντιστρ. α'. ΧΟ. τίνι δαιμόνων ὁ κῶμος; | λέγε νῦν. ΑΓ. εὐεπὲς ἔστω στόμα σόν· | ΧΟ. δαίμονα δ' ἔχει σεβίσαι· | ΑΓ. χορεύσασθ' ἐν βοᾷ | στρ. β'. χρυσέων ῥύτορα τόξων | Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατο χώρας | γύαλα Σιμουντίδι γᾷ· | ἀντιστρ. β'. ΧΟ. καλλίσταις ἐν ἀοιδαῖς, | χαῖρ', εὐμούσοισί τε τιμαῖς | γέρας ἵερον [sic] προφέρων. | στρ. γ'. ΑΓ. τάν τ' ἐν οὔρεσι δρυογόνοισιν | ἀείσατε κούραν | Ἄρτεμιν ἀγροτέραν. | ΧΟ. ἕπομαι κλῄζουσα σεμνὸν | γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς | Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ. | ἀντιστρ. γ'. ΑΓ. Λατώ τ' 'Ασίδος ἄρυθμα κρούματα | ποδὶ Φρυγίῳ δινεύματά τε Χαρίτων. | ΧΟ. σέβομαι Λατώ τ' ἄνασσαν | κίθαρίν τε ματέρ' ὕμνων | ἀρσένι βοᾷ δονάκων. | ἐπῳδός. ΑΓ. τᾷ φάος ἔσσυτο Μαιονίοις | ὄμμασιν ἡμετέροις τε δι' αἰφνιδίου γ' | ὀπός· ὧν | χάριν, ἄνακτ' ἄ- | γαλλε Φοῖβον | τιμᾷ. ΧΟ. χαῖρ' ὄλβ- | ιε παῖ Λατοῦς. Versuum et vocum sedes paulum mutavi: at nunquam id feci sine causa probabili. In ipso cantus initio reposui versum, qui vulgo legitur post σεβίσαι. Verum ecquis non videt ἄγε νῦν ὅπλιζε non posse non carminis esse exordium? V. 2. Vulgo ἱέραν [sic] χθονίαις: quæ nequeo intelligere. Ex ἱέραν [sic] erui ἱερῆ': quocum, ut sententia melius procederet, conjunxi μοῦσα in μουσᾶν mutatum. Agatho ipsum se appellat Μουσᾶν ἱερῆα, ut Horat. a se audit *Musarum sacerdos*: mox e ΧΘΟΝΙΑΙΣ erui ΑΟΝΙΑΙ. Vox eadem alibi depravatur. Egregia est emendatio Valckenærii legentis ΑΟΝΩΝ pro ΔΟΜΩΝ in Phœn. 652. Hic 'Αονίαι—κόραι sunt Musæ. V. 4. Vice πατρίδι reposui πλατίδι. Hesych. πλάτιν γυναικῶν, τὴν ἄθροισιν. Idem πλατὶς, γυνὴ—σύνοδος, ἄθροισμα. Et sane πλατίδι exstat in Ach. 132. V. 6. Ex εὐπίστως δὲ τυὐμὸν erui εὐεπὲς ἔστω στόμα σὸν et δ' ad v. 7. detrusi. Illud εὐεπὲς ἔστω στόμα σὸν bene convenit cum formula notissima εὐφημία 'στω in v. infr. 295. et στόμα εὔφημον ἅπας ὁσιούσθω in Bacch. 70. Similiter apud Latinos dicitur *Favete linguis*. V. 8. Voces χορεύσασθαι βοὰν exstant vulgo in v. 4. post ἐλευθέρᾳ πατρίδι: et sane quoad constructionis ita legi debent: etenim vv. 5, 6, 7, sunt quasi παρενθετικῶς dicti. ibid. ἐν βοᾷ reposui, ne quis mecum hæreret de syntaxi χορεύσασθαι βοάν: immo elegans est ἐν hic pro σύν: vid. Musgr. ad Soph. Phil. 61. V. 12. Vulgo χαῖρε καλ. ἀοι. Φοῖβ' ἐν εὐμούσοισί τιμαῖς. V. 15. ὄρεσι et mox κόραν ἀείσατ' leviter mutavi. V. 21. Vulgo τε κρούματά τ' 'Ασιάδος πόδι παράρυθμ' εὔρυθμα Φρυγίων διανεύματα Χαρίτων. Inter quæ δινεύματα emendavit Bent. et Brunck. qui citare poterant Hom. Ιλ. Σ. 494. κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον· mox in παράρυθμ' εὔρυθμα latent lectio corrupta et corruptæ emendatio et emendationis corruptela. Lege Γᾶρ· ἄρυθμα· εὔρυθμα. ideoque reposui var. lect. ἄρυθμα. Mox de 'Ασίδος et 'Ασιάδος permutatis, vide Blomfield. ad Pers. 275. et de Φρυγίοι et Φρυγίων et similibus vid. Præf. ad Tro. p. xxviii. Quæ fuerint *Phrygiæ Gratiæ*, exputare nequeo. V. 26. Pro δοκίμῳ reposui δονάκων. Vid. ad Ran. 233. V. 27. δαιμονίοις non intelligo. Dedi Μαιονίοις. scil. Hom. cf. Οδ. Θ. 64. Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε· δίδου τ' ἀγαθόν τε κακόν τε· ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε· δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. Aliis fortasse placebit δαιμονίως ἄσμασιν ἡμετέροις γε: illud enim δαιμονίως aliquatenus tueri poterit Nub. δαιμονίως ἐφθέγξατο dictum de Carcini filio Tragœdo, quem ridet iterum infr. 440. G. Burges.

105. εὐπείστως. Reisk.

106. Frob. δαίμονα ἔχεις. Gry. δαίμονας ἔχει et Suid. in σεβαστός. Bent. ἔχει. animo meo facile imperari et persuaderi potest ut deos colat. Reisk. ἔχει ex Suid. Toup. in Suid. iii. p. 120. ἔχειν Suid. Ms. σεβίσαι. Pors. δαίμονας ἔχει σεβίσαι. Sic recte Suid. in σεβαστὸς et in σεβίσαι. Viderat Reisk. vulgatum ἔχεις

mendosum esse, et ἔχει reponendum. BRUNCK.

107. Fo. ὄλβιζε: vid. 118. BENT. ὄπλιζε Φοῖβον. Dithyrambica rursus locutio: id est ἑτοίμαζε ὕμνον εἰς Φοῖβον. BRUNCK.

109. Φοῖβον, ὃς ἱδρύσατα χώρας γύαλα. Nihil hic viderunt priores commentatores et interpretes. Nam verus hujus loci sensus est is, quem in versione expressimus, *qui urbis Trojæ mœnia condidit.* Verba enim hic fiunt de Apolline, quem una cum Neptuno Trojæ conditorem exstitisse ex veteribus scriptoribus satis constat. γύαλον autem non solum *cavitatem* apud Græcos significat, sed etiam cujusvis rei latera ambitu suo cavum quoddam efficientia, vel simpliciter cujusvis rei ambitum vel septum: unde recte ab Hesych. exponitur περίβολος. Sic γύαλα θώρακος dicuntur latera thoracis corpus ambientia: quæ alias etiam κύτη vocantur. Apud Eurip. Ion. 220. γύαλα appellantur septa vel limina adyti Apollinei. Ait enim, θέμις γυάλων ὑπερβῆναι; *fasne est septa hæc* (vel *limina*) *transscendere?* Qui locus non recte vulgo vertitur. Si igitur vox γύαλον quemvis περίβολον notare potest, non mirum est Aristoph. *mœnia urbem ambientia* γύαλα hic vocasse. Quod autem ad vocem χώρας attinet, notandum est, eam hic significare *urbem:* quo sensu voces synonymæ χθὼν et γῆ interdum etiam apud poëtas accipi solent. Exemplis quibusdam rem ab aliis, quod sciam, nondum observatam illustrabo. Apud Eurip. Hec. 16. γῆς ὁρίσματα dicuntur *mœnia* (proprie *termini*) *urbis* Trojæ. Additur enim in versu sequenti, πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός: ubi Τρωϊκὴ χθὼν manifeste de urbe Troja dicitur, quam in versu præcedente simpliciter γῆν appellaverat. Confirmat hanc interpretationem Schol. vetus ad illum locum, cujus hæc sunt verba: τὸ γῆς μὴ νομίσῃς διὰ τὴν περὶ τὴν Τροίαν γῆν, ὡς οἴονταί τινες κακῶς· ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν Τροίαν· ἵν' ᾖ τὰ ὁρίσματα, ἀντὶ τοῦ οἱ πύργοι. περιορισμὸς γὰρ τῆς ἐν τῇ πόλει γῆς οἱ πύργοι. ὥστε τῆς γῆς ὁρίσματα καὶ τὸ πύργοι Τρωϊκῆς χθονὸς ταὐτόν ἐστιν. ὅτι δὲ ταὐτόν ἐστι, καὶ οὐχ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, μαρτυρεῖ τὸ ἐπεὶ δὲ Τροία, ὃ ἐπέφερε πρὸς τὰ δύο, δηλῶν ὡς ταυτοσήμαντά ἐστι. Recte observat Schol. Eurip. dicto loco urbem Trojam periphrastice designare per γῆς ὁρίσματα et πύργοι Τρωϊκῆς χθονός: id quod exinde etiam probat, quod tragicus statim subjiciat ἐπεὶ δὲ Τροία: utpote quæ superioris periphrasis sit interpretatio. Apud eundem Phœn. 1203. πύργων μὲν οὖν γῆς ἴσχομεν κατασκαφάς: i. e. *prohibuimus igitur eversionem turrium urbis hujus.* Loquitur enim ibi de urbe Thebarum, quam Argivi oppugnaverant. Idem in Troad. 868. καὶ γῆ δορὶ πεσοῦσ' Ἑλληνικῷ: *et urbs, quæ hasta* (i. e. *vi bellica*) *Græcorum cecidit.* Et 1299. οὐρανία πεσοῦσα δορὶ καταφθίνει γῆ· *alta urbs* (i. e. Troja) *excisa perit.* In eadem fabula v. 4. Τρωϊκὴ χθὼν est ipsa Troja: quam in eodem dramate v. 816. Τροίας χθόνα vocat. Apud eundem, Ion. 74. Ion dicitur κτίστωρ Ἀσιάδος χθονός: i. e. *conditor Asiaticarum urbium.* Hæc qui a nobis annotata legerit, minus, ut puto, mirabitur, χώραν ab Aristoph. hic pro *urbe* poni. KUST.

112. ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς γέρας· ἱερόν. Scribo et distinguo ἐν εὐμούσοισι, τιμαῖς γέρας ἱεροῦ προφέρων. Sic etiam locum hunc verti. KUST.

114-19. Vid. Valck. ad Eurip. Hippol. p. 196. E. DIND.

115. Ἄρτεμιν Ἀγροτέραν. In Lys. 1267. BERG.

117. κλῄζουσα. Sic bene scriptum in cod. Vulgo κληΐζουσα. BRUNCK.

120. Ἀσιάδος. Priores interpretes hic subintelligendum putabant γῆς, quasi de pulsatione terræ, sive saltatione, hic loqueretur comicus: qua in re valde eos fefellit opinio. Nam κρούματα Ἀσιάδος hic significat *pulsus citharæ;* subintellecta nimirum voce κιθάρας, ut jam ante recte monuit illustriss. Spanh. ad Callimach. p. 467. Cithara quippe Ἀσιὰς dicta fuit, quod a Lydis in Asia primum inventa crederetur. Etymol. Ἀσιάδος — εὑρέθη. Vides hunc ipsum locum comici ab eo exponi. Hesych. Ἀσιὰς, ἡ κιθάρα, διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι. Schol. Apoll. Rhod. ad libr. ii. v. 779. καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς λέγεται· ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη. Eurip. in Cycl. 442. — Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον | κιθάρας κλύοιμεν.—*Asiaticæ non libentius strepitum citharæ audiremus.* Hinc obiter emendandus Plutarch. lib. de Musica p. 1133. ubi de cithara agens inquit, ἐκλήθη δὲ Ἀσίας etc. Lege Ἀσιάς. Vide etiam Suid. v. Ἀσία, ubi locus hic comici recte etiam exponitur. KUST. Ἀσιάδος, id est, *citharæ.* Etymol. M. p. 153. l. 31. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένῃ ἐν Τμώλῳ πρῶτον εὑρέθη. Nescio an unquam urbs exstiterit, cui nomen Ἀσία, quam tamen recenset etiam Steph. Hujus non meminit schol. Apollonii ad ii. 777. Ἀσίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον

ἐκαλεῖτο. διὸ καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρῶτον εὑρεθῆναι. καὶ Ὅμηρος (Il. B. 461.) Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. Explicationem hanc erudite exsecutus est Kust. Brunck. Add. grammaticum Ms. in Montf. Biblioth. Coislin. p. 607. Dind.

122. Lege δινεύματα κουρήτων. Bent. διανεύματα. Forte legendum δινεύματα. Brunck. δινεύματα. Emendationem hanc adstruunt doctorum virorum observata ad Hesych. glossam: διανεύει, στρέφει, κυκλεῖ. Id.

125. Citat Suidas v. ἄρσενι βοᾷ. Kust.

126. Adscribitur AΓ. Bent. ἔσσυτο. Vid. Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 266. A. Dind.

127. Frob. ὅπως: al. ὀπός. Bent.

128. ἄλλε. Sic etiam ed. Basil. At ed. Paris. ἄλλα: quarum lectionum neutra sana esse potest. Bisetus legit ἄλλος: quod admittam, donec meliores codices nactus fuero. In Exc. Scal. reperio ἄγαλλε, i. e. *honora*, quæ conjectura non videtur aspernanda. Ea autem si admittatur, τιμᾷ, quod sequitur, erit dativus Doricus, non verbum, ut ἀγάλλειν τιμᾷ dictum sit pro simplici ἀγάλλειν, i. e. *honorare*. Kust. ἀλλά. Ita ed. Farrei. Brub. autem et nupera ἄλλε. mox τιμᾶ sine iota eadem: unde puto τίμα in imperativo. Berg. ὧν χάριν ἄνακτ' ἄγαλλε Φοῖβον τιμᾷ. Si nullum hujus fabulæ nactus fuissem Cod. non aliter versiculum hunc edidissem, facileque mihi se probasset eadem ista lectio a Scal. enotata, sive illam e veteri libro excerpserit, sive conjectura adsecutus fuerit vir longe doctissimus. Ignorabat sane Kust. *quid distent æra lupinis*, quando posthabita optima illa lectione, futilem Biseti conjecturam amplexus est. Quam scripturam repræsentavi, eandem plane et perspicue exhibet August. Cod. In Junt. excusum ὧν χάριν ἄνακτ' ἄλλε Φοῖβον τιμᾷ, omissa syllaba AΓ, nescio an librarii qui codicem Urbinatem descripsit, anne typothetæ culpa. Correctores exercuit, sed frustra, hæc menda. Pro ἄλλε Zanettus edidit ἀλλὰ, servato τιμᾷ cum ι subscripto. Posterior Veneta ad prioris exemplum excusa habet ἀλλὰ etiam et τιμᾷ sed sine ι subscripto, quod typographicum vitium Bergl. suspicionem injecit legendum esse τίμα in imperativo, quod etiamsi admitteretur, remaneret tamen vox absurda ἀλλά. Hanc Bisetus in ἄλλος mutavit, significante, ut ipse jussit, πᾶς τις: hocque Kust. secutus est, vertens, *quorum gratia regem quilibet Phœbum honorat*. Brunck.

129. ὀλολύζεις γέρων. Hæc non pertinent ad seriem fabulæ, sed est παρεπιγραφὴ, qua significatur, Mnesilochum, audito cantico Agathonis, præ voluptate et lætitia clamorem edidisse. Quare scribendum erit ὀλολύζει γέρων. Sic infra post v. 283. ὀλολύζουσι γυναῖκες itidem est παρεπιγραφή. Ceterum ὀλολύζειν non solum significat flebilem et lugubrem ululatum edere, sed etiam quemcunque clamorem tollere, ut a viris doctis satis probatum est. Kust. Est ὀλολυγὴ plerumque clamor faustus. V. Eqq. 613. Berg. Scal. ὀλολύζοις: vid. 283. Bent. Recte Kust. ὀλολύζει. Atque ita Suid. in v. notante Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 107. ὀλολύζει ὁ Suid. Ms. v. Pors. Vide Append. ad Toup. p. 504. Dobr. Post hunc versum παρεπιγραφὴ vel ad marginem, vel inter versus scripta, ὀλολύζει ὁ γέρων, ab alio librario in contextum illata fuit, tanquam si esset versus fabulæ, depravata insuper scriptura, ὀλολύζεις γέρων. Eam, tanquam inutilem, prorsus omisi, ut aliam in Lys. 304. Brunck.

130. Γενετυλλίδες. Vide Suid. v. Γενετυλλὶς, ubi locum hunc citat, et Meurs. in Piræo cap. ult. Kust. Deæ quædam affines Veneri. Berg.

131. κατεγλωττισμένον. Vide Suid. v. κατεγλωττισμένον et nos ibi. Kust. Unde καταγλωττίσματα, *oscula lasciviora et delicata*: V. Nub. v. 51. Berg.

132. μανδαλωτόν. V. Ach. 1199. Berg.

133. Citat Suid. v. γαργαλίζει. Kust.

134. Gry. νεανίσκ', εἴ τις. Bent. ὅστις. Ita ed. Farrei. Brub. εἴτις: nupera ἥτις. Berg. ὅστις εἶ. Male in Junt. aliisque quibusdam εἴ τις εἶ, quod est etiam in Cod. nostro. Zanettus ὅστις bene emendavit. Primum in Frob. excusum fuit ἥτις, quod ceteræ deinceps licet pravum retinuerunt. Brunck. καὶ σ', ὦ νεᾶνις. Pors.

135. ἐκ τῆς Λυκουργίας. Æsch. scripsit Lycurgum fabulam. Ad cujus verba in sequentibus sine dubio alludit, ubi Agathonem alloquitur semivirum. Berg.

136. γύννις. Vid. Boëttiger. in Wilandi Museo Attico i. 2. p. 358. Toup. in Suid. i. p. 111. Dind.

137. Citat Suid. v. βάρβιτον. Mnesilochus autem hæc admirabundus dicit, videns Agathonem muliebri habitu indutum esse. Kust. λαλεῖ. Sic Suid. ed. et Ms. v. βάρβιτον, ubi Ms. ὦ τὸ φίλον στ. Pors. τί βάρβιτος μέλει κροκωτῷ; Vulgo λαλεῖ, satis insulse. Præstantissimi Valck. emendationem recepi, quem vide ad Eurip. Hippol. p. 187. Exemplis ibi prolatis adde nostrum Eqq. 1022. τί γὰρ ἔστ' Ἐρεχθεῖ, καὶ κολοιοῖς, καὶ κυνί; et Epicharmum apud Stob. in Floril. Grotii p. 365. τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; Brunck. τί βάρβιτος λαλεῖ κροκω-

τῷ; quid barbitus dicit, quid dicendum habet, crocotæ? quid illi cum hac est rei? Friget præ hac librorum lectione Brunck. probata Valck. correctio, τί β. μέλει κρ.; Hotib.

139. ἀξύμφορον Suid. in βάρβιτος. Bent.

140. τί δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία; Hic jam alludit ad illud Epicharmi apud Stob. Serm. lxxxix. τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; Berg. δὲ Suid. Ms. [et ed. Med. in βάρβ. Dobr.] Pors.

141. Suid. in πέος habet τρέφῃ: at ει Atticum est. Mox idem ποῦ δὲ τὸ πέος: at ποῦ τὸ πέος in Λακωνικαί. Bent.

142. Suid. v. πέος et schol. ad Vesp. 1153. Kust. ποῦ τὸ πέος; Suid. v. Λακωνικαί. Schol. ad Vesp. 1153. ποῦ δὲ τὸ πέος; Suid. v. πέος. Pors. Λακωνικαί. ἀνδρεῖα ὑποδήματα. Suid. e comici Schol. ad Vesp. 1159. Brunck.

144. ἐκ τοῦ μέλους ζητῶ σε. Quia nimirum ejus carmen est θηλυθριῶδες, ut paulo ante dicebat; hinc et ipsum talem esse vult conjicere: et quia ipse talis est, ejus carmina etiam sunt talia. ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει, ut ipse infra dicit. Berg.

146. μὲν om. Suid. ἄλγησις. Pors. ψόφον, aut τὸν φθόνον μὲν τοῦ ψόγου. Reisk.

147. τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην. Potest etiam verti, *dolorem nullum ostendi et præ me tuli*, nempe quem perceperim ex tua oratione. Et ita exponit Suid., nempe per οὐκ ἐλυπήθην, in ἄλγησις. Berg.

148. ἅμα γνώμῃ: *consulto*. Aliquando omittitur ἅμα. Ut apud Xenoph. de Athen. Polit. circa finem: οἱ δὲ τοῦτο γνώμῃ ποιοῦσι, ubi præcesserat, δοκοῦσιν οὐκ ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι. Idem autem est ἅμα γνώμῃ, quod ξὺν νῷ, quod est Nub. 580. et ἅμα ante γνώμῃ ponitur pro σὺν, ne fiat confusio cum συγγνώμῃ. Berg.

149. χρὴ τὸν ποιητὴν ἄνδρα. Vox ἀνὴρ quando juncta est alii substantivo, articulum, quod sciam, non asciscit. Hoc quidem loco τὸν ab aliquo posteriorum editorum sine ulla auctoritate insertum videtur. Legam, χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα — quomodo hæc etiam melius cohærent cum prægressis. Pors. in censura Aristoph. Brunck. p. 576. Eodem modo Scal. et Bent. Dind.

151. αὐτίκα. Potest quandoque, ut hic, Latine verti, *principio*. Berg.

153. κελητίζεις. V. ad Lys. 60. Brunck. Φαίδραν. Propudiosæ libidinis mulier, quæ appetivit concubitum privigni, de qua et Euripides fecit tragœdias. V. Ran. v. 1069. et Vesp. v. 497. Res flagitiosa, quæ reticenda, inquit glossator Petronii. Berg.

155. Eurip. in Æolo in fragm. ἃ δὲ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα, Τοῖσι πένησι χρώμενοι θηρώμεθα. Quo in loco θηρώμεθα scripsi pro vulgato τιμώμεθα, quia illud aptius. Berg.

157. Σατύρους. Faciunt enim tragici poëtæ, qualis erat Agathon, satyrica dramata, quorum unicum tantum hodie exstat exemplum, nempe Eurip. Cyclops. Dicit autem hoc, quia Satyri sunt καταφερεῖς. Berg.

158. Scal. συμπίωσ', male. Bent. σοὔπισθεν (in Aug. scriptum σὀὔπισθεν) esse possit pro σοι ὄπισθεν, ut sæpe μοὔστιν pro μοι ἐστὶν scriptum reperitur: μοὔχρησεν pro μοι ἔχρησεν, μοὐδόκει pro μοι ἐδόκει, μοὐγκώμιον pro μοι ἐγκώμιον, de qua scriptura non ubivis probanda alibi agam. Hic subauditur σοι cum verbo συμποιῶ, et σοὔπισθεν est pro σοῦ ὄπισθεν, quod Reisk. etiam placuisse video. [σοῦ 'πισθεν (id est ὄπισθεν). Reisk.] Male hucusque excusum fuit σ' οὔπισθεν. ἑστηκὼς pro ἐστυκὼς est in Scal. Exc. Manifesta est causa, cur sæpe commutari debuerint. Brunck. ἐστυκώς. Sic recte ed. Paris. At edd. Basil. et Genev. male ἑστηκώς. Ceterum hæc adeo obscena sunt, ut pudor ea explicare vetet. Kust. Lege ut in Gry. ἐστυκώς. Galenus: Σατυρισμὸς, αἱ τῶν αἰδοίων ἐκτάσεις. Bent. ἐστυκώς. A στύομαι, *ut te a tergo adjuvem arrigens*. Nempe vult Satyrum agere, ad quam rem se ἕτοιμον dicebat et supra v. 59. Berg.

160. Citat Suid. v. ἀγρεῖος et v. ἄμουσα. Kust.

161. κἀνακρέων — κἀλκαῖος, pro καὶ Ἀνακρέων et καὶ Ἀλκαῖος. Brunck.

162. ἐχύμισαν. Suid. exponit ἔγχυμον ἐποίησαν. Vide eum v. ἐχύμισαν, ubi locum hunc comici adducit. Kust. Metaphora a coquis, qui temperant sapores ciborum, τοὺς χυμούς. Berg. Frob. οἱ περὶ — ἐχύμησαν. Lege οἵπερ ἐχύμισαν, ut Suid. in ἐμιτρώσατο. Bent. οἵπερ ἁ. ἐχύμισαν Suid. ed. Ms. vv. ἐχύμισαν. ἐμιτρώσατο. Cetera ut hic in v. ἐμιτ. [i. e. ἐ. τε καὶ διεκίνων 'I. sed ibi edd. Med. Kust. τε καὶ διεκίνουν, ed. Ald. τε καὶ διεκοίνουν (sic). Quare de Ms. intelligendus videtur. Dobr.] Pors.

163. ἐμιτροφόρουν τε. Citant hunc locum Harpocr. v. Ἰωνικὸς et Suid. v. ἐμιτρώσατο. Ceterum particula τε in hoc versu redundat. Deinde pro διεκίνουν Valesius ad Harpocrat. v. Ἰωνικὸς legit διεκινοῦντ' (i. e. διεκινοῦντο), quod non displicet. Intelligendus autem est hic locus de saltatione molli, quali Iones uti solebant, ut vel ex Horatii loco constat,

motus doceri gaudet Ionicos. Kust. [Conf. Pors. Tracts and Misc. Crit. p. 185. Dobr.]. Merito placet viro doctissimo illud διεκινοῦντο· nam et alibi comicus in passiva voce extulit hoc verbum de re, ut videtur, eadem; in Vespis 685. V. Eccl. 914. Berg. Frob. διεκίνων. Suid. διεκοίνοῦν in ἐμιτρώσατο, et διεκείνουν in Ἰωνικῶς. Lege διεκίνουν. Bent. διεκίνουν Suid. ed. Ms. ἰωνικός. Pors. Recte quidem, si sensum loci spectes, Valesius, quo nemo fere elegantiori ingenio has literas tractavit, legebat διεκινοῦντο, *se movebant*. Quod vero dicit Kust. particulam τε redundare, in hoc judicium ejus desidero. Sed ne sic quidem versus sanus erit; imo, quod nec Valesius nec Kust. viderat, misere oneri succumbit. Verbum enim κινεῖν primam semper producit. Quo pacto quartam sedem degravat spondeus. Vide igitur an nos rem acu tetigerimus: ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς. Hesych. διακλῶν, θρύπτων. Idem: Ἰωνικὸν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος, ἢ θηλυκοῦ. Pollux iv. 91. ubi περὶ ὀρχήσεως agit. Λυγίσαι τὸ σῶμα, κάμψαι, κλάσαι. Quare διακλᾶσθαι Ἰωνικῶς est *corpus instar Ionum molliter movere, saltare*. Horatio, *artubus frangi*. Locus autem ita vertendus est: *Anacreon et Alcæus, qui musicis gratiam et venustatem conciliarunt, mitras gestabant et molliter more Ionum saltabant.* Toup. Em. in Suid. i. p. 166. 167. Huc respexisse videtur Dionysius Halicarn. in libello περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος p. 310. ed. Hudson. καὶ τῶν ῥυθμῶν πολλαχῇ μὲν τοὺς ἀνδρώδεις καὶ ἀξιωματικοὺς καὶ εὐγενεῖς, σπανίως δέ που τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους. Id. ibid. ii. p. 611. ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς. Egregia emendatio, quæ sagacitati Jo. Toup. debetur, adeundi ad Suid. i. 128. et Epist. Crit. p. 169. Adtigerat hunc locum etiam Orvillius ad Charit. p. 560. cujus conjecturæ ideo tantum memini, ut ex ambarum comparatione æstimetur quantum *vir viro præstet.* Vulgata lectione nihil est mendosius: ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς. In Aug. διεκίνων. Brunck.

165. ἠμπίσχετο Elmsl. in Museo Crit. Cantabrig. V. p. 35. sive ad Eurip. Medeam p. 253. Dind.

167. ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει. Per φύσιν hic forma potius intelligitur. In eadem re Pind. voce μορφῇ usus est Nemeorum iii. ὢν καλὸς ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ. In isto autem, etiam simili loco, *ingenium* intelligitur voce φύσις, qui est ex Alcmæone Eurip. ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα, Κακῶν δ', ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός. Berg.

168. In margine sine *l* vel *f* scripsit Bentl. Φιλοκλέης et Ξενοκλέης. Editor not. Bentl.—Scribendum est propter tres caussas, ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ· cui argute respondet, ὁ δὲ Ξενοκλέης ὢν κακὸς κακῶς ποιεῖ. Quod est apud Kust., Bergl., Brunck., ταῦτ' ἄρ', ab usu sermonis abhorret in hac re: atque in vetustis exemplaribus ταῦτ' ἄρ' legitur. Reisig. Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὤν. Forte in eo consistebat deformitas ejus, quia erat ὀξυκέφαλος, unde vulgo κορυδὸς dicebatur, ut ait comicus in Avv. 1295. ubi vide notam. Berg.

169. Ξενοκλῆς. Infra 447. Berg. ὁ δὲ Ξενοκλέης. Sic ad prosodiæ et metri canonas legendum. In Cod. ὁ Ξενοκλῆς, vacuo inter duas voces spatio, et ad marginem reposito δ' αὖ. Sed scripserat comicus ὁ δέ. In nomine Ξενοκλῆς secunda non magis produci debet, quam in Φιλοκλῆς superioris v. Sæpius in ista nominum forma peccatum, quod partim e codd. auctoritate, partim e metri legibus, partim ex analogia ad evidentiam usque demonstratur. Infra 440. ubi recte edidi, ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου: vulgo legitur Ξενοκλῆς reclamante metro; nam nec pyrrichium nec iambum recipit quinta sedes octonarii trochaici, sed bene tribrachyn. Ran. 86. ubi edidi, ὁ δὲ Ξενοκλέης;—Ἐξόλοιτο, νὴ Δία: male vulgo legitur Ξενοκλῆς, quum tamen 787. veteres etiam impressi legitimam formam ostendant, οὐ καὶ Σοφοκλέης ἀντελάβετο τοῦ θρόνου; non vero Σοφοκλῆς. Male vulgo Avv. 1295. legitur Κορυδὸς Φιλοκλεῖ· Χηναλώπηξ Θεαγένει. ubi e membr. edidimus Φιλοκλέει, et ex analogia similium locorum Ἡρακλέει 567. ubi male vulgo legitur Ἡρακλεῖ. In eadem fabula prout vulgo fertur 281. in Φιλοκλέους antepenultima producitur contra artem et constantem comici usum. Tetrameter est trochaicus αλλα | χ' οὗτος | ἕτερος | οὗτος | εστι | μεν Φι | λοκλε | ους. Quis neget corruptam esse lectionem? Reposuimus αλλα | χ' οὗτος | ἕτερος | αλλ' εσ | τιν μεν | οὗτος | Φιλοκλε | ους. Jam scire vellem an manifestas illas corruptelas, centenasque aliquot ejusdem generis, quibus inquinatus erat comicus, in exemplum traxisset Piers. contra Dawes. canonem de potestate liquidarum post tenues et aspiratas. Quod de eo dixit ad Mœr. p. 20. refellit Th. Burgess. Sed multo magis confutari dignum erat effatum p. 31. cujus temeritatem ostendam ad Pl. 166. Brunck.

170. Hujus ψυχρότητα facete tangit in

Ach. v. 188. Tam frigidæ fuerunt ejus tragœdiæ, ut nivis illius et glaciei videantur fuisse causa. Berg. Scholiastes ad ejusd. dramatis v. 11. eum unum e xxx. tyrannis fuisse ait, inter quos recensetur a Xenoph. Hellen. p. 70. edit. Lips. Brunck.

173. In prioribus edd. hic est personarum confusio. Nam versus 173. tribuitur Agathoni; et in versu 176. continuatur persona Mnesilochi, quorum uterque tamen ad Eurip. referendus est, ut sensus loci suadet. Kust. παῦσαι βαΰζων. Male hæc Agathoni vulgo tribui vidit Kust., qui personas in versione melius ad sensum distinxit, quam in Græcis: nec tamen earum perversionem ubique perspexit. Brunck. Gry. ΕΥ. παῦσαι. Bent. παῦσαι βαΰζων. Infra v. 895. βάϋζε, τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ. Est autem proprie canum, unde ab Hes. exponitur ὑλακτεῖν. Simile est Latinum baubare, quod de canibus Lucretius usurpavit: aut cum deserti baubantur in ædibus. Berg. Suid. βαΰζων. Pors. Reponendum videtur, καὶ γὰρ ἢ τοιόσδ' ἐγώ. Elmsl. ad Ach. p. 61.

175. Suid. ζηλῶ. Pors.

176. ΑΓ. λέγε. Ita ed. Farrei et Brub. Nupera vero ΜΝ. Berg. ἔα monosyllabon est. Elmsl. ad Acharn. p. 61.

177. Parœdia est Eurip. versuum in Æolo [quos etiam Bergl. adscripsit]: παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ | πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς. Facetum est Eurip. hic induci suismet ipsius verbis loquentem. Brunck.

177-8. Citat Suid. vv. οἷος. σοῦ. Quod latuit Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 103. πολλοὺς καλῶς οἷόστε Suid. Ms. οἷος. In σοῦ etiam συντεμεῖν. Pors. Conf. eundem ad Toup. iv. p. 503. Dind.

179. ἐγὼ δὲ κοινῇ. Sic etiam Suid. v. καινολογία. At Bisetus mavult καινῇ, quod non displicet. Kust. καινῇ. Edd. Farrei et Brub. κοινῇ. Berg. καινῇ ξυμφορᾷ. Cod. et vett. edd. omnes κοινῇ, male. Illud [quod etiam Bent. placuit] jam repositum fuit in Batavis minoribus. Brunck. κοινῇ ξυμφορᾷ. sic Suid. Ms. κοινολ. σοῦ. Pors. Eurip. Alcest. v. 856. καίπερ βαρείᾳ συμφορᾷ πεπληγμένος. Berg.

181. Versus hic, uti et 184. et 189., in prioribus edd. male Mnesilocho tribuuntur, qui ad Eurip. pertinent, ut sensus loci manifesto ostendit. Kust.

182. V. supra v. 85. Berg.

184. Scal. ἅπασ'.

186. Lege μου σοφῶς. Bent. Vid. Elmsl. ad Ach. 401. sed cf. Nub. 1247. Editor not. Bent.

191. Eccl. 428. εὐπρεπὴς νεανίας λευκός τις. Berg.

193. Citat Eust. in Il. A. p. 4. l. 10. =3, 24. Bent. Pors.

194. Est versus Eurip. Alcest. 691. χαίρεις ὁρῶν φῶς. In Alcest. fecit hunc versum Eurip. 691. indicavit autem Kust. Loquitur ibi Pheres, qui noluerat pro filio suo mori. Istud Agathon in Eurip. retorquet, qui vult ut alius ipsius causa periculum subeat. Sic suismet verbis capitur Eurip. in Ranis comici 1519. ubi vide notam. Berg.

196. Citat Suid. v. ὑφέξειν. Ceterum metri gratia legendum est καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα. Kust. Lege ἂν μαινοίμεθ' ἄν. Quod Kust. fugit, quamvis locum Suid. v. ὑφέξειν, ubi recte legitur, indicarit. ἂν μ. Suid. ed. Ms. ὑφέξειν. Pors. καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθ' ἄν. Nihil frequentius apud poetas Atticos geminatione particulæ ἄν. Sic Lys. 191. τίς ἂν οὖν γένοιτ' ἂν ὅρκος; 361. φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον. Exemplorum ὅσα κόνις, quod jam observavi ad Eurip. Or. 381. Hic bis a poeta posita semel exciderat cum versus labe. In Cod. vacuum deficientis syllabæ relictum spatium, sic: καὶ γὰρ μαινοίμεθ' ἄν. Kust. emendatio καὶ γὰρ ἂν μαινοίμεθα geminatæ particulæ elegantia caret, et hiatum inducit similium vocalium in fine hujus versus et sequentis initio, quo, quantum fieri licuit, abstinuerunt poetæ. Quod reposui, placuit etiam Kœn. ad Corinth. p. 18. [44.] Brunck. Equidem scripsisse arbitror Aristoph. καὶ γὰρ οὖν μαινοίμεθ' ἄν. Hermann. Ego puto antiquam poetæ scripturam esse κάρτα γὰρ μαινοίμεθ' ἄν. Reisig.

197. ἀλλ' om. Ms. ibid. Pors.

198. οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασι. Elegantem hujus loci emendationem debemus Suid., quippe apud quem τεχνάσμασι recte legitur pro στενάσμασι, quod priores editiones habent. Dicit nimirum Agatho, unumquemque propria mala ferre, neque ea arte quadam et dolo a se in alterum transferre debere. Conabatur enim Eurip. Agathoni persuadere, ut sui defendendi gratia muliebri vestitu indutus Thesmophoria adiret, quod quum ob manifestum periculum facere recusaret, τὰς συμφορὰς γὰρ, inquit, οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασιν etc. Unde apparet, sensum lectioni Suid. mirifice favere, recteque hic sibi opponi παθήματα et τεχνάσματα, non autem στενάσματα, quæ vox ne quidem Græca est. Nam a στενάζω fit στέναγμα, non στένασμα: quod quum animadverterent editores Genevenses, vocem στενάσμασι, quam vetustiores editiones omnes habent, absque ulla Cod. auctoritate mutarunt in στενάγμασι. Kust. Gry.

στενάγμασι. Bent. τεχνάσμασιν edidit Kust. ex Suid. in v.—τεχνάσμασι ed. Ms. v. Pors. στενάγμασι. Ita edd. Farrei et Brub. aliæ στενάγμασι male. Vertendum: *calamitates non sunt ferendæ ingemiscendo, sed patiendo.* Nimirum ut in Œd. Col. Soph. Œd. dicit 1365. οὐ κλαυτὰ δ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα τάδε: *non deploranda autem hæc sunt, sed ferenda mihi.* et Eurip. in Elect. 195. quamvis paulo aliter: οὔτοι στοναχαῖς, ἀλλ' εὐχαῖς θεοὺς σεβίζουσ' ἕξεις εὐαμερίαν, ὦ παῖ: *non per gemitus, sed votis deos venerans, habebis serenos vitæ dies, o filia.* Dicit autem Agathon illa, quia animadvertebat Eurip. identidem ingemiscere; quod quum animadverteret etiam Mnesilochus, in antecedentibus dicebat ad eum v. 73. τί στένεις; τί δυσφορεῖς; Cl. tamen Kust. edidit τεχνάσμασι ex Suid., quod etiam adstrui potest; intelligerentur enim per τεχνάσματα doli et technæ Eurip. quibus ille periculum sibi a mulieribus imminens amoliri vult, dum Agathoni persuadere conatur, ut muliebri veste indutus ipsum in concilio mulierum defendat. Addo etiam hanc vocem apte de Eurip. dici, v. 94. Berg. οὐχὶ τοῖς τεχνάσμασι. Sic recte apud Suid. legitur in τεχνάσμασιν. Quam comico lectionem restituit et erudite adstruxit Kust., eandem habet Cod. leviter depravatam τεχνάμασιν. Junt. ed. et quæ eam sequuntur, Basil. genuinæ vocis vestigium servant in στενάσμασιν. Quod quia Græcum non est, comico bene consultum fore credidit Zanettus, si emendaret στενάγμασιν, quod inde in alias edd. migravit, bonum quidem, si formam vocis spectes, si sensum, plane absurdum. Hoc tamen licet cassum et auctoritate carens, ne Kust. aliquid boni debere videretur, revocavit Bergl. Brunck.

200. μὴ Suid. Ms. in τεχν. Pors.

201. λόγοισιν respondet Agathonis τεχνάσμασι: et quod ille παθήμασι dixerat, aliorsum senex accipiens, Agathoni impudicitiam exprobrat. Brunck. Hic jam alia παθήματα intelliguntur; nempe unde pathici dicuntur. Berg.

203. ἢ σύ. Corrige typothetæ errorem, interrogationis signum delendo. Brunck.

206. MN. Ita edd. Farrei et Brub. aliæ EΥ. Berg. 216-17. est Mnesilochi. Reisk. Lege MN. ἰδού. Bent. βινεῖσθαι. Quædam editiones hic habent κινεῖσθαι, eodem sensu. Nam κινεῖν et βινεῖν promiscue a scriptoribus adhiberi solet. Kust.

207. ΑΓ. ἀτάρ. Ita edd. Farrei et Brub. Aliæ ista etiam Euripidi tribuunt. Berg.

208. ΕΥ. τί. — ΑΓ. μή· Bent. ΕΥ. τί οὖν. Ita ed. Farrei. Brub. autem MN. Nupera vero ΑΓ. quod ferri nulla ratione potest. Berg. ΑΓ. μὴ δόκει. Ita edd. Farrei et Brub. Nupera ΕΥ. male. Id. Personæ permutandæ. Primum interrogat Eurip.: *faciesne quod rogo?* respondet Agatho: *ne hoc quæso in mentem tibi veniat.* Tunc 215. se ipsum alloquitur et deplorat Eurip. Reisk. μὴ δόκει γε σύ. Puto Aristoph. scripsisse τί δοκεῖ γε σοί. Lectio enim vulgata sensu caret. Kust.

209. ΕΥ. ὦ. ibid. Gr. τρισκακοδαίμων. Bent. ΕΥ. ὦ. Ita Farr. et Brub. Nupera ΑΓ. ὦ. Berg. ὦ τρισκακοδαίμων. Sic Cod. ut et in Junt. excudi debuisse accentus indicare videtur τρισκακοδαίμον. Brunck. Elmsl. ad Ach. p. 134. hos versus sic emendavit: ὦ τρὶς κακόδαιμον, ὡς ἀπόλωλ'. Εὐριπίδη, | ὦ φίλτατ', ὦ κηδεστὰ, μὴ σαυτὸν προδῷς. Dind.

215. [ἀποξυρεῖν. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 205.] ταδί. Nempe barbam. Berg. Mos erat veteribus barbam novacula radere; pudendorum autem pilos admota flamma amburere. In Conc. Praxagora lampadem adloquens sic ait: μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀποῤῥήτους μυχοὺς | λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. Brunck.

216. Citat Suid. v. ἀφαναθήσομαι [ubi scriptum est ἀφαύειν. Dind.]. Kust. V. Eccl. v. 13. Berg. Legerim ἀλλὰ πρᾶτθ' ὅτι [i. e. ὅ τι] σοι δοκεῖ. Vulgata scriptura vix Græca videtur. Elmsl. ad Ach. p. 107.

217. διδόναι γ' αὐτόν. Versus supplendi gratia scribendum est διδόναι γ' ἐμαυτόν. Kust. Lege ἐμαυτόν. [Ita Scal.] Bent. Ed. Farrei non habet αὐτόν. Berg. ἢ μὴ διδόναι γ' ἐμαυτὸν ὤφελόν ποτε. Vulgo labante versu διδόναι γ' αὐτόν. Sic quidem Cod. et Junt. In Venet. omisso etiam αὐτὸν, ἢ μὴ διδόναι γ' ὤφελόν ποτε. Quod dedi est e Scal. emendatione, cujus nomen suppressit Kust. Ut σαυτὸν est 213. ita hic esse debet ἐμαυτόν. Sed, ut recte observavit Dawes., sermonis proprietas verbum etiam compositum ἐπιδίδωμι requirit, quod illic habetur, et infra 249. Ἀγάθων, ἐπειδὴ σαυτὸν ἐπιδοῦναι φθονεῖς. Rescribendum igitur, ut in isto versu, ἢ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν ὤφελόν ποτε. In ἐπιδοῦναι diphthongus elidi non debet, sed ε sequentis vocis. [Conf. Wolfii Analecta ii. p. 455. Dind.] Sic in Nub. edidi 7. κολάσαι 'ξεστί μοι, et 42. γῆμαι 'πῆρε, et 1357. εἶναι 'φασκε, pro vulgatis κολάσ' ἔξεστί μοι, et γῆμ' ἐπῆρε, et εἶν' ἔφασκε. Legitimam scripturam impressi repræsentant in Avv. 976. καὶ σπλάγχνα διδόναι

'νεστι, quæ in duobus Codd. depravata est διδόν' ἐνεστι. Brunck. ἢ μὴ 'πιδοῦναι 'μαυτὸν Dawes. Misc. Crit. p. 324. Kust. assentitur et Dawes. emendationem ineptissime rejicit Dorvill. ad Chariton. p. 593. Pors. Quantillum est, correctionem invenire, ἢ μὴ 'πιδιδόναι γ' αὑτὸν ὤφελόν ποτε, quam dudum ante me proposuit Jo. Toup. Emend. ad Hes. P. iii. p. 50. Reisig.

219. χρῆσόν γε. Locum hunc vocis ξυροδόκη gratia citat Pollux x. 140. Ceterum in editione Paris. pro χρῆσον male legitur χρηστόν. Kust. Edd. Farrei et Brub. χρῆσόν τι, non male. Berg.

220. ἐκ τῆς ξυροδόκης. Male apud Polluc. x. 140. ξυροδόχης. Vide Eustath. ad Hom. p. 130. extrema. Brunck. J. Pollux ii. 32. ἡ δὲ θήκη, ξυροθήκη, ἢ ξυροδόκη παρὰ 'Αριστοφάνει καλεῖται. Lege ἢ ξυροδόκη. Ita ἢ legendum apud Diog. Laert. vii. 110. ubi vulgo, ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος ἢ ἄλογος. Pors.

221. κάθιζε. Ad Mnesilochum, ut eum tondeat. Berg.

222. ἐμβαλῶ σοι πάτταλον. Interpretes jocum comici hic non subodorati sunt. Obsceni enim aliquid in his verbis latet, quod pudor explicare vetat. Confer interim Eccl. 1012. ubi πάτταλος pro ea parte corporis sumitur, qua viri sumus. Kust. In os, inquam, ut coqui solent porcis. V. Equit. v. 374. Ne quis hic aliquid obsceni cogitet. Berg.

223. ἀτταταί. Ut in Eqq. 1. Berg. ἀτατταταί. Quod Bentl. et Jortino in Philological Tracts, ii. p. 63. scribendum videbatur ἰάτταται, confirmavit Rav. Cf. infra 1005.

224. οὗτος σὺ, ποῖ θεῖς; Ut Vesp. 860. Berg. εἰς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν. Ut supplex nimirum et malum aliquod imminens effugere studens. Supplices enim ad templum Eumenidum seu Furiarum olim confugere solebant, ut adversus vim tuti essent. Vide Schol. ad Eqq. 1309. Kust. Atheniensibus Σεμναὶ θεαὶ dicebantur Erinnyes, quibus eo nomine templum erat juxta Areopagum, quo supplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. V. Eqq. 1312. et Meurs. Ath. Att. iv. 1. Brunck.

225. οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρά γ' ἐνταυθοῖ μενῶ. Ita nunc vulgo legitur, ex Kust., ut equidem opinor, interpolatione. Omnes enim antiquæ, quas vidi, edd. γε ignorant. Quis igitur reponere dubitet, οὐ γὰρ μὰ τὴν Δήμητρ' ἔτ' ἐνταυθοῖ μενῶ? Cf. Nub. 812. Vesp. 1433. Pors. Adversar. p. 37. Conf. Reisig. i. p. 254. Dind.

226. τεμνόμενος. Apparet malum fuisse tonsorem Eurip. Berg.

227. τὴν ἡμίκραιραν. Loci hujus meminit Suid. v. ἡμίκραιρα, ubi nos vide. ἡμίκραιρα autem, quod proprie *dimidium caput* apud Atticos notat, hic significat alteram malam sive genam. De rasione enim barbæ, non capitis, comicus hic loquitur. Kust. Hesych. vocem ἡμίκρανα, quæ idem significat, quod ἡμίκραιρα, exponit: ἡμικεφάλαιον, σιαγόνος τὸ ἥμισυ. Ceterum, 'si,' ut Horat. dicit, 'curtatus inæquali tonsore capillos occurro, rides;' quanto magis ridebis, si tibi occurrat aliquis ἡμιξύρητος, *semitonsus*, ut iste; et Diogenes apud Laert. Berg. τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων, *altera tantum maxilla rasa*. Sed depravata est apud Lexic. scriptura. Vel enim ἡμίκρανον legendum, vel ἡμίκραιρα, ut habent Polluc. Codd. vi. 160. ubi vulgatum etiam ἡμίκρανα. Brunck.

231. μῦ, μῦ. τί μύζεις; μῦ est plorantis, ut Eqq. 10. a quo μύζειν, ut ait Suid. hunc locum citans, id est μῦ dicere, ut a φεῦ φεύζειν apud Æsch. in Agamem. 1346. φεῦ, φεῦ. *heu, heu!* deinde alter, τί τοῦτ' ἔφευξας; *cur sic heu clamas?* Ita enim ibi vertendum. Istud μύζειν occurrit et in Æsch. Eumenid. 189. μύζουσιν οἰκτισμόν, *lamentantur miserabile*. Hinc etiam μυχθίζειν apud eundem in Prometh. 742. σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζῃ, *at tu rursus vociferaris et lamentaris*. Ubi scholia ad κἀναμυχθίζῃ, ποιᾶς φωνῆς καὶ στεναγμοῦ εἶδος. Aliud etiam est μύζειν, quod significat *sugere:* aliud etiam μυχθίζειν, τὸ μυκτηρίζειν, χλευάζειν. Berg. Cf. Etymol. M. p. 593, 38. Dind. Lege μύζεις; πάντα. Bent. τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς. Sunt ista omnia Eurip. tributa in Cod. recte. Distinctionem hanc Zanettus e manifesto loci sensu invexit, quam servant altera Veneta et minores Batavæ. Basil. pravam Junt. distinctionem retinuerunt, quas sine judicio secutus est Kust., τί μύζεις Eurip. πάντα πεποίηται καλῶς Mnesilocho tribuens. Suid. μῦ, μύζει. ἀπὸ τοῦ μῦ παρῆκται τὸ μύζειν, πολλοῖς ἄλλοις ὁμοίως. μύζειν δέ ἐστι, τὸ τοῖς μυκτῆρσιν ἦχον ἀποτελεῖν. Sic ab ὢ admirandi adverbio fit ὤζω, quod occurrit Vesp. 527. a σχετλιαστικῷ adverbio φεῦ, φεύζω Bergl. observatum in Æsch. Agam. 1317. Plura vide in Valck. Diatr. Eurip. p. 20. qui Eustath. emendatione non indigere vidisset, si usus fuisset ed. Romana, in qua emendate excusum, καὶ φεύζειν, τὸ φεῦ λέγειν. Brunck. πάντα. Ed. nupera hoc hemistichium tribuit MN. non recte. Farrei autem et Brub. ΕΥ. Berg.

232. MN. οἴμοι. Ita Farr. et Brub.

[et Bent.] Berg. ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι. Jocus latet in ambiguitate vocis ψιλὸς, quæ tam *rasum*, quam leviter armatum apud Græcos significat. Kust. Eadem ambiguitas in Latina voce *levis*. Brunck.

234. βούλει. Dat ei speculum. Berg. φέρε. Vox hæc in versu redundat. Kust. Expungi φέρε vult Kust. Lege θεᾶσθαι σαυτόν. Pors.

235. Κλεισθένην. Clisthenes hic ut homo mollis et effeminatus passim a comico nostro perstringi solet. Kust. Quia erat tonsus Mnesilochus, dicit se in speculo non se ipsum videre, sed Clisthenem, qui habebat ψιλὰς τὰς γνάθους, ut de eo loquitur infra v. 583. Berg. De Clisthene est mentio in Lys. 1092. Brunck.

237. Locum hunc explicat Suid. v. δελφάκιον, cujus verba attulit Bisetus ad hunc locum. Kust.

239. τὴν κέρκον. *Caudamque salacem* Horat. Berg.

242. τόν γε. Deest in prioribus edd. γε, quod proinde metri supplendi gratia addidimus. Kust. Frob. ἀντιλαβέσθαι πρωκτόν: lege πρωκτὸν αὐτόν: at in margine Scal. τόν γε πρωκτόν. Bent. Dicere vult, *antequam pedendo flammam exstinguam*, ut ille Ran. 1123. ὑποπερδόμενος φυσῶν τὴν λαμπάδα. Aut etiam, *antequam cacem præ dolore*, atque sic flamma exstinguatur. Est autem metonymia consequentis pro antecedente. Sic in Pac. 176. quum Trygæus vellet dicere *præ timore cacabo*, dicit χορτάσω τὸν κάνθαρον, *satiabo scarabæum*, qui est σκατοφάγος. Berg.

245. Suid. ἀσβόλη. Pors.

246. Citat Suid. v. τράμις. Kust. αἴθ' ὡς et τὸν Suid. τράμις. [αἰθὸς — τὸν ed. Med. Dobr.] Pors. αἶθος nomen est substantivum, quod καῦμα, ἔκκαυσιν significat: αἰθὸς, ή, ὸν, adjectivum, καιόμενος, ἐκκεκαυμένος. Brunck.

248. οἰμώζετ' ἄρ' εἰ τ. Metri fulciendi gratia scribendum est, οἰμώζετ' ἄρ τις, εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. Vel οἰμώζεταί γ' ἄρ, εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. Kust. τόν γ' ἐμόν. Reisk. εἰ τὸν ἐμόν. Obscenum est quod intelligitur. Berg. Lege τόν γ' ἐμόν. Bent. Toto pede decurtatus legitur vulgo hic versus, οἰμώζετ' ἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. In Cod. ἄρ' εἰς τὸν—εἰς depravatum est ex εἴ τις. Comico manum suam reddidi: οἰμώζετ' ἄρ', εἴ τις τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. Nauci non sunt Kust. conjecturæ: οἰμώζετ' ἄρ τις, εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. vel οἰμώζεταί γ' ἄρ', εἰ τὸν ἐμὸν πρωκτὸν πλυνεῖ. Indefinitum τις omnino requirit linguæ ratio, quod in horum versuum posteriore omissum: prior alio laborat vitio; poeticum ἂρ nullibi, quod sciam, apud comicum occurrit. Brunck. Inserendum est τις, sed non uti putabat Kust. Lege εἴ τις τὸν ἐμόν. Pors.

250. τουτοΐ. Ita edd. Farrei et Brub. Nupera τουτοί: quasi ad vestem digitum intenderet, quod non placet. Berg. ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτοΐ. Sic bene cod. quod jam ad sententiæ ductum in Batavis minoribus repositum merito adsumsit Kust. Vett. edd. perperam τουτοΐ, quod e Bergl. crisi in novissima reponi debuerat. τουτοΐ, δεικτικῶς. Repræsentat scena interiorem Agathonis domum. Brunck. Dixisset saltem Atticus τουτογί pro τουτοΐ. Sed reponendum est τουτοΐ ex vetustis libris typis impressis. Reisig.

252. Eurip. in Herc. Fur. v. 333. κοσμεῖσθ' ἔσω μολόντες. οὐ φθονῶ πέπλων. Berg. τί οὖν λάβω; Personæ hic erant vulgo admodum confusæ. Perperam hæc Eurip. tribuebantur: interrogatio est Mnesilochi, cui soli Agathonis responsum congruit ἐνδύου. [Mnesilocho etiam Bent. tribuit. Dind.] Si enim Eurip. dictum esset, usus fuisset verbo, non *medio*, sed *activo*. Diversa sunt ἐνδύσασθαι et ἐνδύειν τινά. Confer Lys. 1021. infra 636. ἀπόδυσον αὐτόν. Mox quæ dicit Agatho, σύζωσον ἀνύσας, ad Eurip. directa, male Kust. vertit, *quin succingere te properas:* hoc sensu medium requiritur συζώσασθαι. Verba αἶρε νῦν στρόφιον a præcedentibus et sequentibus in Cod. lineolis distincta sunt, recte: sunt Mnesilochi, cui versus etiam 254. tribuendus erat. Brunck.

253. Ad hunc locum respexit Suid. v. ἔγκυκλον. Kust.

254. ΜΝ. νὴ —. Bent.

255. Attica litera negligi non debuit. Scribe ξύζωσον, et versu 302. ξύνοδον. Brunck.

257. ἥδιον (sic) — κεφαλὴ Suid. ed. Ms. περίθετος. Pors.

258. κεφαλὴ περίθετος. Loci hujus meminit Pollux ii. 35. Eustath. ad Homer. p. 1280. ed. Rom. et Suid. v. περίθετος. Kust. Ceterum in ed. Farrei est κεφαλῇ περίθετος. Sed κεφαλὴ rectum est, ut patet ex auctoribus citatis. Berg.

260. ἆρ' ἁρμόσει μοι; In Cod. hic scriptum ἢ ῥ' ἁρμόσει: at mox infra, ut vulgo, ἆρ'. Brunck.

261. φέρ' ἔγκυκλον. Ex hoc loco manifestum est ἔγκυκλον fuisse vestimentum exterius, ἐπίβλημα: κροκωτὸν vero, interius, ἔνδυμα. Crocotam jam induerat Mnesilochus, cui supra 253. dixit Agatho, τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών. Vesti-

mentorum omnium ultimum, quod aliis superinjiciebatur, erat ἔγκυκλον, *palla*. Hoc liquet etiam e loco infra 499. ubi dicitur mulier expanso *encyclo* elabentis e conclavi mœchi fugam texisse. Falsum est igitur, quod Eustath. in Iliad. p. 976. e Pausania tradit: φησὶ γοῦν Παυσανίας, ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτὼν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύονται γυναῖκες, εἶτα τὸ ἔνδυμα. λέγεται δὲ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατὶς, διότι μέχρι γονάτων δήκει. Verum est quod tradit Suid. ad hunc locum respiciens in ἔγκυκλον. καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα. — τουτὶ λάβ' ἀπὸ τῆς κλινίδος. Sic bene Kust. in notis. Vulgo mendose τουτὶ λάμβαν'. Brunck. τουτὶ λάμβαν' ἀπὸ τῆς κλ. Ut metrum recte se habeat, legendum est τουτὶ λάβ' ἀπὸ τῆς κλ. Kust. Lege λαβ', etsi Suid. in ἔγκυκλον habet λάμβαν'. Bent. λάμβαν'. sic Suid. ed. Ms. ἔγκυκλον. κλινίς. Ubi lege ἐκτεταμένον. Pors.

263. Totus est Mnesilochi et leg. γοῦν, ut Suid. habet, sequens est Agathonis. Reisk. χαλαρά γ' οὐ χαίρεις φορῶν. Lucianus. Berg. χαλαρὰ γοῦν χαίρεις Suid. Ms. in χαλαρὰ, [ubi γοῦν χαίρεις ed. Med. Dobr.] Pors. χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν. Sic in Cod. scriptum; tum quæ sequuntur alii personæ tributa: unde liquet priora esse Euripidis, posteriora Agathonis. Omnia hæc sua perspicuitate satis se commendant, et versio commentarii instar est. Absurdum in modum perversæ erant loquendi vices, ita ut mirarer, si quisquam unquam scenæ actionem animo concipere potuerit, eamque sibi repræsentare. Brunck. Suid. in χαλαρὰ locum hunc profert, sic: χαλαρὰ γοῦν χαίροις φορῶν. Bona esset lectio χαλαρά γ' ἂν χαίροις φορῶν, per ellipsin sic supplendam, εἰ μή σοι ἁρμόσειεν. *Laxos gestare amares, si minus hi tibi apti essent*. Id.

265. MN. εἴσω. Istud Agathoni potius tribuendum. Nam in machina intro aufertur, sicut exibat ἐκκυκλούμενος v. 96. Mnesilochus autem adhuc manet. Berg. εἰσκυκλησάτω. Vide nos de hac voce supra ad 96. Kust.

266. There should be no stop in this verse: ἀνὴρ μὲν ἡμῖν οὑτοσὶ καὶ δὴ γυνή. "We have at length transformed this man into a woman." John Seager.

270. τί χρῆμα. Vide locum ex Eurip. adductum ad 275. Berg.

272. ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Ran. 313. αἰθέρα, Διὸς δωμάτιον. Utrobique tangit Eurip. qui phrasibus hisce in tragœdiis suis usus fuerat. Kust. Hunc versum Schol. ad Ran. 100. ad hæc verba comici, αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, dicit esse ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους et sic exhibet: ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρα οἴκησιν Διός. Ubi ego scholia corrigenda esse puto sic: ἐκ Μελανίππης σοφῆς. Constat enim Eurip. scripsisse tragœdiam hoc nomine, non Soph. præterea ibi non Soph. perstringit comicus, sed Eurip. Berg. Hic rursus suismet ipsius verbis loqui facit Eurip. cujus in Melanippe hic erat versus: ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός. Vide Valck. Diatr. Eurip. p. 49. ubi Berg. emendationi meritam laudem tribuit. Brunck.

273. τὴν Ἱπποκράτους ξυνοικίαν. Æschyl. in Eumen. 920. δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν, *accipiam Palladis contubernium*. In contubernio autem Hippocratis sunt ejus filii, διαβαλλόμενοι εἰς ὑωδίαν, ut de iis loquitur Scholiastes ad Nub. 997. ad hæc comici verba: τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, καί σε καλοῦσι βλιτομάμαν. Est autem ὑωδία porcina quædam immunditia. Eosdem Hippocratis filios tanquam stolidos notavit Eupolis. Vide ad illum in Nub. locum notata. Berg. Hippocratis filiorum meminit comicus Nub. 1001. ad quem locum vide. Brunck.

274. ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς. V. Eurip. Med. 746. Vide supra 270. Berg.

275. ὅτι ἡ. Lege ὅθ' ἡ. Bent. Non male: vid. Pors. ad Hec. 112. Editor not. Bent. ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν, ἡ γλῶττα δ' οὐχ' ὁμώμοκε. Hoc propterea dicit, ne postea forte Eurip. jurejurando neglecto, dicat, quemadmodum apud ipsum Hippolytus dicit in cognomini dramate 612. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος: quo allusit comicus etiam Ran. 1512. et alibi. Et Lucianus perquam facete in Vitarum Auctione de simulata ἀναλγησίᾳ stoica: ἡ φρήν σοι ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος. Berg.

276. In versione non exprimitur illud ἱερὸν ὠθεῖται: id autem est, *victima propellitur*. Quæ quum videatur esse parepigraphe, ut vocant, qua monetur lector, quid agatur in scena, non satis intelligibilis est hoc loco. Itaque videndum, an forte aliter scriptum fuerit. Ed. Far. hic habet, ὀλολύζουσί γε ἱερὸν ὠθεῖται, quod etiam est vitiosum, sed parva mutatione meliorem exhibet sensum: ὀλολύζουσι. γέρων ὠθεῖται. Cum quo apte convenit quod Eurip. dicit: ἔκσπευδε ταχέως. Berg. ὠθεῖται. L. αἰωρεῖται. Reisk. Voces ὀλολύζουσί τε ἱερὸν ὠθεῖται uncis inclusit Bent. Dind. In parepigraphe post hunc versum verba ἱερὸν ὠθεῖται significant scenæ conspectum mutari, et ma-

chinarum ope, ut apud nos fieri solet, templum propelli, seu novum scenæ apparatum templi speciem exhibere. Nec de victima hic cogitandum, nec, quod perinde absurdum est, cum Berg. legendum γέρων ἀθεῖται. Brunck.

278. σημεῖον. De signo, ad quod conveniebat, in Vespis v. 697. Berg. Scal. Θεσμοφορείῳ. Suid. Θεσμοφόρῳ in σημεῖον. Bent. θεσμοφόρω Suid. ed. Ms. σημεῖον. Pors.

279. ὦ Θρᾷττ' ἕπου. Thratta nomen ancillæ a gente. In Ach. 272. in Vesp. 834. in Pac. 1139. Berg. θεᾶσαι. Vid. Elmsl. ad Ach. p. 72. Dind.

281. ἀνέρχεται τῆς λιγνύος. Reisk. Vel hic est hypallage, vel vocum trajectio. Ordo est: ὅσον τὸ χρῆμα τῆς λιγνύος ἀνέρχεται ὑπὸ τῶν λαμπάδων καομένων. Non male Reisk.: ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεται τῆς λιγνύος. Sane in ista lectione nihil est duri nec salebrosi, nec me invito reciperetur. Brunck.

282. περικάλλη Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 187. Dind.

283. καὶ δεῦρο, καὶ πάλιν οἴκαδε. Hoc et sensus et metrum flagitant. Vulgo posterior copula [etiam a Bent. restituta] omissa. Brunck. Legendum δεῦρο τὸ πάλιν οἴκαδε, ut emendavit Pors. in nota Msta: omittebatur enim articulus ante Brunck., qui [præeunte Reisk.] imperite καὶ infersit. Monk. ad Eurip. Hippol. 182. p. 25. Dind.

285. Aut ὡς scribi potest, aut, quod lenius remedium est, τὸ deleri. Pors. in Adversar. p. 242. placebat τὰ πόπαν', ὅπως. [Sed postea me monuit legendum τὸ πόπανον ἵνα, ut optime memini, quamvis non annotarim. Dobr. ὅπως et ἵνα sæpe confundi me monuit Pors. ὅπως ex mera glossa oriri potuit, quod in Rav. factum Nub. 1201. vide ibi Collationem. Id.] Hermann. Lege ὡς. Bent. Bent. igitur suboluit Dawes. canon; cui succurrit Dobr. in M. Rev. App. vol. lii. p. 522. legendo τὰ πόπαν'. Editor not. Bent. Versus multo facilius restitui potest, si τό ante πόπανον omittitur. Aug. Wellauer.

287. πολλὰ πολλάκις με σοι θύειν. In precibus utuntur infinitivo, ut in Elect. Eurip. 805. Et apud comicum Ran. 907. Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων. Berg.

289. καὶ τὴν θυγατέρα. Nullus hic est sensus, χοῖρος enim de partibus genitalibus feminarum, non virorum dicitur. Quare cum Scal. in Excerptis scribendum potius videtur, καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν. Kust. Photius καὶ τὸν θυγατέρος cum Scal. et Kust. Berg. καὶ τῆς θυγατέρος. Reisk. καὶ τὸν θυγατέρος χοῖρον —. Vulgo sine ullo sensu καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον —. Scal. emendationem Kust. probatam, et, opinor, nemini non probandam, recepi. Brunck.

290. πλουτοῦντος, ἄλλως ἠλιθίου. Eubulus comicus apud Athen. p. 236. ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρ' ἠλίθιον, πλουτοῦντα δὲ, εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί. Berg. ἄλλως δ' ἠλιθίου scribendum videtur Herman. ad Viger. p. 780. Dind.

291. θάλη κον, Est vox proculdubio corrupta. Quid enim ea significare potest? aut apud quem veterum reperitur? Quare scribendum puto θύλακον, ut sit sensus, quem in versione expressimus. In θυλάκῳ enim recondi solebat farina, ut vel patet ex Plut. 763. et Eccl. 820. Proverbii ergo speciem habere videtur, πρὸς θύλακον τὸν νοῦν ἔχειν: *ad saccum farinæ* (i. e. *rem familiarem*) *attentum esse*. Ceterum si lectio hæc admittatur, metri gratia sic scribendum erit, πρὸς θύλακόν τε etc. Syllaba enim prima in θύλακος longa est, at secunda brevis. Vel non inepte etiam scribere possis πρὸς φάλητα, ut censet Bisetus, quem vide ad hunc locum. Kust. Lego φάλητα, quo manuducit ed. Farrei, quæ habet φαλλικόν: quod in isto loco versus stare non potest. Hæc emendatio venerat in mentem viris doctis, licet non vidissent ed. Far. Berg. καὶ πρὸς φάλητα. In Cod. ut in Junt. πρὸς θάλη κον, quod plane nihil est. Edd. Venetæ φαλλικὸν, quod ad verum propius accedit. Genuinum est, quod reposuimus e Biseti vel Scal. sententia: uter enim prior sic emendaverit, nescio. φαλλικὸν est canticum in honorem Bacchi. Vide Ach. 261. φαλλὸς vero, φαλῆς, seu φάλης, est virile membrum cujus effigies in Bacchi sacris gestabatur. In faceto oraculo mulieribus edito, Lys. 771. ἀπόσχωνταί τε φαλήτων. Vellem Kust. nihil ultra quæsivisset, cui de sua conjectura, καὶ πρὸς θύλακόν τε, facimus gratiam. Brunck. Libri fere καὶ πρὸς θάλη κον, ex quo factum majore etiam corruptione κ. π. φαλλικόν. Nimis abhorret φάλητα. Verum puto, καὶ πρὸς τὸ ληκᾷν νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας. Cf. 499. Ridicule hæc ex sua persona Mnesilochus, tot feminis interfuturus. Hotib.

292. Melior scriptura est, ποῦ καθίζωμαι 'ν καλῷ. Sic Lys. 758. κοιμᾶσθαι 'ν πόλει, ut Eqq. 751. παρεῖναι 's τὴν Πνύκα. Brunck.

295. Hæc præconis oratio est metri lege soluta, sicut illa sacerdotis in Avv. Vid. Classical Journal, No. xxvi. p. 374.

G. Burges. Persona est κήρυξ. Feminino nomine melius indigitata fuisset κηρύκαινα. Nam præconis officio fungitur hic mulier. Quippe sacris illis vir nullus intererat. Quæ sequuntur autem preces et imprecationes, facete ritus adumbrant, qui in populi concionibus observabantur, de quibus videndus Sam. Petitus Leg. Att. p. 288. Brunck. [Conf. Schœmann. de comitiis Athen. p. 93. plagula G.] εὐφημία 'στω. Sic excusum oportuit, quod monui ad Avv. 959. Id.

299. Plut. 133. εὔχονται πλουτεῖν: ubi vide notam. Berg. Phot. Lex. Gr. p. 96. legerit necesse est καὶ τῇ Καλλιγενείᾳ τῇ κουροτρόφῳ καὶ τῇ γῇ. Aug. Wellauer.

300. Κουροτρόφῳ. Vide Ezech. Spanh. ad Callimach. p. 301. Kust. τῇ secundum delendum. Reisk.

301. In Pac. 455. Ἑρμῇ, Χάρισιν, Ὥραισιν, Ἀφροδίτῃ, Πόθῳ. Berg.

302. Scribo ἤδη pro τήνδε. Reisig. V. supra v. 255. Brunck.

306. Καὶ τὴν δρῶσαν τὴν ἀγορεύουσαν (Brunck. [et ante eum Reisk.], fraudem fucans, τήν τ' ἀγορεύουσαν). Tolle glossema τὴν ἀγορεύουσαν. Familiariter τὴν δρῶσαν pro eodem dicitur, sicut Vesp. 1267, 1303. Hotib.

307. Τὰ βέλτιστα περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων καὶ τὸν γυναικῶν. Tolle itidem eodem nomine verba τὸν Ἀθηναίων καί. Se cogitant curantque mulieres, non populum Atheniensem. Cf. 335. 6. 1145. Ceterum κηρύκαιναν hæc edicere arbitror, non κήρυκα. Cf. Eccl. 744. Hotib.

312. Antistrophica sunt 312-14. et 352-4. V. 354. incerta est emendatio, siquidem aut γενέσθαι interpretatio est alius verbi, ut ἀναφανῆναι, aut excidit aliquid, quod magis verisimile. Fortasse, τάδ' εὔγμαθ' ὅσα γενέσθαι, i. e. ὅσα τάδ' εὔγματα. Utramque stropham sequuntur alia metra. V. 317-19. sunt systema trochaicum brachycatalectum. V. 320. scribe θηροφόνη παῖ. V. 325. non opus ut εἰνάλιοι scribatur. V. 326. servari potest ὀρείπλαγκτοι, ut in versu ischiorrhogico. V. 357. ita distinguendi: ἐξαπατῶσιν, παραβαί- | νουσίν τε τοὺς | ὅρκους τοὺς νενομισμένους. V. 363. et seqq. ita scribendi videntur: τἀπόρρητά τε τοῖσιν ἐ- | χθροῖς τοῖς ἡμετέροις λέγουσ', | ἢ Μήδους ἐπάγουσι τῆς | ἔχθρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ, | ἀσεβοῦσ', ἀδικοῦσί τε τὴν πόλιν. | i. e. ἀσεβοῦσαι. Herman. in not. MS.

312-330. 352-371. Hæc in hunc fere modum scribes, ut, quæ sunt, esse videantur, strophica: Δεχόμεσθα, καὶ θεῶν γένος λιτόμεσθα, ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς (iamb. tetram. catal.) | Φανέντας ἐπιχαρῆναι. (anacr.) | Μεγαλώνυμε χρυσολύρα, τὰν (anapæst. paræm.) | Δῆλον ὅστ' ἔχεις ἱεράν,(glycon. polyschem.) | Καὶ σὺ, κόρα παγκρατὲς (chori-amb. dim. cat.) | Χρυσόλογχ', οἰκοῦσα πόλιν | Περιμάχητον, ἔλθετε δεῦ- | ρο, καὶ θηροφόνον σὺ Λα- (glyconei.) | τοῦς χρυσώπιδος ἔρνος,(pherecrat.) | Νηρέως ἐνάλιοί τε κόραι, | Σύ τ', ὦ πόντιε σεμνὲ Πό- | σειδον ἁλιμέδον, προλιπὼν (glyconei.) | Μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδόνητον,(anapæst. dim.) | Νύμφαι τ' ὀρείπλαγκτοι! (iamb. dim. brachycat. sive anacreont. catal.) | Χρυσέα τε φόρμιγξ ἠχή- (anacreont.) | σει' εὐχαῖς· τελέως (dochmius.) | Δ' ἐκκλησιάσαιμεν, εὐγενεῖς γυναῖκες! (iamb. trim. catal.) | Ξυνευχόμεσθα τέλεα μὲν πόλει, τέλεά τε δήμῳ | Τάδ' εὔγματ' ἂν γενέσθαι. | Τὰ δ' ἄρισθ', ὅσαισι προσήκει | Νικᾶν λεγούσας· ὁπόσαι | Δ' ἐξαπατῶσίν τε τοὺς | Ὅρκους τοὺς νενομισμένους | Κερδῶν εἵνεκα, καὶ νόμον | Ζητοῦσ' ἀντιμεθιστάναι, | Τἀπόρρητά τε τοῖσιν | Ἐχθροῖς ἡμετέροις λέγου- | σ', ἢ Μήδους ἐπάγουσι τὰν | Χώραν, οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ | Ἀσεβοῦσ', ἀδικοῦσί τε τὰν πόλιν —ἀλλ', | Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ, Ζεῦ, | Σὺ ταῦτα κυρώσειας, | Ὥσθ' ἡμῖν θεοὺς | Παραστατεῖν, καίπερ γυναιξὶν οὔσαις. Dicantur pauca de gravioribus mutationibus, quas metri maxime causa faciendas esse vidimus. Nam quod in stropha verbo χρυσόλογχ' adscriptum legitur γλαυκῶπι, quod Pseudo-Orpheo frequentatum πολυώνυμε τοῖς θηροφόνε παῖ (sic enim vulgo), itemque ἡμετέραις τῷ εὐχαῖς, Ἀθηναίων τῷ γυναῖκες (sicut in antistropha elegans ἐξαπατῶσι declaratum est verbo παραβαίνουσιν), et νόμον τῷ ψηφίσματα (quomodo et Vesp. 397 peccatum esse suspicabamur), quod porro vitio calami exaratum ibi est ὅσαις pro ὅσσαις, λεγούσαις pro λεγούσας, ἕνεκα pro εἵνεκα, τῆς χώρας pro τὴν χώραν, et metri nescio quis ignarus τοῖς κερδῶν ἕνεκα appinxit ex sequentibus petita ἐπὶ βλάβῃ, similique lapsu in fine alterum Ζεῦ omisit et σὺ, hæc fere, ut et nonnullæ verborum transpositiones, sunt ejusmodi, ut a quovis possint animadverti atque corrigi. Sed quod strophæ versu 3 vocem Ζεῦ, quæ legitur ante μεγαλώνυμε, exulare jussi, scripsique χρυσολύρα, τὰν Δῆλον etc. pro vulgatis χρυσολύρα τε, Δῆλον etc., id fortasse est qui nimis arbitrarium existimet. Ei primum respondeo, minus digne describi mihi videri patrem deorum hominumque tanquam μεγαλώνυμον, quod epitheton cuivis deo congruit, fere ut Nereides et Nymphas illas ἐναλίους, has ὀρειπλάγτους, dicere satis habuit poeta, cum Apollo audiat Δῆλον ὅστ' (vulgo inconcinne ὃς) ἱερὰν ἔχει, Minerva κόρα παγκρατὲς, χρυσόλογχε, οἰκοῦσα πόλιν περιμάχητον, Diana θηροφόνον Λατοῦς

χρυσώπιδος ἔρνος, Neptunus denique πόντιε σεμνὲ Πόσειδον ἁλιμέδον. Jam novi illud A Jove principium, sed hoc quidem canticum longe aptius claudi arbitror illa Jovis invocatione gravissima, tanquam injuriarum vindicis, solumque ibi induci deum maximum, et tali munere functum, dignius ejus persona censeo, quam hic ceterorum eum deorum turbæ ita immisceri, ut vix adesse sentias. Deinde metri accedit ratio, qua servari non posse istud Ζεῦ, primo adspectu intelligitur. Sed corruptelæ quis fons? Sane non vulgaris interpolatoris erat, id nominis addere, sed ejus, qui vulgata lectione χρυσολύρα τε non immerito vexaretur, gnarus quippe, epitheta, quæ vocant ornantia, fere ἀσυνδέτως poni, unde suspicabatur homo, non eundem dici χρυσολύραν et μεγαλώνυμον, sed primo versu nomen aliquod excidisse, sicut passim factum. Verbo monendum de versu strophæ 10, quem transponendum, itidem metri gratia, esse existimavimus. Librarii convenientius putarint, Nymphis quam Dianæ comites addi Nereides. Hotib. et seqq. XO. 312. εὔχομαι θεοὺς καὶ θεῶν γε- | νος λιτόμεθα ταισδ' ἐπ' εὐχαῖσ- | ιν φανέντας | ἐπιχαρῆναι. | Ζεῦ μεγαλώνυμος, | χρυσολύρας τε Δῆλ- | ον ὃς ἔχεις, | χθόν' ἱέραν [sic], | καὶ σὺ, παγκρατὲς κόρα, γλαυκ- | ῶπι χρυσόλογχε, πόλιν ἔχ- | ουσα περιμάχ- | ητον, ἐλθὲ | δεῦρο σὺ καὶ πολυ- | ώνυμε Λατοῦς | θηρόκτονε παῖ | χρυσώπιδος ἔρν- | ος, σύ τε πόντιε | σεμνὲ Πόσειδον ἁλ- | ιμέδων προλίπων [sic] | μυχὸν ἰχθυόεντ' | οἰστροδόνητον, | Νηρέος ἐνάλι- | οἵ τε κοῦραι, Νύμφ- | αι τ' ὀρείπλαγκτοι, | χρυσεία τε φόρμιγξ | ἠχήσει' ἐπ' εὐχαῖς | ἡμετέραις· τελέως δ' ἐκκλησιάσαιμεν Ἀθηναί- | ων αἶδε, γυναῖκες εὐγενέες. V. 8. Excidit syllaba. Reposui χθόν'. et in v. 14. σὺ v. 29. αἶδ' de meo supplevi v. 14. Vulgo θηρόφορε. Dedi θηρόκτον': cf. Iph. 1570. et Lys. 1262. Ἄρταμι σηρόκτονε. G. Burges. Carmen chori, quod a 312. incipit, et in editionibus adhuc monostrophicum legitur, antistrophicum primus restituit Hotib., sed non optimo successu. Totum systema enim ita compositum videtur: ά. β'. β'. γ'. ά. δ'. δ'. γ'. Prima stropha hæc est: δεχόμεσθα καὶ θεῶν γένος. | λιτόμεσθα ταισδ' ἐπ' εὐχαῖς | φανέντας ἐπιχαρῆναι. cui respondent v. 352. sqq. ξυνευχόμεσθα τέλεα μὲν | πόλει, τέλεά τε δήμῳ | τάδ' εὔγματα γεγένησθαι. Secundam ita lego: ὦ μεγαλώνυμε, χρυσολύρα, | ὃς ἔχεις ἱερὰν τὴν Δῆλον, | σύ τε παγκρατὲς, ὦ γλαυκῶπι | χρυσόλογχε κόρα, | ἃ πόλιν οἰκεῖς ἀμφιμάχητον, | ἐλθέτε δεῦρο. et antistropham: καὶ πολυώνυμε, θηροφόνε, | Λατοῦς χρυσώπιδος ἔρνος, | σύ τε πόντιε σεμνὲ Πόσειδον, | ἁλιμέδον, προλιπὼν | μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδόνητον, | ἐλθέτε δεῦρο. Hæc sibi respondere demonstrant vocabula similem sonum referentia, μεγαλώνυμε, πολυώνυμε, et ἀμφιμάχητον, οἰστροδόνητον, qualia sibi opponere amat Aristoph. Exempla hujus rei habet Reisig. i. p. 187. 193., quibus unum simile addam, quia vitio affectum est. Plut. 303. versui strophico, ἢ τοὺς ἑταίρους τοῦ Φιλωνίδου ποτ' ἐν Κορίνθῳ, quem frustra tentavit Reisig. p. 120. non recte respondet antistrophicus 310. καὶ μαγγανεύουσαν μολύνουσάν τε τοὺς ἑταίρους, quem sic legas: καὶ τοὺς ἑταίρους μαγγανεύουσαν μολύνουσάν τε. Vocabula τοὺς ἑταίρους suo loco amissa, margini adscripta posteaque in finem versus detrusa sunt. Simile quid accidisse videtur Ran. 1053., ubi vulgatam lectionem, metro adversantem, εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα neque Pors. præf. ad Hec. p. lv. recte emendavit, neque, qui hunc bene refutat, Osann über Soph. Ajas p. 49. versus ita legendus videtur: μετὰ τοῦτο διδάξας τοὺς Πέρσας, εἶτ' ἐπιθυμεῖν ἐδίδαξα. Præter metri difficultatem alia quoque ita sublata est. Illud μετὰ τοῦτο enim in vulgata lectione quid post participium sibi velit, nemo explicaverit; εἶτα post participia illatum sæpissime reperitur. V. Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 145 sq. Dawes. Miscell. Critica, pag. 279. Aug. Wellauer.

312. εὐχόμεσθα. Ita edd. Farrei. Brub. et nupera δεχόμεσθα· non placet. Illud respondet ad εὔχεσθε. Berg. εὐχόμεσθ'. Reisk. εὐχόμεσθα, quod refertur ad Præconissæ εὔχεσθε, primus edidit Barth. Zanetti, et sic est in cod. Pravum est quod aliæ edd. habent ex principe δεχόμεσθα. Brunck.

313. Reisig. tacite scripsit ταῖσδ'—εὐχαῖσιν. Dind.

315. μεγαλώνυμε. V. Nub. 569. εὐλύρας dicitur Apollo infra 969. Berg.

316. Δῆλον ὃς ἔχεις. V. Nub. 595. Berg.

320. Lysistr. 1267. Dorice, ἀγροτέρ' Ἄρτεμι σηροκτόνε, μόλε δεῦρο, παρσένε σιά. Berg. θηροφόνε. Hanc nominis formam Theognidi Megarensi restituo, cujus in fragmentorum initio θηροφόνη legitur, forma inusitata: debetur ea librario ignoranti vocalem brevem in cæsura produci: scripserat antiquus poeta: Ἄρτεμι θηροφόνε, θυγάτηρ Διὸς, ἣν Ἀγαμέμνων | εἵσαθ', ὅτ' ἐς Τροίην ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς. Brunck. Sed vid. Bekk. ad Theognid. p. 60. Dind.

322. Ran. 1379. ἰὼ πόντιε δαῖμον. Berg.

323. ἁλιμέδον. Sic ποντομέδων Ποσειδῶν. V. Vesp. 1520. Berg.

324. οἰστροδόνητον. Sic bene Cod. et vett. edd. omnes. Qui e Suid. in οἶστρος reposuit οἰστροδίνητον, metrum susque deque habuit. Est hic versus dimeter anapæsticus. In δινέω compositis et derivatis prima longa est. Quin Suid. Cod. Kust. ipso teste, quem mirum est tam sæpe syllabarum quantitates non observasse, habet οἰστροδόνητον. Brunck. οἰστρηδόνητον Suid. Ms. οἶστρος. Pors.

325. Gry. ἐναλίου: recte. Bent.

331. θεοῖς τοῖς. V. Avv. 867. Berg.

334. Gry. τοῖς τ'. Bent. Sic Brunck. et Pors. Dind.

337. Μήδοις admiscet illa, quorum mentionem in seriis precibus facere solebant. Isocrates in Panegyrico. Berg.

339. συγκατάγειν. Excudi debuit ξυγκατάγειν. Brunck. V. infra 407. Berg.

340. Male positum comma post ὑποβαλλομένης dele. Brunck. κατεῖπέ τις. Male vulgo, vitiato metro, κατεῖπεν. Brunck. κατεῖπεν, ἢ Bent. Reisk. Pors. Elmsl. ad Ach. p. 73. Dind.

341. ἐνεθρύλλισεν. Proprie *insusurravit*. At sensus est *clam calumniatus est* vel *detulit*. Sic ψιθυρίζειν cum διαβάλλειν jungitur apud Themist. Orat. xxi. p. 262. ed. Hard. Et *susurrus* pro clandestina calumnia accipitur apud Juvenal. Sat. iv. 110. Kust. Frob. ἐνετρύλλισεν: ita Suid. Bent. Apud Zonar. i. p. 745. scriptum est, προαγωγὸς οὐ σ' ἐνετρύλλησεν τῷ δεσπότῃ: apud grammat. Ms. in catalogo Codd. Nanian. p. 493. προαγωγὸς ὥσ' ἐνετρύλλισε τῷ δεσπότῃ. Dind.

344. ἃ 'ν — In Cod. ut in Junt. sine elisione ἃ ἄν. Brunck.

345. γραῦς. Ut illa Plut. 976. et seqq. Berg.

346. John Seager in Classical Journal, iii. p. 500. corrigit: ἢ καὶ δέχεται προδιδοῦσ' ἑταίρας τὸν φίλον: *or treacherously entertains her friend's lover*. Dind.

347-8. Citat Suid. v. χοός. ἢ τῶν Ms. [ut ed. Med. Dobr.] Pors. καπηλίς. In Pluto v. 435. Berg. χοός. χοὼς Elmsl. ad Ach. p. 260. Dind.

349. κῳκίαν Brunck. ad Nub. 92. Dind.

351. πολλὰ δοῦναι κἀγαθά. Sic Cod. et Junt. recte, cum utraque Basil. Paris. Wech. Batav. minoribus. Zanettus imperite edidit τἀγαθὰ, quod Kust. ex Excerptis Scal. adsumsit. πολλὰ κἀγαθὰ formula est Atticis scriptoribus perquam frequentata. Lysias pag. 762. πολλὰ δὲ κἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν. p. 768. ὅσοι δὲ τὸν δῆμον πολλὰ κἀγαθὰ εἰργασμένοι εἰσί. Vide Lys. 1159. Pace 436. 538. In contrariam partem dicitur πολλὰ καὶ κακά. Vide Eq. 1276. Nub. 1329. notamque ad eum locum et ad Conc. 453. Imitantur Latini. Plautus Pseud. i. 3. 138. 'Sed quanquam multa malaque in me dicta dixistis mihi.' Brunck.

352. et sqq. ξυνευχόμεσθ- | α τέλεα μὲν | πόλει, τέλεα δὲ δήμῳ | τάδ' εὔγματ' ἐπιγενέσθαι, | τά τ' ἄρισθ', | ὁπόσαις | προσήκει νίκαν | λεγούσαις· ὅσαι δ' | ἐξαπατῶ- | σιν παραβαίν- | ουσί τε τοὺς ὅρκους | τοὺς νενομισμένους, | κερδῶν οὕνεκ' ἐπὶ βλάβην | ἢ ψηφίσματα καὶ νόμον | ζητοῦσ' ἀντιμεθιστάναι, | τἀπόῤῥητά τε τοῖσιν ἐχθρ- | οῖς τοῖς ἡμετέροις λέγουσιν, | ἢ Μήδους ἐπάγουσι χώρᾳ, | ἀσεβοῦσ' ἀδικοῦσίν τε τὴν | πόλιν· ἀλλ' ὦ Ζεῦ παγκρατὲς | ταῦτα κυρώσειας ὥστ' ἐν | τῳ βλάβῃ θεοὺς συμπαραστα- | τεῖν γυναιξὶν | καίπερ οὔσαις. V. 4. Vulgo εὔγματα γενέσθαι: addidi præpositionem, sæpe omissam. [Lege τάδ' εὔγματ' ἂν γενέσθαι: ubi ἂν γενέσθαι est pro γενήσεσθαι: vid. Bent. ad Pac. 709. et Elmsl. ad Prom. 668. G. Burges. V. 18. Vulgo τῆς χώρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ: ubi bene Brunck. expulit οὕνεκα: quod hic adhæsit e v. 13. Ipse quoque ἐπὶ βλάβῃ trajeci ad v. 22. et inde erui ἔν τῳ βλάβῃ. alibi τῳ jungitur cum fœminino: vid. Brunck. ad v. inf. 430. et Valck. Præf. ad Phalarid. Lennep. p. xix. et quæ citaturus sum in Præfat. ad Tro. e Suid. v. Τοῦ. V. 22. Vulgo ἡμῖν θεοὺς παραστατεῖν κα. γυ. οὐ. Reposui συμπαραστατεῖν. Cf. Prom. 226. ἑκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν: unde bene emendare voluit Blomfield. S. c. Th. 666. quocum facit et Menandri fragment. 205. ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ. G. Burges.

354. Reisig. tacite, τάδε εὔγματα.

355. Frob. ὅσαι: al. et Gry. ὅσαις. Scal. ὅσα. Bent.

357. V. Avv. 332. Berg.

360. Lege εἵνεκ' vel οὕνεκ': ut 366. Bent.

363. Citat Suid. v. ἀπόῤῥητα. Kust.

364. Lege τοῖς ἡμετέροις λέγουσ': ut Gry. et Suid. in ἀπόῤῥητα, recte. Bent. Scrib. ἐ— χθροῖσιν — λέγουσ'. ἐχθροῖσιν Suid. Ms. ἀπόῤῥητα. Pors. Ed. Med. τοῖσιν ἐχθροῖσι τοῖς ἡμετέροισι. Dobr.

366. χώρας, κερδῶν οὕνεκ', ἐπὶ βλάβῃ. Reisk. χώρας ἐπὶ βλάβῃ. Versus est dimeter iamb. brachycatal. Vulgo χώρας οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ. Importunum illud οὕνεκ' repetiit librarius e 360. hic locum

non habet. Perspicua est phrasis et omnibus suis numeris absoluta, Μήδους ἐπάγουσιν ἐπὶ βλάβῃ τῆς χώρας. BRUNCK.

367. Intercidit θεοὺς post ἀσεβοῦσιν. REISIG.

370. συμ ante παραστατεῖν om. Suid. Ms. v. παραστάται. PORS.

373. Τιμόκλει' ἐπεστάτει. Nota formulam ordinariam, quæ plebiscitis vel decretis publicis apud Athenienses præmitti solebat. Sic Lucianus in Deor. Concil. p. 715. ed. Amstel. ubi deorum decretum recitatur: ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπε. Imitatur nimirum formulam apud Athenienses in decretis faciendis receptam. Apud Thucyd. libr. iv. c. 118. ubi formula fœderis inter Athenienses et Lacedæmonios initi exhibetur: Φαίνιππος ἐγραμμάτευε, Νικιάδης ἐπεστάτει, Λάχης εἶπε. Plura exempla apud eundem Thucyd. Demosth. et alios occurrunt. KUST.

374. ἐπεγραμμάτευεν Suid. in ἐπιστάτης. Bent. PORS.

375. τῇ μέσῃ. V. supra ad 80. KUST.

376. σχολή. Antea male σχολῇ. Ceterum ἅλις σχολὴ hic dictum est pro ἅλις σχολῆς, cujus constructionis exempla aliquot affert illustriss. Spanh. ad Callim. p. 37. KUST. Etiam in ed. Farrei σχολὴ legitur. BERG. Scal. ἦν—σχολή. Al. ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολῆς. Lege ἦν ἀλισθῶμεν σχολῇ. Vid. Hesych. et Suid. BENT. τῶν Θεσμοφορίων, ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή. Sic liquido Cod. optime. Hujus lectionis vestigia servat Junt. in qua excusum ἦν ἅλισθ' ἥμιν σχολή. Idem expressum in vett. omnibus edd. nisi quod quædam accentum mutant in ἡμῖν, quod nullius est momenti. In Batav. minoribus e nescio cujus emendatione legitur ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολῆς. Pejus adhuc Kust. ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολή. Et hæc est demum ea, quæ vocatur *vulgata lectio*, cui temerariam manum admovere nefas. Vapulasset, qui e vestigiis antiquæ lectionis ΗΝ ΑΛΙΣΘ' ΗΜΙΝ ΣΧΟΛΗ, una tantum litera mutata, genuinam revocasset, Ηι ΜΑΛΙΣΘ' ΗΜΙΝ ΣΧΟΛΗ. At ego tutelæ sinceri Cod. confido, securusque quod res est dicam. Lectio illa vulgata inepta est. ἦν ἅλις ἐστι σχολῆς, vel σχολή, solœcum est; tum quoad sententiam absurdum. *Placuit mulierum Senatui concilium haberi mane, die medio Thesmophoriorum, si satis est otii.* Nam ἦν ἅλις ἐστι non significat *Si satis erit*, sed, *Si satis est.* Scilicet ignorabant istæ mulieres, quæ quotannis Thesmophoria celebrabant, an die medio satis otiosæ futuræ essent, ut de re consultarent, quæ ipsis tantopere cordi erat! Tertius festi dies appellabatur ΝΗΣΤΕΙΑ: hunc totum in templo jejunio transigebant, ob eamque causam eum diem concioni præstituerant, quo otium sibi non defuturum sciebant, nec futurum quicquam in mora, quin de Eurip. ultione deliberarent. Sunt homines cordati, quibus forte prodigiosum videbitur, quod dicebam modo, vapulaturum fuisse, si quis literarum ductus, quibus constat lectio vetus, observans, genuinam in eis deprehendisset, poetæque suam restituisset manum. *Quis*, inquient illi, *adeo morosus, tam ab omni humanitatis venustatisque sensu alienus esse possit, ut manifestam labem tam facili medela tolli non gaudeat? Anili ista erga librariorum et typothetarum errores superstitione eruditorum animos exsolvit dudum felicioribus ingeniis exculta critica disciplina, cujus puriori splendentem lumine facem extulerunt hujus et superioris ætatis viri præstantissimi, quorum tu scripta laudas identidem, e quibusque quantum profeceris satis ostendis.* Recte dicitis, o boni, et nisi illud ipsum quod res est, saltem quod esse debet. Sed ipse ego nonne nuper censoria notatus fui virgula ob medicinam multo leniorem quam Apollonio feci in versu depravatissimo l. ii. 232.? Servatam in cod. Bibliothecæ Cæsareæ genuinam lectionem unius, non dicam *literæ*, sed *lineolæ* defectus vitiabat. Cod. scriptura hæc est: ΑΛΛΑ ΜΕ ΠΙΚΡΗ ΔΗΤΑ ΚΑΙ ΙΣΧΕΙ ΔΑΙΤΟΣ ΑΝΑΓΚΗ. Vidi, et quis id non vidisset? summæ literæ Ι imponendam esse transversam lineolam, ut Τ fieret, unde vera poetæ manus emersura erat: ΑΛΛΑ ΜΕ ΠΙΚΡΗ ΔΗΤΑ ΚΑΤΙΣΧΕΙ ΔΑΙΤΟΣ ΑΝΑΓΚΗ. Jam vero videatis quibus cachinnis emendationem hanc, si modo emendatio dicenda est, exploserit Aristarchus in 'Eruditorum diario ad mensem Maium an. 1781.' Ecquid tali reponam censori? *Fruatur quisque suo sensu.* Etiamdum verum est, quod dixit vetus poeta, ΠΟΛΛΟΙ ΕΝ ΑΡΚΑΔΙΗι ΒΑΛΑΝΗΦΑΓΟΙ ΑΝΔΡΕΣ ΕΑΣΙ. BRUNCK. Pors. in ed. 1532. μάλιστα σχολὴ Plato Apol. S. p. 361. c. ed. Læmar. c. 10. init. ed. Forster. DOBR. ἐκκλησίαν ποιεῖν ἕωθεν τῇ μέσῃ | τῶν Θεσμοφορίων, ἦν ἅλις ἐσθ' ἡμῖν σχολή. Sic Kust. editio. Posteriori versu usi sunt Davisius ad Ciceron. de Legib. i. 10. et Spanh. ad Callimach. H. in Jov. 84., ut demonstrarent, ἅλις cum nominativo jungi posse. Dawes. Miscell. Crit. p. 235. quum solœcismo laborare hanc scripturam intellexisset, tacite mutavit in εἴγ' ἅλις. Sed hæc mutatio sensum loci plane nihil

juvat. Quid enim hoc sibi vult, *siquidem satis otii nobis est*? Poteratne hoc præconi ignotum esse? Prima editio (Juntæ) habet ἣν ἅλισθ' ἡμῖν σχολή. Hoc proxime accedit ad veram scripturam, quam Brunck. e Cod. restituit, ᾗ μάλισθ' ἡμῖν σχολή: *quo die inprimis otio abundamus.* Tertio enim Thesmophoriorum die jejunium erat. V. Athen. vii. p. 307. F. Pors.

377. Gry. addit ΓΓ. Bent.

380. τόνδε. Subintellige στέφανον, ut recte Bisetus. Qui enim verba pro concione facturi erant, coronam capiti imponere solebant, ut clare patet ex illo loco comici nostri in Eccl. 130. 131. Kust. τόνδε. δεικτικῶς. Subauditur στέφανον. Pertinet hoc ad populi concionum ritum, in quibus oratores coronati verba faciebant. Conc. 130. Τίς ἀγορεύειν βούλεται;— | Ἐγώ.—Περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχῃ 'γαθῇ. | 147. Ἔσθ' ἥτις ἑτέρα βούλεται λέγειν; —Ἐγώ.— | Ἴθι δὴ στεφανοῦ. | 163. φέρε τὸν στέφανον. ἐγὼ γὰρ αὖ λέξω πάλιν. moxque v. 171. eadem qua hic ellipsi, αὐτὴ γὰρ ὑμῶν γ' ἕνεκά μοι λέξειν δοκῶ, | ΤΟΝΔΙ λαβοῦσα. Confer Av. 463. Brunck. πρῶτον. πρότερον Suid. ed. Ms. v. περίθου. Male Kust. Pors. Nempe in nota ad Suid. cujus glossam ad Eccl. 131. cum Porto refert. Dobr.

382. Subintellige ῥῆσιν. V. Acharn. 415. Berg.

389. ἐπισμῇ. Vide Suid. h. v., ubi loci hujus meminit. Kust. ἐπισμῇ. Vide Suid. in hac voce et Hesych. in ἐπισμήχει. Bene interpretantur ἐπιτρίβει: sed nescio an huic interpretationi melius congrueret ἡμῖν quam ἡμᾶς. Eqq. 5. πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις. Ob literarum compendia quibus utebantur librarii sæpe commutati hujus pronominis casus. Vide infra ad 571. Brunck.

390. διαβέβληχ'. Sic Suid. Ms. ex em. ejusd. m. v. ἐμβραχύ. (sic) ed. Ms. in οἰνοπίτας. Pors. In ἔμβραχυ, διαβέβληται ed. Med. Dobr. ἔμβραχυ. Sic recte Suid. v. ἔμβραχυ et v. οἰνοπίτας, ubi loci hujus meminit. At priores edit. male ἐν βραχύ. ἔμβραχυ autem licet sit adverbium quantitatis, interdum tamen nullum regit casum, sed absolute, ut hic, ponitur, quod et de voce ἅλις modo notavimus. Kust. Ed. Farrei ἐν βραχεῖ, quod melius est quam ἐν βραχὺ in quibusdam editionibus. Illud autem ἔμβραχυ occurrit et Vesp. 1115. ubi vide notam. Berg. Frob. ἐν βραχύ. Gry. ἐν βραχεῖ. Lege ἔμβραχυ, ut Suid. Bent. ἔμβραχυ. Cod. et Junt. male ἐν βραχύ. Mendam fucavit, non sustulit Zanettus, reponendo ἐν βραχεῖ. Vide Hesych. interpretes ad ἐμβραχεῖ et Ruhnk. ad Timæum v. ἔμβραχυ. Occurrit hoc adverbium rursus Vesp. 1120. Brunck.

391. οἷω σ θέα καὶ χός Suid. Ms. [pro istis sc. quæ in οἰνοπίτας habet ed. Med. οἷς θέα καὶ τραγῳδία καὶ χορός. Dobr.] Pors. καὶ τραγῳδοὶ καὶ χοροί. Apud Schol. Platonis p. 88. ed. Ruhnk. et Schol. MS. ad ejusd. Gorgiam apud Heins, ad Hesych. t. i. p. 1191. scriptum est καὶ τραγῳδικοὶ χοροί, quam scripturam præfert Blomfield. præfat. ad Æsch. Persas p. xvii. Quod in Siebenkeesii sylloge scholiorum p. 14. et διαβέβληχ' et καὶ τραγῳδοὶ καὶ χοροὶ legitur, ineptæ hominis erga Brunck. reverentiæ debetur, ut opinor. Dind.

392. μυχοτρόπους. Suid. v. οἰνοπίτας habet μοιχοτρόπους, i. e. *adulterinis moribus præditas.* At μυχοτρόπους significat *clandestinis moribus præditas* sive *subdolas, fallaces.* Utramque lectionem tam sensus quam metrum admittit. Kust. τὰς μυχοτρόπους: *clandestinis moribus præditas, subdolas, fallaces,* ut exponit in notis Kust. Ed. Farrei μοιχοτρόπους, uti et Suid. habere notavit Kust. quod magis placet. Berg. μοιχοτρόπους ed. Ms. Suid. in οἰνοπ. Pors. τὰς μυχοτρόπους, id est, Kust. interprete, *clandestinis moribus præditas, subdolas, fallaces.* Sed nullibi vox ista exstat, nec alia nititur fide quam librarii errore. In Cod. scriptum μυχοτρόπους: in Junt. μυχοτρόπους. υ et οι eodem efferebantur sono; inde tot horum elementorum permutationes, vocumque depravationes. Geminum exemplum vide infra 501. Mendam sustulit Zanettus hoc loco, reponendo μοιχοτρόπους, quæ vera scriptura est confirmata a Suid. in οἰνοπίτας. Operæ pretium est integram hujus observationem e variis grammaticorum veterum ad hanc fabulam scholiis excerptam legere. Οἰνοπίτας, τὰς τοὺς οἴνους περισκοπούσας, ὡς Ὅμηρος παρθενοπίπας (Ιλ. Λ. 385.) Ἀριστοφάνης φησί· Ποῦ δ' οὐχὶ — | τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρεραστρίας καλῶν, | τὰς οἰνοπίτας, τὰς προδότιδας— | ὁ μὲν οὖν Σύμμαχός φησι παρὰ τὸ πιπίζειν τὸν οἶνον. ἐγὼ δ' οὐχ ὁρῶ τὸ πιπίζειν ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κείμενον, ἀλλὰ κατὰ μίμησιν φωνῆς λεγόμενον. ἄμεινον οὖν, ὥσπερ παιδοπίπας λέγεται, οὕτω καὶ οἰνοπίτας οὖν ἀντὶ τοῦ μέθυσος· παρὰ τὸ πιπίζειν, ὅ ἐστι μυζεῖν, ἢ μυζᾷν. Vides de lectione consensisse veteres criticos, de illius interpretatione in diversa abiisse. Licet πιπίζειν Atticis fere nihil aliud significaverit quam *pipiare,* verbo ad imitationem avium qua-

rundam vocis efficto, potuit tamen Aristoph. nomine *οἰνοπίπης* uti, derivato ab eodem verbo significante *ποτίζειν*, seu *μυζεῖν*. Glossarium vetus: *ἐκπιπίζει, exsugit:* vide Hesych. in *πιπίζειν*. Derivationi ab *ὀπιπτεύω*, unde est Homericum *παρθενοπίπης*, favet comici locus in Lys. 426. *ποῖ δὲ σὺ βλέπεις,* | *οὐδὲν ποιῶν ἀλλ', ἢ καπηλεῖον σκοπῶν*. Cod. et edd. omnes *οἰνοπότιδας*, quod mihi nunc, ut olim Kust. e glossa subornatum videtur. Etsi mihi primum valde arrideret *οἰνοπίπας*, quin illud vulgato præferrem, obstitit H. Stephani judicium Thes. t. ii. col. 1243. tum quia Eustath. qui bis aut ter ex Eqq. 407. notat nomen *πυῤῥοπίπης*, istius *οἰνοπίπης* non meminit, quod non prætermissurus fuisse videbatur, si illud in comico legisset. Sed fateor parum momenti his rationibus inesse, quas prægravat veterum criticorum auctoritas, quos e Suid. constat non aliter hoc loco legisse, quam *οἰνοπίπας*. Hoc itaque et *μοιχοτρόπους* lectorem reponere velim. Cf. not. infra 501. Brunck. Libri *μυχοτρόπους*, satis obscure. Suid. quem sequitur Brunck. *μοιχοτρόπους*. Persanari arbitror vocem scribendo *μοιχοτύπας*, adulteras. Vid. Hesych. h. v. Hotib. *ἀνδρεραστρίας*. Ad hunc locum respexit Pollux iii. 70. Kust. *ἀνδρεαστ*. Sic Ms. Pors. Ed. Med. *ἀνδρεραστ*. Dobr.

393. *τὰς οἰνοπότιδας*. Suid. legit *οἰνοπίπας* h. v. cujus verba hic exhibebo, quoniam ex veteribus in hanc fabulam scholiis, hodie deperditis, proculdubio descripta sunt. *οἰνοπίπας — μυζᾶν*. Hæc pulchre ad locum hunc faciunt et simul veterem lectionem indicant, cujus vox *οἰνοπότιδας*, quæ hodie locum in ipso textu occupavit, est interpretatio. Idem autem apud comicum nostrum et alibi plus semel contigit, ut suis locis monemus, Kust.

394. *τὰς οὐδὲν ὑγιές*. V. Plut. 37. Ubi vide notam. Berg.

395. Menda irrepsit e recentioribus edd. in quibus legitur *ὡς εὐθὺς εἰσιόντες* —. At vett. cum Cod. recte habent *ὥστ', εὐθὺς*—, ut mox 400. *ὥστ', ἐάν γέ τις*—. Brunck. *ἀπὸ τῶν ἰκρίων*. Vide Suid. v. *ἴκρία*, cujus verba attulit Bisetus ad hunc locum. Sensus autem est, *quamprimum e theatro domum redierint*. *ἴκρία* enim hic sunt tabulata, in quibus tumultuario opere in foro compactis et erectis Athenienses ante exstructum theatrum ludos spectabant. Kust. Libanius in argumento Olynth. i. Demosth. *οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων*. Berg.

396. *ἀποβλ*. Suid. Ms. *ἴκρια*. Pors.

398. *ὥσπερ*. Malim *ὥνπερ*. Kust.

400. Deest huic versui syllaba. Quare supplendi metri gratia scribi potest, *ἐάν γέ τις πλέκῃ*. Kust. *ἐάν γέ τις πλέκῃ*. Sic bene Kust. in notis. Vulgo titubante metro *ἐάν τις* —. Brunck. Fo. *τίς που*. Bent. Lepide Reisk. *ἐάν τις ἂν πλέκῃ*. Dind.

401. *ἐρᾷν δοκεῖ*. Amantes enim corollas, poma, et similia sibi invicem mittere solebant. Testimonia passim obvia sunt. Kust.

403. *ἀνὴρ ἐρωτᾷ*. Salva linguæ indole articulus abesse non potest. Librarii socordia, quam tetigi supra ad Lys. 152. obliteratus fuit. Scribe *ὡνήρ*. Simile versu abhinc secundo peccatum manifesto arguebat metri lex, cui ut satisfieret, necesse fuit reponere *ὡ'δελφὸς*, ita ut bonis viris, qui putant comicos licenter articulos omisisse, non magis illic tricandi copia sit, quam ad 30. et 95. Hic loci argumento metricæ legis niti non possumus; nec tamen minus certum est definite dictum oportuisse *ὁ ἀνήρ*, ut paulo supra *τοὺς ἄνδρας*. Eandem ob causam mox 409. scriptum oportuit *ᾦνδρες*, et rursus 446. *ἐμοὶ γὰρ ὡνὴρ ἀπέθανεν*. Vide not. ad Conc. 243. Brunck.

404. *τῷ Κορινθίῳ ξένῳ*. Id est illi, quem amat ipsa, ut Sthenobœa Bellerophontem Corinthium amavit. Ad hunc Eurip. locum alludit comicus, ut monet etiam Barnes. V. Cl. ad fragmenta Eurip. Berg. Irrisio est Eurip. Sthenebœæ, cujus fragmentum quò respexit comicus servavit Athen. p. 427. e. *Τοῖς δὲ τετελευτηκόσι τῶν φίλων ἀπένεμον τὰ πίπτοντα τῆς τροφῆς ἀπὸ τῶν τραπεζῶν. διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ ἐνόμιζεν τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι· πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερὸς,* | *ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ ΤΩι ΚΟΡΙΝΘΙΩι ΞΕΝΩι*. Brunck.

405. *ἀδελφός*. Metri gratia [cum Scal. et Bent.] legendum est *ὁ 'δελφὸς*, i. e. *ὁ ἀδελφὸς* per crasin Atticam. Kust. *εὐθὺς ὡ'δελφός*. Sic bene Scal. in Excerptis. Vulgo ruente metro *ἀδελφός*. Brunck.

407. Gry. *εἰ δ' ἂν*: lege *εἰ δ' αὖ*. Bent. V. supr. 340. De ea re est narratiuncula infra v. 503. seqq. Berg.

411. V. Eccl. 324. Berg.

413. Hoc *ἔπος* in Phœnice dixit Eurip. et exstat apud Stob. Serm. 69. Locus incipit: *πικρὸν γὰρ νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ*. In hanc sententiam et in Danae dixit Eurip. 99. Non omnes autem puellæ aversantur nuptias senum, maxime si sint pecuniosi; tales autem puellæ plerumque sunt *μοιχότροποι*, quales istæ apud comicum. Berg. Fragmentum exstat apud Stob. Floril. Grotii pag. 293. sic

in Musgr. ed. emendatum: μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τεκνοῦν, | δμῶς τ' ἔστιν, ὅστις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ. | δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. Brunck.

414. διὰ τοῦτον. Sic bene Cod. *propter hunc Eurip., per hunc, hujus opera.* Frequens apud comicum hæc significatio præpositionis διά. Vide infra 864. Vulgo διὰ τοῦτο. Brunck.

415. σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι. Observa, interiorem ædium partem apud Athenienses, quæ gynæconitis appellabatur, non solum obserari, sed etiam obsignari solitam fuisse. Quæ enim diligentius asservare volebant veteres, iis sigilla appendere solebant, ut jam docuit elegantissimus Menagius ad Laert. lib. iv. num. 59. Kust. Quemadmodum Acrisius Danaen filiam inclusit, ut ait Eurip. in Danae v. 58. V. Eurip. de asservandis diligenter mulieribus in Androm. 950. Quem locum præ oculis habuisse videtur comicus: nam et ibi mox sequitur 955. συγγνωστὰ μὲν οὖν σοι τάδε, ut hic apud comicum v. 418. καὶ ταῦτα μὲν ξυγγνωστά. Berg.

418. Frob. ἄδην. Gry. ἃ δ' ἦν. Bent.

419. προαιρούσαις. προαιρεῖν, pro *e penu aliquid promere*, apud elegantiores scriptores occurrit. Theophrast., in Charact. cap. περὶ ἀγροικίας: προαιρῶν δέ τι ἐκ τοῦ ταμιείου. V. ibi magnum Casaub. Ceterum ut sensus rectius procedat, versum hunc sic scribi malim: αὐταῖσι ταμιείου προαιρούσαις λαβεῖν. Kust. αὐταῖς ταμιεύεσθαι. Puto commatis notam huc ponendam esse, ut sit asyndeton deficiente καί. Kust. vertit, quasi scriptum esset ταμιείου. Mallet enim versum hunc ita scribi, αὐταῖσι ταμιείου προαιρούσαις. Ceterum mulieres erant dispensatrices rei familiaris. V. Eccl. 211. Berg. ταμιεῦσαι καὶ προαιρ —. Reisk. αὐταῖσι ταμιείου προαιρούσαις. Sic bene Kust. Corrupte vulgo αὐταῖς ταμιεύεσθαι. Signatum verbum προαιρεῖν, *e penu aliquid promere*, illustratum a Casaub. ad Theophr. Char. p. 141. edit. Lugdun. an. 1599. ubi e Diogene Laert. simile exemplum adducit: ἐπειδὰν γάρ τι προέλοι τοῦ ταμιείου. — λαβεῖν. Hoc solum in vulgata lectione emendandum videbatur Scal., bene reponenti λαθεῖν, quod serius quam oportuit animadverti. Sæpe hæc verba, unico elemento differentia, perperam commutata. προαιρούσαις λαθεῖν tantumdem est ac λάθρα προαιρεῖν. Brunck. Acquiescendum in Scal. emendatione λαθεῖν. Asyndetum, in tanta præsertim animi commotione, est perelegans. Hotib.

421. De ratione serarum, pessulorum, clavium, quibus utebantur veteres, videndus Salmas. in Plinianis p. 649. seqq. Laconicæ clavis mentio etiam apud Plaut. Most. ii. 1. 57. 'clavim mi harunce ædium Laconicam Jam jube efferri intus: hasce ego ædes occludam hinc foris.' Brunck.

423. Λακωνικά. Vide Suid. v. Λακωνικαὶ κλεῖδες et v. κακοηθέστατα. itemque Salmas. ad Solin. p. 651. et 652. ed. Ultraj. Berg.

424. ἀλλ'. ἀλλὰ hic significat *saltem*, quod notandum. Ejusdem significationis est ἀλλὰ γοῦν supra 250. Kust. Subintelligitur εἰ μηδὲν ἄλλο vel (εἰ μή γε ἀνέδην ἀνοῖξαι) ἀλλὰ τό γε ὑποῖξαι θύραν. Cf. 449. Reisk. ἀλλυποῖξαι Suid. in κακοηθέστατα: sed in Λακωνικαὶ ut editum, lege ἀνθυποῖξαι vel προτοῦ μὲν οὐκ ἄλλ' ἦν. Bent. ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι. Recte Kust. observat ἀλλὰ hic significare *saltem*, ut supra 250. ἀλλὰ γοῦν: *quod notandum* quidem, non tamen ut aliquid raro obvium. Quin satis frequens est. V. Nub. 1364. 1369. Brunck. δακτύλιον, *annulum signatorium.* Viris, etiamsi clave Laconica cellæ fores occlusissent, metuendum erat, ne qualicunque artificio mulieres claustra reserarent, quod difficile non erat, pro rudi serarum illo ævo fabrica: idcirco ne sibi imprudentibus fraudem illæ facerent, cellæ ostium obsignabant, imposita cera, ῥύπῳ, impressoque ceræ annuli sui signo. V. Lys. 1195. Sed cautelam hanc etiam irritam reddebat mulierum calliditas. Quippe tribus obolis, id est, vilissimo pretio, unaquæque sibi comparabat annulum eodem insculptum signo, quo mariti annulus, ejusque ope, postquam in penum ingressa quæcunque libuisset suffurata esset, idem reponebat signaculum, ita ut a marito fraudis argui non posset. At vero queritur mulier nostra, sibi nullam amplius relictam esse rationem latenter et impune in penum se penetrandi, postquam viros docuit Eurip. ceram obsignare, non, ut antea, annulo, sed ligno a teredinibus pertuso, cujusmodi sigilla singuli appensa gestabant. Nam signacula illa mulieres imitari non poterant, quum foraminum in ligno modum et dispositionem non cognoscerent; et nisi unaquæque eodem ligni frusto potiretur, quo maritus ceram signarat, nulla alia fraude furta celare potis erat. Hic est hujus loci sensus, unde liquet Berg. male δακτύλιον interpretari *clavem annulatam:* nec melius, quod sane miror, Salmas. hoc nomine intelligere *ferreum digitulum*, seu instrumentum illi simile quod nos vernacula lingua *un rossignol* appellamus. Alludit autem comicus ad Eurip. drama quod non exstat. Brunck.

426. θ'κότριψ. Pro ὁ οἰκότριψ. Sic οἰκοτρίβης δαπάνη, in carmine Critiæ apud

Athen. p. 432. Alias οἰκότριψ est *vernula, famulus,* qui quasi *teritur* in opere domestico faciendo, ut aliquod instrumentum. Berg.

427. θριπήδεστα. Vide nos ad Suid. v. θριπηθέστατον. Kust. Lycophron v. 508. τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων σφραγὶς δοκεύσει: ad quem locum Joh. Tzetzes notat, veteres adhibuisse ligna vermibus corrosa pro sigillis; quod testatur etiam Pausanias apud Eustath. p. 1403. edit. Rom. Hæc ex notis Kust. ad Suid. Est autem θριπήδεστος a θρὶψ *teredo,* et ἔδω *edo,* unde ἐδηδεσμένος. Sic τόξα θριπήδεστα, *arcus a vermibus corrosos,* dixit Synesius epist. 104. Sed ibi legitur θριπηδέστατα, quod et ipsum tamen non inusitatum videtur ex Luciano in Lexiphane. Berg. θριπηδέστατα Suid. Ms. in v. et κακοηθ. et Λακωνικαί. Pors. Primo loco θριπηδέστατον, 2°. θηπιδέστατα, 3°. θριπηδέστατ' ed. Med. Dobr. Aristoph. locum interpretari Hesych. videtur in voce θριπόβρωτος, ubi ait: οἱ Λάκωνες σφραγίσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις, κατασημαινόμενοι, ὁπότε βούλοιντο. Φιλοστέφανος δέ φησι, πρῶτον Ἡρακλέα χρήσασθαι. Schneider.

428. γε in aliis edd. deest, et male intrusit Kust. Leg. enim τούτῳ δοκεῖ, Eurip. nempe. Reisk. τοῦτο δοκεῖ Suid. in κυρκανᾷν: lege τούτῳ vel τουτί. Bent. τούτω Suid. Ms. κυρκανᾷν. Pors. τούτῳ δοκεῖ. Sic optime Cod. In Junt. aliisque vett. omnibus mendose τοῦτο δοκεῖ. Dativum τούτῳ sententia et constructionis ratio flagitant: *Nunc igitur mihi placet huic homini, Euripidi, perniciem nos moliri.* τούτῳ, τοῦτο millies a librariis commutata: nec satis erat causæ cur aliter fieret, maxime si dictantis verba exciperent. Quod in ed. Kust. reperio τοῦτό γε δοκεῖ, scioli emendatio est. In Ran. 861. ubi vulgo etiam bene editum εἰ τούτῳ δοκεῖ, Reg. Cod. habet τοῦτο, gemello errore. Brunck.

429. κυκανᾷν. Suid. legit κυρκανᾷν h. v. et recte quidem. Nam syllaba prima in κυκανᾷν est brevis, quæ tamen secundum metrum hic debebat esse longa. Vide etiam infra 852. ubi contra κυκανᾷς pro κυρκανᾷς legendum esse monemus. Kust. κυρκανᾷν. Ita ed. Farrei. Idem autem est κυρκανᾷν quod κυκᾷν. Sed hic latius sumitur pro *struere, moliri;* usus autem est illo verbo, quia erat illaturus φαρμάκοις: nam pharmaca sive venena *misceri* dicuntur et κυκᾶσθαι, ut Plut. 301. Verbo κυρκανᾷν de miscendo potu usus est Epinicus comicus apud Athen. p. 432. locatur autem phrasibus insolentibus utens: γέροντα Θάσιον, τόν τε γῆς ἀπ'. Ἀτθίδος | ἐσμὸν μελίσσης τῆς ἀκραχόλου γλυκὺ | συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου. ubi ἀκραχόλου scripsi pro vulgato ἀκρολόχου, quod versus respuit. Berg. Conf. Hermannus in Wolfii Analectis iii. p. 69., tum non recordatus annotationis Bergleri. Dind. κυρκανᾷν. Sic Cod. et Junt. recte. Prioris Basil. menda κυρανᾷν in Venet. et Paris. Wech. transiit. Frob. paulo melius edidit κυκανᾷν, quod per alias deinceps edd. propagatum fuit, Kust. tamen in notis monente legendum esse e Suid. κυρκανᾷν. Hoc merito in textu reposuit Berg.: sed quod dicit ita in Farrei ed. esse, id est in posteriore Veneta, falsum est. Brunck.

430. μιᾷ γέ τῳ. Ita emendo pro μιᾷ γε τῇ, ut τῳ sit Attice pro τινί: ut apud Soph. in Philoct. 784. aut 768. In ed. Farrei apud nostrum μιᾷ γέ τῃ: non autem id usitatum. Berg. τῃ sine accentu scribendum. Reisk. μιᾷ γέ τῳ τέχνῃ. Junt. editio et aliæ deinceps omnes præter novissimam habent μιᾷ γέ τῇ τέχνῃ, immo recentiorum aliquot pejus adhuc τῇ. Hoc non solum non Atticum, sed ne Græcum quidem est. Scal. emendabat μιᾷ γέ τοι. Verum vidit Berg. idque in textu reposuit μιᾷ γέ τῳ. Raro bono illi viro contigit, ut mendam ex Aristoph. elueret; eum laudo, et deamo ob restitutam comico suam manum: et ne forte censori cuipiam antiquorum textuum propugnatori pœnas det mutatæ, sine alia quam rationis auctoritate, lectionis, testor sic liquido in August. Cod. scriptum esse μιᾷ γέ τῳ. Sciunt Græce docti του, τῳ indefinita, eademque accentu notata et interrogantia, omnium esse generum. Æsch. S. Th. 474. πέμποιμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ. Ad quem locum vide quæ notavi. Eurip. Androm. 567. οὔτε τῳ δίκῃ κρίναντες. Soph. Œd. Tyr. 1107. εὕρημα δέξατ' ἔκ του Νυμφᾶν. 1435. καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν; Brunck. Conf. Valck. Phalaridea p. xix. Dind.

431. ἀπολῆται. Reisk.

432. μετὰ τῆς γραμματέως. Ad hunc locum respexit Pollux iv. 19. Eustath. etiam ad Od. Δ. p. 1484, 51. ed. Rom. loci hujus meminit. Kust. Alias in ευς desinentia masculina sunt, sed hic jocatur. Berg. Ad hunc locum respexit Pollux iv. 19. Ἀριστοφάνης δὲ παίζει ἐν Θεσμοφοριαζούσαις, λέγων ἡ γραμματεύς. Comicum hoc est et facetum. Sic alibi, in serio etiam, immo tragico sermone, substantiva masculina femininis tribuuntur. Helena in cognomine Eurip. dramate 288. ait, μήτηρ δ' ὄλωλε, καὶ φονεὺς αὐτῆς ἐγώ. Cf. quæ notavi ad Æsch. S. Th. 226. Brunck. Cf. Schœmann. de comitiis Athen. p. 118. Dind.

433-42. 459-65. Tam multa exem-

pla corruptionum adhuc proposuimus in hoc opusculo, cum vel putide explicarentur voces formæque lectiores, vel verba similia nunc mutarentur, nunc omitterentur, ut locos hosce, qui itidem sunt strophici, adscribendo, prout a me sunt emendati, defungi posse videar, causarum, quibus inductus novavi, indagationem, præsertim minime difficilem, lectorum relicturus sagacitati. Sic igitur ista legenda arbitror: Οὐδέπω γ' ἤκουσα ταύτης πολυπλοκωτέρας γυναικός! | Πάσας δ' εἰδέας φρενί γ' ἐβάστασε, | Ποικίλους λόγους τ' ἀνεῦρεν εὖ διεζητημένους, | Ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης, δοκεῖν ἂν αὐτὸν, | Ὡς ἔγῳμαι, πᾶσιν ὑμῖν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν. | —Ἕτερον αὖ τι λῆμα τοῦτο κομψότερον ἔτ' ἢ τὸ πρότερον | Ἀναπέφηνεν, οἷ' ἐστωμύλατο, | Οὐκ ἄκαιρα, φρένας ἔχουσα καὶ πολύπλοκον νόη- | μ', οὐδ' ἀσύνετά γ', ἀλλὰ πιθανὰ πάντα. δεῖ δὲ, δεῖ δὲ, ταύτης | Ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρα περιφανῶς δοῦναι δίκην. Versus harum stropharum secundi sunt dochmaici, reliqui trochaici. Hotib. Gry. ἰδέας. Bent. οὐπώποτε ταύτης | ἤκουσα γυναικὸς | πολυπλοκώτερ' οὐδαμοῦ πλεκούσης· | πάντα γὰρ λέγει δίκαια· πάσας δ' | εἰδέας ἐξήτασε, | τάν τ' ἐβάστασ' ἐν φρενὶ, | πυκνῶς τε ποι- | κίλους λόγους | ἀνεῦρ' εὖ | διεζητ- | ημένους· | ὥστ' ἂν εἰ | λέγει παρ' αὐτὴν Ξενοκλέης | ὁ Καρκίνου, δοκεῖν ἂν αὐτ- | ὸν, ὡς ἔγῳμαι, πᾶσιν ὑμ- | ῖν ἄντικρυς μηδὲν λέγειν. V. 3. Vulgo πολυπλοκωτέρας γυναικὸς οὐδὲ δεινότερον λεγούσης. At δεινότερ' e gl. vocis πολυπλοκώτερα esse potest: quo deleto ex οὐδε ον erui οὐδαμοῦ: mox λεγούσης est putidum propter λέγει in v. 4. dedi πλεκούσης. Cf. Hom. Il. Γ. 242. μύθους καὶ μήδεα πᾶσιν ὕφαινον. et Vesp. 644. πλέκειν παλάμας. In Med. 322. μὴ λόγους πλέκε pro λέγε emendat Valck. ad Phœn. 497. V. 6. Vulgo πάντα δ'. G. Burges.

433. οὐπώποτε ταύτης ἤκουσα etc. V. Vesp. 628. et 632. Berg.

436. ἰδέας Suid. ed. Ms. in ἐβάστασεν.

438. Verte, *mente ponderavit*. Si Kust. notam legissent aut meminissent Piers. Valck. et Musgr. meliora in Eurip. quosdam versiculos dedissent. [Scil. Erysth. fr. 7. In Cyclop. ἀθρήσας satisfacit Burneio, Cens. Hec. Pors. Monthly Rev. April 1799. p. 429. et Elmsl. Heracl. 341. Dobr.] Vide hunc ad Euripid. Cyclop. 379. illos Diatrib. xvi. p. 172. Locutionem sumpsisse videtur comicus ex Æschyli Prom. 887. Pors. Valck. mentem non assecuti esse videntur Musgr. et Pors. Nam illum adeo non latuit hæc vocis βαστάσαι significatio, ut hunc ipsum locum Thesm. et Kust. notam laudarit. Sed nollem vir magnus in Cyclop. sollicitasset ἀθρήσας. Dobr.

437. ἐβάστασεν. Notandum est, βαστάζειν apud Atticos interdum significare, *explorare, examinare:* uti hoc loco. V. Suid. v. βαστάζειν et v. ἐβάστασε. Eurip. Cyclop. 378. κἀπιβαστάσας χεροῖν, i. e. *pondus eorum manu explorans.* Kust. Æsch. in Prometh. 886. ἦ σοφὸς, ἦ σοφὸς ἦν, ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν. Est autem metaphora ab illis, qui sublatum pondus explorant. Berg.

438. πυκνῶς τε ποικ. Suid. v. ἐβάστασεν legit πυκνῶς τε καὶ ποικίλως τοὺς λόγους. Kust. τε καὶ ed. non Ms. ποικίλως ed. Ms. [Suid. v. ἐβαστ. τοὺς λόγους ed. M. Dobr.] Pors.

440. παρ' αὐτῆς. Lego [cum Scal.] παρ' αὐτήν. Et sic verti. Kust. παρ' αὐτήν. Ita scripsi, secutus ed. Farrei, pro παρ' αὐτῆς. Berg. παρ' αὐτήν. Cod. et Junt. mendose παρ' αὐτῆς. Illud jam ex usu linguæ reposuerat Zanettus. παρὰ, *propter, præ,* in comparationibus accusativo jungitur. Ξενοκλέης. [Sic Bent.] Vulgo male Ξενοκλῆς. Vide supra ad 169. Brunck. V. supra 169. et Schol. ad Ran. 86. Berg.

442. ἔγῳμαι. Sic bene in Cod. scriptum, et in Junt. aliisque vett. excusum. Perperam in recentioribus edd. divisim ἐγ' ῷμαι. Ad eumdem modum ἔγῳδα scribitur, de quo vide infra 502. Brunck. μηδὲν λέγειν, *nugari.* Comicus quidam apud Athen. p. 405. Ἀρχίστρατος γέγραφέν τι καὶ δοξάζεται παρά τισιν οὕτως ὡς λέγων τι χρήσιμον· τὰ πολλὰ δ' ἠγνόηκε κοὐδὲν λέγει. Berg.

443. ὀλίγων ἕνεκ' αὐτή. Metrum claudicat, cui consuletur, si scribas, ὀλίγων ἕνεκέν γ' αὐτὴ etc. Kust. Mallem autem ὀλίγων ἕνεκά γ' αὐτή. Berg. F. ὀλίγων ἕνεκα ταύτῃ (*huc*). Reisk. Lege αὐτῇ vel αὐτὴ τῇδε. Bent. ὀλίγων ἕνεκα γ' αὐτὴ παρῆλθον ῥημάτων. Cod. et Junt. ὀλίγων ἕνεκ' αὐτῇ. Zanettus ad sensum bene reposuit αὐτὴ, sed claudicanti metro non exæquavit pedes. ἕνεκέν γ' Kust. Berg. ἕνεκά γ', quod melius est. Brunck. L. ἕνεκα καὐτή. Similiter corruptus Menander Stratiot. apud Plutarch. ii. p. 547. ubi legendum οἱ δὲ πάλιν ἔμ' ἐμυκτήρισαν. Vulgo omittitur pronomen. Apud Stob. Florileg. 76. πλὴν ἕτερος, ὃς ἂν ᾖ πλειόνων πατὴρ; illud ὃς absorptum erat a præcedentibus. Pors. Sed in Menandri priore loco, πάλιν ἐπεμυκτήρισαν edd. teste Bent., qui similiter in Philemonis fr. 65. ἐπεθεώρησαν revocavit. Dobr.

447. μόλις, i. e. μετὰ πόνου. Sed scribendum Attice μόγις, ut Lys. 328. Grega-

rius de Dial. Att. §. xxii. τὸ μόλις μόγις ἐκφέρουσιν. Brunck.

448. στεφανηπλοκοῦσα. Vide Casaub. ad Strab. p. 394. edit. Amstel. Kust. Add. Lobeck. ad Phryn. p. 650. Dind. ἐν ταῖς μυῤῥίναις. V. not. ad Lys. 557. Brunck.

449. Citat Suid. v. τέως. Kust. ἀλλ' εἰ κακῶς Suid. Ms. v. τέως. Pors. Add. schol. Platonis p. 85. ed. Ruhnk. Lobeck. ad Phryn. p. 336. scribendum videtur, τέως μὲν οὖν ἀλλ' ἢ κακῶς. Dind.

450. ἐν ταῖσιν τραγῳδίαις. Male vulgo ταῖσι producta contra artem vocali brevi ante τρ. Leves isti errores librariis imputandi, et ubique, nullo ad Cod. respectu, ex artis præscripto corrigendi sunt. Infra 764. ne centenos alios excitem locos, vulgati etiam libri recte habent τοῖσιν Πρυτάνεσιν, ubi τοῖσι metrum vitiaret. Brunck.

451. οὐκ εἶναι θεούς. In fragmento ex Belleroph. Eurip. φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς; οὐκ εἰσίν, οὐκ εἰσί. Maxime autem in Sisypho videtur hoc egisse. Excusat autem Cl. Barnes. in Fragmentis Eurip. quasi is non ita senserit, sed decorum in personis, quas introducit, observaverit. Berg. Vide Bellerophontis fragm. xxv. in Musgr. Eurip. et quæ notavit vir excellens ad Sisyphi fragm. i. Fueritne Eurip. atheus, anne, non quæro. Aliud quid dicam, quod certum mihi videtur. Si capitale crimen ei, ut Socrati, fuisset intentatum, nihil causæ est, quin credam, exstiturum fuisse male feriatum aliquem anilium fabularum consarcinatorem, qui memoriæ prodidisset, Aristoph. ab inimicis Eurip. pretio subornatum fuisse, ut eum in scena impietatis reum ageret. Brunck.

455. ἄγρια γὰρ ἡμ. Loci hujus meminit Plutarch. in Comparat. Aristoph. et Menandri p. 853. et Gellius l. xv. c. 20. ubi ait: ejus (Eurip.) odii in mulieres Aristoph. quoque meminit ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις, in his versibus: νῦν οὖν ἁπάσαισι παραινῶ etc. Kust.

456. V. Plut. 298. Berg. ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς. [Sic Bent.] Vulgo ἀγρίοισι λαχάνοις, vacillante metro, quod non animadverterunt belli editores. Versum ad digitos exigentes primam producebant in λαχάνοις, quæ corripitur semper. V. supra 387. Lys. 457. 557. Vesp. 497. Emendaveram primum, ἅτ' ἐν ἀγρίοισι δὴ λαχάνοις αὐτὸς τραφείς, quod, etsi nulla nixum auctoritate, nescio an præstet alteri quod reposui. Postea in Kust., viri πολυμαθοῦς, notis animadverti meminisse hujus loci Plutarch. Opp. Mor. p. 853. et Gellium l. xv. c. 20. Incessit me cupido videndi num forte in illis scriptoribus integer comici versus prolatus esset, scopumque feriissem, anne. In Plutarch. verba hæc reperi: Ἄγρια γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἄρα κακά· ἅτε ἐν ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς. Vides hic exemplum frequentis literarum permutationis de qua supra p. 80. ΑΡΑ pro ΔΡΑ: et librariorum morem poëticas paragogas omittere, ἀγρίοις pro ἀγρίοισι, de quo aliquid dictum ad Lys. 487. In Gellio autem vidi libros omnes veteres habere ἀγρίοις τοῖς λαχάνοις. Quantum putas Kust. me socordiam miratum fuisse, cui, postquam hæc loca inspexit, in mentem ne venit quidem disquirere, an articulus ille τοῖς metro necessarius esset, necne, et quanam prosodia nomen λάχανον comicus soleret efferre? Ego veterum librorum reverentia ductus τοῖς reposui, licet sentirem articulum hic inutilem et tantum non importunum esse, atque ex usu Græce loquentium ἅτε δὴ longe præstare. Brunck. Transponit in exempl. Porti Pors. ἅτ' αὐτὸς ἐν ἀγρίοισι λαχάνοισιν τραφείς. Dobr.

458. στεφάνους συνθηματιαίους. Id est coronas locatitias, sive quas alter faciendas locaverat, certa mercede promissa. Sic exponunt veteres literatores. Athen. Dipnos. l. xv. cap. vii. συνθηματιαῖοι στέφανοι, ἠργολαβημένοι καὶ ἐκδόσιμοι. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις· πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσι. Sic etiam Pollux vii. 200. συνθηματιαίους δὲ στεφάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδοσίμους λέγουσι. V. etiam Suid. v. συνθηματιαίους. Kust. στεφάνους συνθηματιαίους (scr. ξυνθηματιαίους), coronas locatitias, quas aliquis faciendas locaverat pacta mercede. Athenæus p. 680. c. συνθηματιαῖοι — ἐκδόσιμοι. Nominis rationem explicat Casaub. Pollux vii. 200. συνθηματιαίους — λέγουσι. Ad quem locum videndi interpretes. Brunck.

459. et sqq. ἕτερον αὖ τι | λῆμα τοῦτο | κομψότερόν ἐστιν ἢ | τὸ πρότερον ἀναπέφην‑ | εν· οἷα κατεστωμύλλετ' οὐκ | ἄκαιρα, φρένας δ' ἔχουσα καὶ | πολύπλοκον νόημ', οὐδ' | ἀσύνετ', ἀλλὰ πάντα | πιθανά· δεῖ | δὲ ταύτης | τῆς ὕβρεως ἡμῖν τὸν ἄνδρ‑ | α περιφανῶς δοῦναι δίκην. G. Burges.

459-60. Citat Suid. v. λῆμα. Pors.

463. νόημ' οὐδ'. Sic cod. Vulgo νόημα οὐδ', ingrato cum hiatu et metri labe. Tetrameter est pæonicus brachycatal. Brunck.

465. Versus est tetrameter trochaicus. Genitivi ὕβρεως duæ ultimæ syllabæ in unam coalescunt. Brunck.

466. Mnesilochus mulierem habitu simulans incipit defensionem Euripidis. Berg.

468. ἐπιζεῖν χολήν. Æsch. in Prometh. 780. τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον. Hic active sumitur verbum ζεῖν, neutraliter apud comicum. Berg.

469. καὐτὴ γὰρ ἔγωγ'. Malim, καὐτὴ γὰρ οὖν. Elmsl. ad Acharn. p. 61. ὀναίμην. Mendose vulgo ὀνοίμην. Prius e Suid. reponendum esse monuit Toup. Emend. t. ii. p. 173. [t. i. p. 437.] In Cod. ut in vett. edd. scriptum ὀνοίμην, et v. abhinc secundo ἐν ἀλλήλοισιν, ex eadem corruptelæ causa, nempe commutatione diphthongorum αι et οι, quas perversa pronuntiatione eodem efferebant sono. Ut hic ὀναίμην, ita mox ἀλλήλαισι reponi debuit, non, quod in recentt. edd. est, ἀλλήλῃσι. ὄναιο recte editum Pl. 1062. ὄναιτο, Nub. 1237. Brunck. Suid. ed. Ms. ὀναίμην. ἐγὼ Suid. Pors. Conf. Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 362. c. et Lobeck. ad Phryn. p. 12. Dind.

470. Citat Suid. v. Μαινάδας. Kust. εἰ μὴ μαίνομαι. Vid. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 608. Dind.

472. αὐταὶ γὰρ ἐσμέν. Id est *solæ sumus*. Sic Acharn. 503. αὐτοὶ ἐσμέν, quod itidem significat, *soli sumus*. Kust. κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Vulgo absque sensu legitur κοὐδεμί' ἔκφορος λόγου. Certam Valck. emendationem recepi prolatam ad Eurip. Hippol. 294. Brunck.

473. ἔχουσαι. Hic ἔχουσαι abundat Attice, ut patet ex isto simili loco in Acharn. 513. τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα; V. in Nub. ad 131. Berg. τί ταῦτ' ἔχουσαι κεῖνον αἰτιώμεθα; ταῦτα construendum cum αἰτιώμεθα, ut in simili versu Acharn. 514. τί ταῦτα τοὺς Λάκωνας αἰτιώμεθα; Participium ἔχουσαι abundare videtur: sed est ἰδίωμα Attici sermonis, hypallage participii et verbi, sic resolvenda: τί ταῦτα ὑπάρχομεν ἐκεῖνον αἰτιώμεναι; formulam illustrat Kœn. ad Corinth. p. 63. Exempla apud Atticos poëtas passim obvia. Infra 852. Ran. 202. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Av. 341. τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων κάρτα. Conc. 853. τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων; 1151. τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Nub. 131. τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; 509. τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Brunck.

474. β. δὲ Suid. Ms. v. τί ταῦτα. Pors. Lege ἡμῖν δράσαις vel ἡμᾶς — δράσας. Bent.

475. δράσας. Bisetus hoc ad Eurip. refert et subintelligit δράματα. At ego potius scribendum censeo δρώσας, ut referatur ad mulieres et ἀπὸ κοινοῦ repetatur κακά. Ceterum εἰπεῖν vel λέγειν τινα κακὰ phrasis est apud Atticos maxime communis. Kust. δρώσας. Ita scripsi, secutus ed. Farrei, pro δράσας. Ita et Kust. vult. in suis notis et hanc lectionem secutus est in versione. Berg. εἶτ' ἰδὼν μυρία, *si duo vel tria nostrorum facinorum edens mittit et silet millena*. Reisk.

477. ξύνοιδ' ἐμαυτῷ πόλλ'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Metrum claudicat; quod ut fulciatur, scribendum est, ξύνοιδ' ἐμαυτῷ πολλὰ κἄκ'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Kust. Nescio qui vox ὅτι exciderit in fine versus ex editione Kust. Cohæret ὅτι δεινότατον, *quam malitiosissimum*. Reisk. Forte δεινὰ πόλλ'. Bent. Vulgo legitur uno pede mutilus hic versus, ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πόλλ'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Voculam quæ exciderat felici conjectura comico restituit Dawes. ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δείν'· ἐκεῖνο δ' οὖν | δεινότατον.— Quod elegantissimum est. Futilia aliorum commenta referre operæ pretium non est. Suppositum a Biseto fulcrum ὅτι servarunt minores Batavæ, quo prudenter carere maluit Kust. Brunck. Addidit Dawes. aliam conjecturam: ξύνοιδ' ἐμαυτῇ πολλὰ δρῶσ'· ἐκεῖνο δ' οὖν. Dind.

479. καθεύδειν. Scribe 'κάθευδεν cum apostropho pro ἐκάθευδεν. Kust. παρ' ἐμοὶ 'κάθευδεν. Hic etiam secutus sum ed. Farrei: in aliis edd. καθεύδειν, male. Quod et Kust. vidit. Berg. Lege καθεῦδεν. Gry. ἐμ' ἐκάθευδεν. Scal. καθηῦδεν. Bent. L. cum Kust. παρ' ἐμοὶ 'καθεῦδεν. Pors. Cod. et Junt. παρ' ἐμοὶ καθεύδειν. Zanettus emendavit παρ' ἐμοὶ 'κάθευδεν. Melius fuisset παρ' ἐμοὶ καθεῦδεν. Apostrophus elisi augmenti index hic minime necessarius est, quia Attice tam bene καθεῦδον dicitur, quam ἐκάθευδον: illud augetur a verbo, hoc a præpositione. εὕδω, imperf. εὗδον, καθεῦδον. Sic ἧντο, καθῆντο, ἐκάθηντο. Vide Sylburgium in notis ad Clenardum p. 461. καθῆντο non caret augmento, nec similem admittit elisionem in Eurip. Bac. 1042. ἔνθα Μαινάδες | καθῆντ', ἔχουσαι χεῖρας ἐν τερπνοῖς πόνοις. Scal. legebat καθηῦδεν, quod perinde est. Vide quæ notavi ad Eurip. Hec. 18. Infra 794. εὕρετε, non ηὕρετε. Brunck.

480. οὖσαν ἑπτέτιν. In prioribus edd. male legitur transpositis vocibus, ἑπτέτιν οὖσαν: quod etiam ante animadvertit Bisetus. Ceterum Pollux iii. 42. ubi locum hunc citat, pro διεκόρευσε legit διεκόρησε, a διακορεῖν. Kust. οὖσαν ἑπτέτιν. Cod. et vett. edd. male ἑπτέτιν οὖσαν. Ad metri legem Kust. voces transposuit. In Cod. scriptum διεκόρευσεν. Pollux iii. 42. hunc locum citans habet διεκόρησεν. Hac forma utitur Lucianus cum alibi, tum in Dial. Neptuni et Enipei, t. i. p. 320. ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοί, διεκόρησας τὴν παῖδα. Illa vero in dialogis meretriciis, t. iii. p. 309. τὴν ἐκ Πειραιῶς,

τὴν ἄρτι διακεκορευμένην. Cf. notam ad 760. Brunck.

481. μοῦ 'κνυεν. A κνύειν est κνῦμα: qua voce noster usus est Eccl. 36. ubi nos vide. κνύειν nimirum est, *januam unguibus leniter scalpere* (non *pultare*, ut quidam male), quod amantes facere solebant, noctu ædes amicarum clam ingressuri. Kust. μοῦ 'κνυεν. Ed. Farrei μ' οὔκνυεν, quod magis placet; μου enim non habet accentum. Si scribatur πόθῳ 'μοῦ 'κνυεν, pro πόθῳ ἐμοῦ 'κνυεν, i. e. ἔκνυεν, tunc in legem accentualem non peccatur. Berg. Hunc versum citat Eustath. ad Odyss. p. 1746. l. 4. ubi male pro ἐλθὼν legitur ἕλκων. Brunck. οὗτος πόθῳ μ' ἔκνυεν ἐλθὼν (Aug. κινῶν) τὴν θύραν Zonaras Lex. t. i. p. 669. et grammaticus Ms. in catalogo Codd. Nanianorum p. 493. Dind.

482. κᾆτ' εὐθὺς ἔγνων. Cod. κατευθύς. Vett. edd. κατ' εὐθύς. Frequens error in permutatione vocum κᾆτα et κατά. Brunck.

486. Citat Suid. v. σφάκος. Kust. κεκρίδας Suid. Ms. σφάκον. Pors. Mallem κᾆπειθ' ὁ μὲν ἔτριβε κεκρίδας ἅ. Kidd. σφάκον. Vid. Schneider. ad Theoph. t. iii. p. 460. Dind.

487. καταχέασα τοῦ στροφέως ὕδωρ. Plautus Curcul. i. 3. 'Placide egredere, et sonitum prohibe forum, et crepitum cardinum, Ne quod hic agimus herus percipiat fieri, mea Planesium. Mane, suffundam aquulam.' Brunck.

488. ἠρειδόμην. V. Eccl. 615. Berg.

489. παρὰ τὸν 'Αγυιᾶ. Ad hunc locum respexit Steph. Byzant. v. 'Αγυιά. De Apolline Agyico autem, sic dicto, quod ei in vicis columna in conum desinens erecta esset, præter Steph. Byzant. modo laudatum, vide etiam Etymol. Harpocrat. Suid. et Eustath. Kust. V. ad Vesp. 870. notata. Berg. Hesych.:] 'Αγυιεύς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος. Ad quam glossam vide interpretes. Brunck. κύνδ' ἐχομένη. κύνδ' vel κυνδὰ Bisetus dictum putat pro κυνηδὰ, idque pro κυνηδόν, sed me non assentiente. Certus enim sum, non esse vocem Græcam, nec usquam alibi eam reperiri. Quare lego ἀντεχομένη τῆς δάφνης, i. e. *comprehensam laurum firmiter retinens*. Kust. Hic ego κύβδ' ἐχομένη lego i. e. κύβδα ἐχομένη. et tunc vertendum: *incurvato corpore tenens laurum*, sive *adhærens lauro;* est enim a κύπτειν, et occurrit in Eqq. 364. Sic a κρύπτω est κρύβδα apud Hesych.: et a φύγω, pro quo usitatur φεύγω, φύγδα apud Æsch. Eumen. 257. μὴ λάθῃ φύγδα βάς, *ne clam per fugam abeat*. Berg. κύβδ' ἐχομένη τῆς δάφνης. Sic legendum esse viderunt Berg. ad hunc locum, et Piers. ad Mœr. p. 6. et per se res est manifesta. Adverbium κύβδα derivatum est a verbo κύπτω, occurritque iterum Eqq. 365. nec in posterum fidei quicquam huic emendationi detrahetur, quam confirmat August. Cod. in quo liquido scriptum κύβδ' ἐχομένη. Vulgata lectio κύνδ' mera corruptela est, cujus sane miror patrocinium suscepisse virum doctissimum Emend. in Suid. t. iii. p. 50. [t. ii. p. 69.] et ad Theocr. Schol. p. 214. κύβδα statum et habitum mulieris exprimit se componentis, ut ab amatore iniri possit: idem schema designat, quod innuitur Lys. 234. κύνδ' autem, quod a κυνεῖν derivat Toup. auctoritate carens et exemplo, etiamsi vox esset Græca, eo sensu, quo ab illo accipi videtur, nihil signati ad hujus loci sententiam haberet. Mira autem eo magis mihi accidit illa viri eruditione et ingenii acumine excellentis interpretatio, quod ipse Emend. t. ii. p. 100. de adverbio κύβδα hæc tradat: 'Est autem κύβδα, ut dixi, schema ἀφροδίσιον, idque cinædis proprium, de quo non semel Aristoph. in Thesmoph. Est et meretricibus commune.' Brunck. Idem opilionis status, cui caprarius apud Theocr. ait: ἢ οὐ μέμνασ' ὅτ' ἐγών τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς | εὖ ποτεκιγκλίσδεν, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας. Brunck.

490. Claudicat metrum, quod in integrum restituetur, si pro ἐφωρᾶτ', addito augmento Attico, scribas ἐφεωρᾶτο. Kust. ἐξεφόρει aut ἐξέφερεν (pro φωρᾶτ'). Reisk. Gry. εἶφ' ὡρᾶτ': lege εἶφ', ὁρᾶτ', ut infra 506. Bent. ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾶτ', Εὐριπίδης. Sic distincte et optime scriptum in Cod. Vulgo ταῦτ' οὐδεπώποτ' ἐφωρᾶτ' Εὐριπίδης. Lectio mendosissima est, quæ Zanetto debetur: nam in Junt. excusum ἐφ' ὁρᾶτ' Εὐρ. Berg.:— 'Metrum claudicat, quod in integrum restituetur, si, admisso in quarta sede spondeo, scribatur ταῦτ' οὐδεπώποτε πεφώρακ' Εὐριπίδης, a φωρᾷν. Hæc nunquam deprehendit Eurip. Kust. volebat ἐφεωρᾶτο, ab ἐφορᾷν, *inspicere, videre:* quo pacto etiam ibi sit spondeus.' Sed, o dulcissime, ubinam gentium vidisti in quarta sede vel comici vel tragici senarii spondeum, et quis te docuit istiusmodi subsidio metra *in integrum restituere?* Qui emendis tuis in Aristoph. lucubrationibus pecuniam suam haud inepte fœnori locavit, si Græce doctus fuisset, famæ tuæ consuluisset totam hanc notulam una litura corrigendo, quod proculdubio fecisses ipse, si Dawes. opus criticum, vel Piers. Mœr. legere potuisses. Quanto istis ineptiis præstat Dawes. conjectura! ταῦτ' οὐδεπώποτ' εἶφ', ὁρᾷς, Εὐριπίδης. Melius est, quod dant Cod. et

Junt. ὁρᾶτ', numero plurali, quia ad cœtum mulierum directa oratio: tametsi infra eodem sensu dicit ὁρᾷς, 496. et 556. In his variari solet numerus: modo mulieres omnes alloquitur, modo eam quæ prius concionata fuit, cujusque dicta refellit. ὁρᾷς sic in parenthesi positum occurrit Nub. 355. καὶ νῦν ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες. Quantum autem a sententia aliena sint vel πεφώρακε vel ἐφεωρᾶτο, ostendit jam Dawes. Ceterum nullus dubito, quin Kust. vir doctus et in critica satis exercitatus, si editionem Junt. inspexisset, de qua ne fando quidem inaudiverat, veram lectionem in ea deprehendisset. Quid enim proclivius quam ex ἐφ' ὁρᾶτ' elicere εἶφ' ὁρᾶτ', una tantum addita literula, quam sensus ipse subministrat, quum mox sequatur ταῦθ', ὁρᾷς, οὐπώποτ' εἶπεν, deincepsque ἐπεὶ τόδ' οὐκ εἴρηχ', ὁρᾷς, ὡς —. Si quis scriptorum codicum ope destitutus veteris auctoris editionem adornet, quod me judice temerarium est, saltem editionem principem, quæ scripti libri instar esse possit, ad manum habeat. Brunck.

491. κωρεωκόμων. Lobeck. ad Phryn. p. 696. suspectam habens formam ὀρεωκόμος, duas proponit loci hujus corrigendi rationes: aut, οὐδ' ὡς ὑπὸ τῶν δούλων τέως κωρεοκόμων σποδούμεθ', ἣν μή—, *interim, si nemo alius ad manum est, mulionum opera utimur:* aut, δούλων τε κωρεακόμων. Dind.

492. Frob. μήχωμεν. Lege μὴ 'χωμεν, vel potius μὴ σχῶμεν. Bent.

493. Gry. κινώμεθα. Lege ληκώμεθα. Suid. ληκώμεθα, κινώμεθα, deinde hunc locum adducit. Hesych. ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι: vide Photii Lex. quod sic habet: ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι· ληκῆσαι, παῖσαι καὶ ἐπὶ πλησιάσαι τίθεται. οὕτως Φερεκράτης· ληκούμεθ' ὅλην τὴν νύκτα. Bent. μάλισθ' ὅταν ὑπό του ληκ. Suid. Ms. v. ληκ. Pors. Tum νικώμεθα pro κινώμεθα Suid. Ms. ibidem, si recte Pors. capio. Cetera ut Ms. ed. Med. nisi quod ἀπό του. Dobr. ὑπό του ληκώμεθα. Sic apud Suid. legitur v. ληκώμεθα, cujus glossæ sunt κινώμεθα et βινώμεθα. Illud est in Cod. et vett. edd. hoc in recentioribus, nescio quo auctore. V. Piers. ad Mœr. p. 6. cui laus debetur deprehensæ apud Suid. istius lectionis. Hesych. ληκὼ, τὸ μόριον. ληκᾶσθαι, περαίνεσθαι. Ejusdem est originis verbum λαικάζειν, quod legitur supra 57. et Eq. 167. ἐν Πρυτανείῳ λαικάσεις. Brunck.

494. ἕωθεν σκόροδα διαμασώμεθα. [Sic Bent.] Pessime interpunctus erat hic locus, et proinde male intellectus: tum claudicabat versus, qui sic vulgo legitur: τὴν νύχθ' ἕωθεν σκορόδια μασώμεθα: id est, Kust. interprete, *nocte usque ad mane allia mandimus.* Quod ineptissimum est. Non sane quæ noctem cum mœcho transigebat mulier, ea *nocte usque ad mane* mandebat allia: amatorem hoc pacto procul abegisset: sed postquam ille mane abierat, tum mandebat allia mulier, ut halitu nocturni furti suspicionem amoveret. Vide quo argumento Praxagora evincat se noctu cum mœcho non fuisse, Conc. 524. Quod autem ad Græca verba adtinet, certissimam Dawes. emendationem recepi σκόροδα διαμασώμεθα. Confer quæ notavi ad Lys. 408. 1010. Ultimam syllabam nominis σκόροδα absorpsit sequens præpositio, quam postea a verbo suo divulserunt. Adde quod comico σκορόδια sint, non alliorum quod manditur, capita scilicet, sed caulis et folia. Vide schol. ad Plut. 818. ἀποψώμεσθα — σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε. Brunck.

495. ἵν' ὀσφραινόμενος. Versus hic manifeste in legem metri peccat, non solum quia in sede secunda est spondeus, quod iambicus nunquam admittit, sed etiam quia quædam redundant. Quare nullum mihi dubium est, quin pro ὀσφραινόμενος scribi debeat ὀσφρόμενος, non solum quia metro hac ratione consuletur (sic enim in sede secunda proceleusmaticus erit pro anapæsto, quod a metro iambico non abhorret), sed etiam quia ὄσφρομαι magis Atticum est quam ὀσφραίνομαι, ut observat Tho. Mag. v. ὄσφρομαι, quem vide. Kust. Quædam redundant in metro; quare Kust. emendat ὀσφρόμενος, ut sit proceleusmaticus in secunda sede pro anapæsto. Ceterum hoc commentum mulierum de esu allii, ne maritus suspicetur ipso absente adfuisse adulterum, satis astutum est; quis enim perpeti posset osculum alliatum? aut quæ mulier est tam imprudens, ut allia comedat, si amatorem sciat venturum? Sed hoc viri etiam factitare possunt, si sint foris, ubi eis bene sit, et domi habeant uxorem suspicacem. Sic in Symp. Xenoph. quum Niceratus cepas vellet comedere, unus ex conviviis inquit: ὦ ἄνδρες, ὁ Νικήρατος κρομμύων ὄζων ἐπιθυμεῖ οἴκαδε ἐλθεῖν, ἵνα ἡ γυνὴ αὐτοῦ πιστεύῃ, μὴ διανοηθῆναι μηδένα ἂν φιλῆσαι αὐτόν. Oportet enim et viros cautiores esse, ne puellas enecent osculis olidis. Quare Horat. merito hujuscemodi mala imprecatur Mecænati, si is velit *allium* comedere: *at si quid unquam tale concupiveris, jocose Mecænas, precor, manum puella suavio opponat tuo, extrema et in sponda cubet.* Berg. Sic vulgo legitur hic versus: ἵν' ὀσφραινόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους εἰσιὼν. quod quidvis potius esse

dicas, quam iambicum senarium. Kust. ineptias a Dawes. confutatas referre nihil adtinet. Versum autem sic restituisse sibi visus est eruditus Britannus: ἵν' ὀσφρόμενος ὡ'νὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους ἰών. Miror virum naris tam emunctæ non statim odoratum fuisse, quid in vulgata lectione genuinum, quid spurium esset. εἰσιὼν a poëta est, et omnino retinendum: ὀσφραινόμενος ab interpolatore, et ejiciendum. Hoc ex antiqua interlineari glossa in textum se intrusit, quod ut metrum obruit, ita phrasin frustra onerat. Nam cui rei istud ὀσφραινόμενος vel ὀσφρόμενος addidisset poëta? Estne ad sententiæ perspicuitatem necessarium? nonne satis per se intelligitur *odoratu* maritum percipere uxorem suam allia comedisse, et exinde patrati cujuspiam flagitii suspicionem a se segregare? quo enim alio sensu, aut quo indicio, quove argumento id cognoscere possit, nisi quia domum *ingredientem*, εἰσιόντα, afflat eum diffusus odor allii, quem graviorem adhuc exspirat os mulieris. *Olfaciendi* itaque hoc verbum prorsus est inutile. Hujus ego librario gratiam facio, voculamque, quam longiori cauda everrerat illud glossema, revoco εὐθὺς, et totum versum sic reconcinno, e simili loco supra 395. ἵν' εὐθὺς εἰσιὼν ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνὴρ | μηδὲν κακὸν δρᾷν ὑποτοπῆται. Meliora adferat, si quis me comico, tanquam cadaveri, quod impune secare licet, medicinam facere criminetur. Brunck. Bent., collato Vesp. 783., et Reisk. corrigebant, ἵν' ὀσφρόμενος ἀνὴρ ἀπὸ τείχους εἰσιών. Eodem modo Elmsl. ad Acharn. p. 73. nisi quod ὠ'νὴρ scripsit. Dind. Recte Brunck., quod ὀσφραινόμενος grammatici alicujus annotationem culpavit, et quod εἰσιὼν a poeta esse contendit adversus Dawes. Verum εὐθὺς, ut aptum est in versu 395., ita hoc loco existit ineptissimum: ἀνὴρ autem sine articulo etiam solœcum. Sed εἰσιὼν ab ora versus in medium transpono, addito in fine πάλιν: ἵν' εἰσιὼν ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ τείχους πάλιν. Reisig. In Hesych. ii. p. 1598. lege, ὤσφροντο. συνῆκαν. ᾔσθοντο. ἔγνωσαν. Pors.

497. Φαίδραν. V. Ran. 1069. Berg.

498. Οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω,—οὐδ' εἴρηκέ πω. Hæc ut ferenda sint, tanquam in inepto blaterone? Minime puto, locoque priore legendum arbitror εὕρηκέ πω. cf. 553. Neque rescivit, neque evulgavit, Eurip. Hotib. Reisig. in commentar. in Vesp. p. 485. scribendum videtur, ἡμῖν τί τοῦτ'; ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖν' εἴρηκέ πω. Dind.

499. ὡς ἡ γυνὴ—, id est, ex loquentis mente, *ut mulier quædam*. Sed importunus hic est articulus, et a mala manu. Scribendum ὡς καὶ γυνὴ, ut infra 560. absolute γυνὴ, omisso τις, *mulier quædam*. Litera η facile cum nota compendiaria voculæ καὶ confunditur. Brunck.

500. ὑπ' αὐγάς: i. e. *ad solem*, vel *ad lucem*. Phrasis est optimis scriptoribus usitata. Eurip. Hec. 1154. [etiam a Brunck. laudatus]: ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους: *ad lucem hos peplos spectantes*. Iamblich. Protrept. c. viii. εἰ θεωρήσειεν ὑπ' αὐγὰς τὸν ἀνθρώπειον βίον: *si vitam humanam ad lucem* (i. e. *penitius*) *introspexerit*. Quæ enim soli ostenduntur, clarius et melius visu discerni possunt. Longinus cap. iii. 1. dixit πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς. Kust. Consule Ruhnk. et Hemst. ad Timæi Lex. p. 188. 189. Pors. Versus non fert ὑπ' αὐγὰς, quod ex glossa irrepsit, fert ὕπαυγον. Hotib. ὑπαυγὲς Bent. ὑπ' αὐγὰς metro adversari recte vidit Hotib. sed propius, quam quod ille proponit ὕπαυγον, ad litterarum ductum accedit ὕπαυγος, quod ex noto Græcorum usu cum γυνὴ jungendum facile interpretamento illi originem dare poterat. Aug. Wellauer.

501. τὸν μοιχόν. In Cod. τὸν μῦχὸν, ut supra 392. τὰς μυχοτρόπους: Junt. τὸν μυχὸν, quod Zanettus retinuit, aliique deinceps usque ad Frob. qui recte emendavit μοιχόν. Supra 343. 345. accurata scriptura est hujus nominis in Cod. nec in Junt. vitiata. Ut autem hic omnino reponi debuit μοιχὸν, ita illic nihil erat causæ, quin μοιχοτρόπους reponeretur. Brunck.

502. ἑτέραν. Hæc alienum infantem sibi subdidit. De qua re et supra v. 417. Ut Polybi uxor apud Eurip. in Phœn. 30. Berg. ἐγᾦδ'. Sic recte Cod. ut supra 442. ἐγᾦμαι. Perperam vulgo ἐγ' ᾦδ'. Vide quæ notavi ad Eurip. Med. 39. Brunck.

504. περιῆρχετ'. Elmsl. ad Eurip. Heraclid. 210. vel περιῄειν vel περιῄει corrigendum esse videtur. Dind. ὠκυτόκει' ὠνούμενος. Ad hunc locum respexit Pollux ii. 7. ubi vocis ὠκυτόκιον mentionem facit. Kust. Scribendum ὠκυτόκι' ὠνούμενος. Cf. Pollux ii. 7. Sic scribitur, quod idem significat, ὀξυτόκιον: it. ἀτόκιον. Schæfer.

505. ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον. Ut infantes olim in ollis exponi solebant, quod inde etiam ἐγχυτρίζειν vocabant, teste schol. Arist. ad Ran. 1221. et Suid. v. ἐγχυτρίστριαι, sic in iisdem clam inferri solebant, quos mulieres sibi subjicere volebant; ut ex hoc loco patet. Kust.

506. κηρίῳ βεβυσμένον. Egregie ad hunc locum Hesych.: κηρίῳ — ὑποβάλλουσ. Kust. Callimachus hymno i. v. 49. Berg. Huc pertinet Hesych. glossa: κηρίῳ

βύσασα. εἰς τὸ στόμα τῶν παίδων ἐτίθεσαν κηρίον, ὑπὲρ τοῦ μὴ βοᾷν, ὁπότε ὑποβάλλοιεν. Brunck.

509. V. Suid. voce *ἦτρον*, ubi locum hunc exponit. Kust. Cf. Nækii Chœrilea p. 98. *τὸ γὰρ ἦτρον τῆς χύτρας ἐλάκτισε.* Pro *χύτρας* alios habere *μήτρας* testatur Scal. Quinam sint isti *alii*, nescio. Sane sex vett. edd. et Cod. August. *χύτρας* exhibent, ut et Suid. Kust. vero sic ad hunc locum commentatur: '*χύτρας* præter exspectationem hic dictum est pro *μήτρας*. Nisi potius legendum sit *μήτρας*, ut in Excerptis Scal. reperio.' Scilicet ignorabat ille spondeum e quarta senarii sede perpetuo exsulare. Itane metricarum legum imperitum fuisse Aristoph. editorem? Brunck.

512. Lege *ἡ 'σέφερε* vel — *ρεν*. Bent. *ἡ 'φερεν τὸ παιδίον.* Vulgo *ἡ 'φερε*, mendose; quia prima verbi syllaba elidi debet, sicque ultima vacillat versus. Infra 1219. vulgo etiam bene legitur, *τὴν γραῦν ἐρωτᾷς, ἡ 'φερεν τὰς πηκτίδας*; ad quem modum hujus loci scriptura reformari debuit. Brunck.

514. *αὐτ' ἔκμαγμα σόν.'* Priores editiones pro *ἔκμαγμα* habent *εἶγμα*: quæ lectio quum versum syllaba una breviorem efficiat, Scal. ut metro consulat, reponit *ἔϊγμα*, per dialysin: Æmil. Portus autem ad Suid. v. *λέων, αὐτὸ τ' εἶγμα.* Sed præstat lectio *ἔκμαγμα*, quam auctoritate veterum grammaticorum, qui locum hunc citant, Aristoph. nunc primum post Bisetum restituimus. Vide Suid. v. *λέων* et v. *πόσθιον*, Polluc. ix. 131. Eustath. p. 1857. qui omnes *ἔκμαγμα* in loco hoc comici agnoscunt. Sed hæc jam præceperamus ad Suid. v. *λέων*. Kust. Suid. in *κύτταρον, λέων*, et *πόσθιον* habet *γέγονεν ἔκμαγμα*: an legend. *γέγονε παῖς ἔκμαγμα*: Frob. *εἶγμα*. Scal. *ἔϊγμα*: Al. *ἔκμαγμα*. Bent. *αὐτ' ἔκμαγμα* citat D. Heins. ad Horat. p. 176. ed. Elzev. *ἔκμαγμα* sine *αὐτ'* Suid. ed. Ms. *λέων*. Suid. Ms. *ἐκμάσσοντά τ' ἄλλα σπαράξαντα* cum aliis vitiis [in *πόσθιον* scil. ubi *αὐτ'* om. ed. Med. Dobr.], Pors. *αὐτ' ἔκμαγμα σόν.* Sic liquido Cod. quod recte post Biset. Kust. in textu reposuit. Antea e Junt. legebatur *αὐτ' εἶγμα σόν.* Brunck. Conf. Toup. Em. in Hesych. t. iv. p. 338. *αὐτέκμαγμα* una voce Reisk. et Reisig. Dind. Adde Eustath. in Iliad. Δ. p. 462. l. 39=352, 19. Pors.

515. *καὶ τὸ πόσθιον.* Citat et exponit hunc locum Suid. v. *πόσθιον*, ubi nos vide. Confer etiam Scholiast. ad Vesp. 1106. ubi itidem loci hujus fit mentio. Kust.

516. *κύτταρον.* V. schol. ad Vesp. 1106. Kust.

520. Hic epodus, quem ita legendum ac digerendum censeo: *Τοῦτο μέντοι θαυμάτων, ὁπόθεν ἀνευρέθη τὸ χρῆμα,* | *Χ' ἥτις——οὕτω·* | *Τάδε —— ἀναιδῶς,* | *Οὐκ ——ἄν.* | *'Αλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη· τὴν δ' ἐπαίνω τὴν παλαιάν·* | *'Υπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρή, μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν.* *θαυμαστὸν* et *εὑρέθη* vulgata versum hiantem destituunt. Versu 5 adhuc legebatur ex interpretatione *τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ τὴν παλαιάν.* Intelligendum *ῥῆσιν* vel *παροιμίαν* in *τὴν παλαιάν*. Vid. Bos priore voce, collatis Æsch. Eum. 594. 663. ubi similiter *ταύτην*. Verbum innuit *'Υπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος.* Hotib.

520. et sqq. *τοῦτο μέντοι θαῦμ' ἄρ' ἐστὶν ὁπόθεν εὑρέθη τὸ χρῆμα,* | *χἤτις ἐξέθρεψε χώρα τήνδε τὴν θρασεῖαν οὕτω·* | *τάδε γὰρ εἰπεῖν τὴν πανοῦργον* | *κατὰ τὸ φάνερον* [sic] *ὧδ' ἀναιδῶς,* | *οὐκ ἐν ἡμῖν γ' ᾤόμην* (5) | *οὐδὲ τολμῆσαί ποτ' ἄν·* | *ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη·* | *τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ* | *τὴν παλαιάν· ὑπὸ λίθῳ* | *μὴ δάκῃ ῥήτωρ, ἀθρεῖν·* (10) | *ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν* | *οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα πλὴν γυναῖκες ἄλλαι.* V. 1. Vulgo *θαυμαστόν*. Dedi *θαῦμ' ἄρ' ἐστίν*. Sæpe depravatur *ἄρ' ἐστίν*. Unde lege in Lys. 256. *ἄελπτ' ἄρ' ἐστίν*. Vide mea in Classical Journal, No. xvi. p. 392. et Schæfer. ad Apollon. Rhod. t. ii. p. 162. V. 9. Vulgo *ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρὴ μὴ*—ubi voces ex interpolatore venerunt, qui proverbium illud adscripserat e Sophoclis *Αἰχμαλωτίσιν*; quem servavit schol. ad Nicandr. Theriac. 19. *'Εν παντὶ γάρ τε σκόρπιος φρουρεῖ λίθῳ.* verum ibi debet legi *'Εν παντί που χρὴ σκόρπιον φρουρεῖν λίθῳ*: unde corrigas Schol. [sic] apud Athen. xv. p. 695. d. *'Υπαὶ παντὶ λίθῳ σκόρπιος ὦ 'ταῖρ' ὑποδύεται· φράζευ, μή σε βάλῃ (τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται) δόλος.* Sic enim et Tragici et Scholiographi [sic] verba in animo habens scripsit Glossator: *'Υπὸ παντί που χρή*: at mentem Comici non satis est assecutus: ille enim ludit in voce *λίθος*, quæ saxum quidlibet significat, et specialiter illud quod fuit *τὸ βῆμα τῆς Πυκνός*. V. Ach. 683. Pac. 680. *Κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πυκνί.* et Eccl. 87. V. 12. Vulgo *ἄρ' ἢ γυναῖκες*: at Suid. *ἄλλαι γυναῖκες* in *'Αλλ' οὐ γάρ.* G. Burges. *ταυτί*, typothetæ errore. Corrige *τουτί*. Brunck.

527. *ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη.* Citat Suid. v. *ἀλλ' ἅπαν*, ubi recte docet, respicere hic comicum proverbium illud, *ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος*, de quo proverbio vide eundem v. *ὑπὸ παντί*. Lepide autem et *παρ' ὑπόνοιαν* comicus hic dixit *ῥήτωρ*

pro *σκορπίος*, ut nimirum oratores et *δημαγωγοὺς* Athenienses aceto Attico perfunderet. Kust. Proverbiale est, si eveniant inexspectata. Ovid. 'Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam.' Machon in iambis apud Athen. p. 246. *νῦν πάντα, φησὶ, γίνεθ'. ἡ μὲν οὐ κύει, ἐν γαστρὶ δ' οὗτος λαμβάνει καθ' ἡμέραν.* Dixit autem hoc Machon in vetulam et parasitum, quum daret illa huic cibos, et hic cum ea concumberet. Xenoph. Exped. Cyri libr. vii. *ἀλλὰ πάντα μὲν, ἄνθρωπον ὄντα, προσδοκᾷν δεῖ, ὁπότε καὶ ἐγὼ μὲν ὑφ' ὑμῶν αἰτίας ἔχω, ἐν ᾧ πλείστην προθυμίαν ἐμαυτῷ γε δή μοι δοκῶ συνειδέναι περὶ ὑμᾶς παρεσχημένον.* Berg.

528. δ' om. Suid. Pors.

529. *ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντὶ* etc. Hoc proverbium recensetur ab Athen. inter schol. quæ erant carmina in conviviis cantari solita, p. 695. plenius hoc modo: *ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος, ὦ 'ταῖρ', ὑποδύεται. φράζευ μή σε βάλῃ, τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.* Berg. Allusio ad vetus schol. quod exstat in minori nostra Anacr. editione p. 88. Brunck.

530. Præter exspectationem pro *σκορπίος* dixit *ῥήτωρ*. Sic etiam *συκοφάντου δῆγμα* dixit Plut. 886. Berg. Hic versus in monometrum et dimetrum distribuendus cum Gaisfordo ad Hephæst. p. 262.

531. Citat Suid. v. *ἀλλ' οὐ γάρ ἐστι.* Kust.

533. *Ἄγραυλον.* (typothetæ errore excusum *Ἄργαυλον*) Sic etiam Cod. sed mendosa scriptura est: repone *Ἄγλαυρον.* Hesych. *Ἄγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσι κατ' αὐτῆς. ἦν δὲ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς.* Ad quam glossam vide interpretes. Agraulos Cecropis uxor cum filia Aglauro sæpe confusa: proclivis error in duarum literarum transpositione. V. Musgr. ad Eurip. Ion. 23. Per Aglauron Cecropis et Agrauli filiam jurabant Attici mulieres. Incogitanter in versione Kust. interpretationem retinui *Agraulam*, quo nomine ille perperam intelligit *Dianam agrestem.* Vide Maussacum ad Harpocrationem in *περίπολος.* Saltem oportebat *Agraulon.* At vero repone *Aglauron.* Ovid. Metam. ii. 777. 'Pars secreta domus ebore et testudine cultos Tres habuit thalamos, quorum tu, *Pandrose*, dextrum, *Aglauros* lævum, medium possederat *Herse.*' Nomina sunt trium Cecropis et Agrauli filiarum, quas a matre Eurip. appellat *παρθένους Ἀγραυλίδας.* Pausanias Attic. c. 18. *ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν. Ἀγλαύρῳ δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ἕρσῃ καὶ Πανδρόσῳ, δοῦναι φασὶν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον, καθεῖσαν ἐς κιβωτὸν, ἀπειποῦσαν εἰς τὴν παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. Πάνδροσον μὲν δὴ λέγουσι πιθέσθαι· τὰς δὲ δύο, ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτὸν, μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐριχθόνιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὐτὰς ῥίψαι.* In Aglauri templo ephebi, postquam Lexiarchicho inscripti fuerant, sacramentum dicebant, cujus formula legitur in Sam. Petiti Leg. Att. p. 231. Brunck. Ut per Aglauron, ita etiam per illius sororem Pandroson jurabant Atticæ mulieres, quod constat e Lys. v. 439. *εἶτ' ἆρα, νὴ τὴν Πάνδροσον*—, ad quem locum scholiastes, *θυγατέρες Κέκροπος Πάνδροσος καὶ Ἀγραύλη.* (scr. *Ἄγλαυρος*) *ἐκ τῆς Πανδρόσου δὲ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Πάνδροσος καλεῖται.* Brunck.

536. *εἰ μὲν οὖν τις ἐστὶν, εἰ δὲ μή.* De hac ellipsi Attica, qua post *εἰ μὲν* omittitur apodosis, vide nos supra ad Plut. 468. Kust. Post verba *εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν*, aliquid suppleri debet. Schema est *ἀνανταπόδοτον*, de quo præter Kust. ad Pl. 468. videndus Kœn. ad Corinth. p. 19. Brunck. Citatur hic locus a Schol. Veneto ad Il. A. 137. in exemplum Attici *ἀνανταποδότου*, hoc ordine: *ἐστί τις·* quicum consentit Cod. Townl. [Conf. Heyn. ad Hom. t. iv. p. 674.] Pors. ad Eur. p. 105. ubi scribi jubet *εἰ δὲ μὴ, αὐταὶ Ἡμεῖς γε καὶ*—repugnante Reisig. i. p. 309. et Syntagm. Crit. p. 33. Dind.

537. *τε* (pro *γε*). Reisk. *τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι.* Ad vulsuram utuntur cinere, ut pili firmius prehendi possint; in Nub. 1082. Berg.

538. Eccl. 722. *τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας.* Berg.

541. *αὐταί.* Id est *solæ*: nullis nempe viris præsentibus. V. nos etiam supra ad v. 472. Kust. *ὅσαι πάρεσμεν ἀσταί.* Sic liquido Cod. optime. Vulgo satis inepte, *ὅσαι πάρεσμεν αὐταί.* Alibi *ἀστὸς* et *αὐτὸς* male commutata fuerunt: exemplo sit Eurip. Or. 902. *αὐταὶ* hic defendi non potest e Spanh. observatione ad Nub. 219. *αὐτὸν pro cive subinde dictum, intuitu inquilinorum et sociorum*; cujus rei in exemplum adducit locum ex Acharn. 504. sqq. Nam hic nec *ξένων* nec *μετοίκων* mentio ulla est, quorum ex oppositione intelligi possit *αὐταὶ* cives significare. Brunck.

542. *ἃ 'γίγνωσκον.* Crasis est, non elisio: ideo excudi debuit conjunctim *ἁ 'γίγνωσκον.* Vocales breves *ἃ ἐ* in *ᾱ* longum coalescunt: alioqui recto talo non insisteret versus. Sic alibi excudi curavi, ut Nub. 1463. *οὐ γάρ μ' ἐχρῆν τὰ χρήμαθ', ἁ'δανεισάμην.* Brunck.

546. *ἐξεπίτηδες.* Scribe *ἐπίτηδες*, ne

syllaba in versu redundet. Kust. ἐπίτηδες εὑρίσκων. Vulgo ἐξεπίτηδες, quod mendosum esse nemo non vidit. Sublevandus erat versus inutili gravatus syllaba. Brunck. Correxit etiam Bent. Dind.

547. Μελανίππας Φαίδρας τε. V. Ran. 1069. ubi Æschylus dicit ad Eurip. se non tales fecisse fabulas, quales Eurip. Berg.

548. Lege ἐπόησ'. Bent. Scribe ἐποίησ' cum Pors. præf. ad Hec. p. xliv. ed. Lips. Dind.

549. ταίτιον. τἄτιον Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 119. Dind. μίαν γὰρ οὐκ ἂν εἴποις. Vulgo manifesta menda οὐκ ἄρ' εἴποις. Perspicue Cod. οὐκ ἂν, quod etiamsi ille non subministrasset, reposuissem tamen. Brunck. Reposuerunt etiam Bent. et Pors. Dind.

550. Φαίδρας δ' ἀπαξαπάσας. Id est πόρνας. Vid. not. præced. Berg.

553. Lege πλεῖον'. Bent. ἐπεὶ βούλεσθε πλεῖον εἴπω; interrogative. Græcorum vim non exprimit Latina versio: *quapropter, si vultis, plura dicam.* Vertendum erat, *Sin aliter creditis, voltisne plura dicam?* In ista loquendi formula ἐπεὶ elliptice adhibetur. Brunck.

554. ἀλλ' οὐκέτ' ἂν ἔχοις, supple εἰπεῖν: et ἔχοις accipe pro δύναιο. Sic Lys. 565. ex mea emendatione πῶς οὖν ἕξετε παῦσαι; Nihil notius hac potestate verbi ἔχειν. Lucianus t. i. p. 746. πόθεν ἔχεις εἰδέναι; *unde potes scire?* p. 445. οὐκέτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, *dicere nequeas.* [V. Boisson. ad Nicetam t. ii. p. 16.]—ὅσα γὰρ ᾔδεις. E puriori Atticismo excudi debuit ᾔδησ. Vide not. ad Nub. 329. Brunck. Fateor displicere mihi verborum ad metri pedes coagmentationem: ἀλλ' οὐκ ἂν ἔτ' ἔχοις· ὅσα γὰρ ᾔδησ, ἐξέχεας ἅπαντα. nam Brunck. relictis exemplaribus scripsit, nihil admonito lectore, ἀλλ' οὐκέτ' ἂν ἔχοις, mera negligentia, suspicor. Rogaverat autem Mnesilochus, cuperentne mulieres plura a se exponi de ipsarum flagitiis, βούλεσθε, πλεῖον εἴπω; Itaque pro ἀλλ' οὐκ ἂν ἔτ' ἔχοις —respondere potuit mulier, ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅσα γὰρ ᾔδησ—. Reisig.

555. μὰ τὸν Δί' οὐ τὴν μυριοστήν. Haud sane difficile erat labefactatum hujus versus metrum reparare, cujus vitium editores omnes fugit: nihil enim in eum a quoquam adnotatum reperio. In Cod. ut in vett. editt. μὰ Δί' οὐδὲ τὴν μυριοστήν: in recentioribus nescio quo auctore, sed nihilo melius, μὰ Δία οὐδὲ τὴν—. Brunck. Lege cum Bent. οὐδὲ τήν γε. Cf. Lys. 355. Pors. Etiam in exempl. ed. 1532. addit γε, nil præterea. Dobr.

556. ἔπειτά γ'. Scribendum puto ἐπεὶ τόδ', tum sensus gratia, tum etiam ut evitetur insuavis repetitio vocis ἔπειτα, quæ in versu etiam proximo occurrit. Kust. οὐκ εἴρηχ'—videtur in στλεγγίδας vox latere, quæ culmum straminis notet, per quem in dolia vinaria insertum vinum exhauritur. Probo enim Kust. οἶνον. Reisk. ὡς στλεγγίδας λαβοῦσαι. Locus est obscurus, quem illustrare conatus est Palmer. in Exerc. p. 759., sed qui, ut verum fatear, mihi non satisfacit. Verba ejus lectori hic exhibebo: "Alii, inquit, Codd. habent στρεγγίδας, quod forte melius est. Nam στρεγγίζειν deducitur a στράγξ, quod est *stilla.* στρεγγίζειν igitur est stillatim irrigare, et στρεγγὶς instrumentum, quo id fit. Sed facilis et solita satis est mutatio τοῦ ρ in λ, immutabilis in immutabilem. Ceterum ad hunc locum cæcutire mihi videntur docti viri Bisetus et Bourdinus, nec ullum commodum sensum excogitarunt. Nam quod dicunt de cibo attrahendo per gutturis canalem, quid habet communis cum στλεγγίδι? Sed illos fefellit homonymia vocis σῖτον, quæ cibum quidem significat, sed præcipue et primario frumentum. Igitur per στλεγγίδα intelligo σίφωνα, tubulum, per quem aqua in minutas stillas divisa immittitur, quo frumentum ἐσιφώνιζον; stillatim aqua irrigabant, ut inflarentur grana et major fieret acervus, ne furtum ab iis factum deprehenderetur a viris, vel ut emptores deciperent et plures modios vel heminas lucrifacerent, quod artificium et hodie fit a quadruplatoribus et malæ fidei mercatoribus." Hæc Palmer. Sed quod ad id attinet, quod primo loco dicit, alios Codd. pro στλεγγὶς habere στρεγγὶς, vellem dixisset, quinam Codd. Nam nulla saltem ex iis, quas vidi, editionibus, habet στρεγγίδας, sed vel στλεγγίδας vel τλεγγίδας: nec videtur Palmer. ullos codices Mss. consuluisse, quoniam in omnibus suis in Aristoph. notis nunquam eorum mentionem facit. Deinde σιφωνίζειν hic interpretatur *stillatim aqua irrigare:* sed quæ significatio, quum admodum insolens sit, probanda erat exemplis, quibus tamen nota ejus prorsus caret. Ad hæc non videtur hic loqui Aristoph. de furto frumenti, sed vini; tum propter vocem σιφωνίζειν, quod de vino aliisque liquoribus proprie dicitur; tum etiam, quia bibacitatem mulierum passim alibi insectari solet. Quare, ut meam de hoc loco sententiam paucis exponam, pro σῖτον scribendum puto οἶνον, ut sensus sit, mulieres clam maritis vinum per siphones ex doliis vel amphoris haurire solere. Quod autem attinet ad vocem στλεγγίδας, fa-

teor eam mihi negotium facessere. Nam significatio communis, qua *strigilem* notat, nihil facere videtur ad τὸ σιφωνίζειν. Quare videant alii, quid de hac voce statuendum sit. Kust.

557. τὸν σῖτον. Forte legendum οἶνον, ut vult Kust. Berg. σ. τὸν σῖτον. Suid. ed. Ms. in σιφ. Pors. σιφωνίζειν τὸν οἶνον. Vulgo ineptissime τὸν σῖτον. Kust. reponenti οἶνον adstipulantur Berg. et Reisk. posthabita etiam Suid. auctoritate, merito. At in interpretatione nominis στλεγγίδας hærent viri docti, nec prorsus intelligunt quem strigil præbeat usum hauriendo e doliis vino. Sane στλεγγὶς ea sui parte qua stringit, cutemque abradit, instrumentum est huic fraudi haud apprime utile. Sed pars illa stringens aptata erat manubrio satis longo et cavo, quo facile, tanquam siphone, mulieres uti poterant. Hoc primum: estque hæc interpretatio ita probabilis, ut, etiamsi nulla alia suppeteret, ab hoc στλεγγίδας suspicionem omnem vitii amoliri deberet. Sed præterea aliud quid hoc nomen significat, a sententia hujus loci minime alienum. Nempe fuit quoddam muliebre capitis ornamentum στλεγγὶς appellatum: aurea erat bractea, quæ facile in culmi formam cogi poterat, ut ea, tanquam fistula, mulieres vinum traherent. Hujus rei auctor est Schol. comici ad Eq. 557. descriptus a Suid. in στλεγγίς. καλεῖται δὲ στλεγγὶς, καὶ χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῇ κεφαλῇ τῶν γυναικῶν. Quod vero addit, vel priorem nostram interpretationem stabilit, vel tertiæ fundamentum substernit: ἡ δὲ στλεγγὶς τῶν πρὸς ἄλλο τι. οὐ γὰρ πρὸς τὸ περιξύεσθαι ἄν τις αὐτῇ χρήσαιτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι. Si cui deinceps negotium facessat istud στλεγγίδας, haud sane erit, quia nesciet quid significare possit, sed quia dubius hærebit, quamnam e variis significationibus eligat. Brunck.

558. αὐτά. Lego divisim αὖ τά. Kust. αὖ τά. Ita editio Farrei et Brub. et ita volebat Kust. vulgo male αὐτά. Berg. Gry. αὖ τὰ, recte. Mox lege κρέ' ἐξ. Bent. αὖ τὰ Reisk. Dind. τὰ κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων. In Acharn. 146. ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων. Berg. κρέ' ἐξ Ἀπατουρίων. Sic distincte Cod. recte. Sed perperam in eo scriptum ὡς ταῦτα. In Junt. ὥστ' αὐτὰ κρέξ' ἀπ. Melius Zanettus ὥστ' αὖ τὰ κρέ' ἀξ' Ἀπ. Nondum accurate hic locus excusus fuerat. Quod ad rem ipsam attinet, videndus Meurs. Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Brunck.

559. ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμέν. Subauditur ἐξενεγκεῖν aut κλέψαι. V. Pac. 1152. et Vesp. 362. Berg.

560. Locum Arist. om. Suid. Ms. in κατεσπ. Pors. Vide ad Toup. p. 453. l. 17. Dobr. Pors. præf. ad Hecub. p. xlv. neganti anapæsto in quarta tetrametri iambici sede locum esse, scribendum videtur, οὐδ' ὡς ἑτέρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσπόδησεν, duce Suid. v. κατεσπόδησεν, ubi legitur, ἑταίρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεσπόδησε. Conf. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 147. Repugnat Reisig. i. p. 90. Dind.

563. Lege ταῦτα. Bent.

564. Eurip. Alcest. 638. οὐδ' ἡ τεκεῖν φάσκουσα, καὶ κεκλημένη μήτηρ μ' ἔτικτε. δουλίου δ' ἀφ' αἵματος μαστῷ γυναικὸς σῇς ὑπεβλήθην λάθρα. Berg.

565. Reisig. i. p. 120. scribendum videtur, τοῦθ' ὑπεβάλου· ταύτῃ τὸ σὸν δὲ θυγάτριον παρῆκας. Dind.

567. V. Suid. v. ἐκποκιῶ, qui locum hunc citat. Kust. ἐκποκιῶ. Suid. h. v. τὰς τρίχας ἐκσπάσω. In Lys. utitur in eadem re pro ἐκποκίζειν verbo ἐκκοκκίζειν v. 449. ἐκκοκκιῶ σου τὰς τρίχας. Berg. οὔποτε μὰ Δία σύ γ' ἄψει. Sic legendum, ut recto talo versus insistat, syllaba vulgo vacillans, οὐδὲ μὰ Δία σύ γ' ἄψει. Brunck. Vide, ne in verbis Mnesilochi etiam particula adversantis desideretur ἀλλά. Itaque prioris fabulæ scripturam una cum posteriore in libris consociatam esse statuo, ut in altera fabula, ἀλλ' οὐδέποτε σύ γ' ἄψει, in altera, ἀλλ' οὐ μὰ Δία σύ γ' ἄψει, positum fuisse credam. Reisig. ἀλλ' οὐ μὰ Δία σύ γ' ἄψει Pors. in exempl. Porti. Dobr. Sub οὐδὲ lineam induxit Bent. conjecturam aliquam scripturus, quam non perfecit.

568. Φιλίστη. Sic bene Cod. Vulgo Φιλήστη. Brunck. Lege Φιλίστη. Bent.

570. τὸν σησαμοῦνθ', ὃν κατέφαγες, τοῦτον χεσεῖν ποιήσω. Eupolis ἐν Κόλαξιν, i. e. in Adulatoribus, apud Athen. p. 646. ὃς Χάριτας μὲν ὀμιχεῖ, κολλαβίδας δὲ βαίνει, σησαμίδας δὲ χέζει, μῆλα δὲ χρέμπτεται. Sed hic de ineptis assentationibus sermo est: noster autem nihil aliud vult dicere quam ἐπιχεσεῖ πατούμενος, ut est in Lys. 441. Berg. τοῦτόν σε χεσεῖν ποιήσω. Pronomen σε, quod exciderat, salva loquendi ratione abesse non potest. Brunck. Repugnat Elmsl. ad Acharn. p. 61. Dind.

571. γυνή τις ὑμῶν. Sic plene et perspicue Cod. recte. Vulgo ὑμᾶς. Scripturæ compendia, quibus utebantur librarii, maxime in ultimis vocum syllabis, multos pepererunt errores. Brunck.

574. ΚΛ. Clisthenem hunc accedentem videns chorus dicebat v. 577. mulierem venire; nempe notat eum tanquam deli-

catulum et comtum et barbam radere solitum. Sic in Nub., ubi dicitur nubes imitari illius formam quem viderint, 354. Venit autem iste tanquam proditor Mnesilochi. Berg.

575. ταῖς γνάθοις. Mox ad eum, τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχεις. Berg. ὑμῖν. Reisig.

576. Citat et exponit Suid. v. προξενῶ: cujus verba jam attulit Bisetus ad hunc locum. Kust. ὑμᾶς Suid. v. προξενῶ, ut Bisetus notavit. Pors.

578. Lege ὀλίγον. Bent.

579. Lege ὑμῖν. Bent.

580. καὶ μὴ προσπέσῃ. Sensus potius exigit μή τι προσπέσῃ. Kust. σκοπῆτε καὶ τηρῆτε. Perperam Cod. et vett. edd. σκοπεῖτε καὶ τηρεῖτε. Illud jam repositum observo in priore Batava.—μή τι προσπέσῃ. Sic bene Kust. in notis; inconcinne vulgo καὶ μὴ προσπέσῃ. Brunck. καὶ μὴ προσπέσῃ. Lege μὴ καὶ, non μή τι cum Kust. qui tamen assensum nactus est Dorv. ad Chariton. p. 36. qui facete Bourdinum pro scholiaste citat. Pors. In Æsch. Suppl. 395. μὴ καὶ ποτὲ pro καὶ μήποτε edidit Pors., in Acharn. 930. ὅπως μὴ καὶ φέρων κατάξει Elmsl. e Mss. Mœr. p. 155. Thucyd. v. 45. init. τὸν Ἀλκιβιάδην ἐφόβουν, μὴ καὶ — ἐπαγάγωνται τὸ πλῆθος. Dobr. In Eccl. 286. malim λέγειν, μὴ καί ποτ' ἐξολίσθῃ. (καὶ μὴ Elmsl. Mus. Crit. Cant. Part. iv. p. 483.) ὅθεν καὶ φύσει optime Mss. Crippsio-Burneianus et Ambrosianus in Isæo Tyrwhit. p. 6. l. 13. pro ὅθεν φησὶ καί. Id.

581. ὑμῖν ἀφράκτοις. Sic bene Cod. Vulgo ἡμῖν. Brunck.

582. V. Vesp. 1295. Sed hic παῖς est servus. Berg.

583. Eqq. 1367. οὐδ' ἀγοράσει γ' ἀγένειος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ: ubi alter, ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων; Berg.

593. ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετ' ἄν; *qui sibi pilos evelli pateretur?* Hic est sensus quem perceperunt interpretes omnes; sed quem e vulgatis elicere non poterant, ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετο; Valet hoc, *qui sibi pilos evelli passus est*. Infinita sunt exempla omissæ a librariis particulæ ἄν, maxime in versuum fine. Vide supra 196. Lys. 141. 801. Brunck.

594. L. οἴομαι ἔγωγ'. Bent. Pors. Reisk. οὐκ οἴομαι ἔγωγ'. Vulgo claudicante versu, οὐκ οἴομ' ἔγωγ', male elisa diphthongo, quum vocalis brevis seq. vocis elidi debeat. Vide supra ad 217. Lys. 934. Brunck.

596. εἰ μὴ πεπύσμην. Scribendum εἰ μὴ 'πεπύσμην. Berg. ταυτί. τοῦτο. Nam ultima in ταυτὶ producitur. Reisk. ταῦτα τῶν. Perperam vulgo ταυτὶ τῶν, spondeo quartam senarii sedem occupante. Brunck. Lege 'πεπύσμην ταῦτα. Bent. Lege ταῦτα. Pors.

598. ἐλινύειν. Occurrit apud Æsch. Prometh. 53. et 528. et apud Herodot. in Clione, ubi de Orestis sepulcro. Berg. ἐλιννύειν gemino ν. Reisk. ἐλινύειν unico ν scriptum in cod. ut illud exhibent editiones omnes. ἐλιννύειν enotatum nescio unde in Scal. excerptis. Præter ea quæ notavi ad Æsch. Prom. 53. et ad Apollon. i. 862. vide Heynii, elegantissimæ doctrinæ viri, notam ad Pind. Nem. v. 2. Brunck.

600. λέληθεν ἡμᾶς. Sic bene et perspicue scriptum in Cod. [et reposuit Bent.] Vulgo ὑμᾶς. Rursus commutata pronomina, quorum confusio in libris fere perpetua est. Brunck. Meinekii causa Cur. Crit. p. 24. notandum, frustra Pors. opponi textum Inv., qui hic ut alibi passim, (verbi causa Lys. 519.) Brunck. interpolationes securus repetere videtur. Hoc etiam post Elmsl. monitum, Præf. Ach. viros doctos fugisse mirum est. Dobr.

601. καὶ σὺ ξυνέξευρ' αὐτόν. [Sic Bent.] Perperam vulgo, metro vacillante, συνέξευρ'. Supra 553. bene editum εἴρηχ' ὅσα ξύνοιδ'—, Atticum ξὺν, quod aliquoties diligentiam nostram fugit, ubique Aristoph. reddendum, nisi si præcedens vocalis e metri lege corripi debeat. Præstat hoc Toup. commento prolato ad Suid. iii. 83. καὶ σὺ συνανέξευρ' αὐτόν. Brunck. Lege ξυνέξευρ'. σὺ ξυνέξευρ' Suid. Ms. πρόξενος. Pors. Vitium inserta vocula γε facile sanari potuerat: καὶ σύ γε συνέξευρ' αὐτὸν —, *et tu quidem nobiscum eum investiga.* Koppiers. in Observat. Philol. p. 85.

602. αὐτήν τε Suid. [ed. et Ms. scil. ibid. Dobr.] Pors. πρόξενε. Quia ipse dicebat προξενῶ ὑμῖν v. 576. Berg.

603. τίς ἡ πρώτη σύ; Sic recte Cod. Vulgo τίς εἶ πρώτη σύ; Articulus hic omnino necessarius: at verbum bene subauditur. εἰ et η millies commutata. Verba ποῖ τις τρέψεται; et mox κακοδαίμων ἐγὼ, secum Mnesilochus dicit ad spectatores conversus, quæ ab aliis scenæ personis non exaudiri fingitur. Brunck. ποῖ τις τρέψεται; Hoc apud se dicit. Berg.

605. ἔμ' ἥτις. Sic recte ed. Paris. At quædam edd. male ἔμ' εἶτις. Ceterum ad versum supplendum inserenda est particula γε post ἥρου. Kust. Etiam ed. Farrei habet ἔμ' ἥτις. Berg. Lege ἔμ', ἥτις εἰμ', ἥρου [sic Tyrwhitt.], vel ἔμ', ἥτις, ἥρου; τοῦ. Bent. ἥτις ed. Par. L. igitur, ἔμ', ἥτις εἰμ', ἥρου; Cl. Kust. post ἥρου inserendum γε monet. Quod inficeto est inficetius rure. Pors. ἔμ', ἥτις, ἥρου; Sic bene ed. Zanettus. Junt., ut in Cod.

est, habet ἔμ' εἶτις ᾖρου; quam lectionem servarunt Basil. et minores Batavæ. Meliorem adsumsit Kust. e Paris. Wech. nam Venetas non noverat magis quam Junt.— Vulgo exciderat vocula ναὶ, quæ huic loco nonnihil addit leporis, et metrum sartum tectumque præstat. In cod. post ἔμ' εἶτις ᾖρου picta lineola mutatæ personæ index: tum sequuntur verba Κλεωνύμου γυνὴ, quæ tamen ab eadem muliere proferuntur ac superiora illa. Manifestum est, inter duo ista commata mediam olim fuisse voculam, diversæ personæ tributam, quæque versum explebat. Est ipsissimum illud ναὶ a me repositum, quo Clisthenes mulieris quæstioni respondet. Satis inepto fulcro versum sustentabat Kust. particulam γε post ᾖρου inserendo. Brunck.

606. Frob. ἥδε: lege ἠδὶ γυνή: vel ἥδ' ἡ. Bent. ἥδ' ἡ de exemplari Æm. Porti retinuerunt recentiores. Sed aures expetunt, ἥτις ἔσθ' ἡδὶ γυνή;. Nam ἥδ' ἡ κωμῳδία Nub. 534. in alio versatur metro, neque omnino cum illis comparandum. Et ἥδι quidem legi in Brub. In Junt. et reliquis est ἥδε γυνή: Scal. annotavit ἥτις ἥδ' ἐστὶ γυνή; Reisig.

609. διοίχομαι. Hoc secum dicens Mnesilochus abscedit, ut qui e templo clam elabi meditetur: sed a Clisthene revocatur. Brunck.

610. τί τὸ κακόν; Hæc verba in cod. ut vulgo, eidem personæ continuata. Mnesilocho tributa non male sic cohærerent, τί τὸ κακόν; ἔασον οὐρῆσαί μ'. Brunck.

611. ἀναίσχυντος εἶ. Lege μὲν εἶ. Bent. Scribe versus supplendi gratia ἀναίσχυντός τις εἶ. Sic enim Attici loqui solent, et eleganter apud eos particula τὶς interdum redundat. Sic infra in hac ipsa fabula 752. φιλότεκνός τις εἶ φύσει. Kust. ἀναίσχυντός τις εἶ. Sic optime Kust. in notis. Vulgo omissa vocula τις cum versus labe. Brunck. Conf. Porson. ad Eurip. p. 104. et Erfurdt. in horreo Regiomont. iv. p. 427. Dind.

616. γὰρ, ἐχθές. χθὲς γὰρ Suid. Ms. στραγγουριῶ. Pors.

617. τί καρδαμίζεις. Finxit hoc verbum a proximo κάρδαμα. Sic in Vesp. 649. quum alter dixisset, ὦ πάτερ, alter inquit, παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε. Berg.

620. ἐκ Κοθωκιδῶν. A pago sive populo Attico. Æschines orator etiam erat Κοθωκίδης. Berg.

621. ΚΛ. τὸν δεῖνα; ποῖον; ΜΝ. ἴσθ' ὁ δεῖν', ὅς καί ποτε | τὸν δεῖνα τὸν τοῦ δεῖνα. ΚΛ. λῃρεῖν μοι δοκεῖς. John Seager.

623. νὴ Δία, ὅσ' ἔτη γε. Sunt ista omnia Mnesilochi, ne minima quidem interpunctione in cod. distincta. Absurde vulgo verba ὅσ' ἔτη γε Clistheni tribuuntur, quærenti, juxta Kust. interpretationem, *Quot sunt anni?* Brunck.

624. ὁσέτη Schæfer. ad Greg. Cor. p. 65. Dind.

625. Sic distinguo: ΜΝ. ἡ δεῖν' ἔμοιγ'. οἴμοι τάλας. ΚΛ. οὐδὲν λέγεις. Mnesilochi erat τὸ οἰμώζειν, non Clisthenis. Schæfer.

627. σὺ δέ. Ad Clisthenem. Berg.

628. V. infra 1150-2. Berg.

629. V. Vesp. 837. Berg.

630. φέρ' ἴδω, τί πρῶτον ἦν. Ita solent qui in memoriam sibi aliquid revocare volunt. Berg. Lege φέρ' ἴδω τί πρῶτον ἦν; Τὰ πρῶτ' ἐπίνομεν. immo φέρ' ἴδω τί ἦν τί πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Sic Nub. 785. φέρ' — ἦν. Bent. Vulgo sic legitur hic versus: φέρ' ἴδω, τί πρῶτον ἦν; — ἐπίνομεν. toto deficiente pede. Poëtæ manum restituimus: φέρ' ἴδω, τί πρῶτον ἦν; — τί πρῶτον; ἐπίνομεν. Sic solent ad interrogationem responsuri, quæstionem repetere. Ran. 198. quærenti Charoni οὗτος, τί ποιεῖς; respondet Bacchus, ὅ τι ποιῶ; τί δ' ἄλλο γ' ἢ — Nub. 1248. quærenti Strepsiadi τουτὶ τί ἐστι; respondet Pasias, τοῦθ' ὅ τι ἐστί; κάρδοπος. Ibid. 787. quærenti Socrati τί δή γε πρῶτον ἐδιδάσκου; λέγε. respondet Strepsiades, φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; τί πρῶτον ἦν; qui locus hujusce geminus est et simillimus. Sæpissime contigit, ut repetitas ab auctore voces librarii semel tantum ponerent; cujus omissionis exemplum enotatum in Lys. 831. Brunck. Apte Brunck. citavit Nub. 787. Sed, quod vehementer mireris, non vidit, versum illum mancum sic integrari oportere: φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν. Pors. in Censura Aristoph. Brunck. p. 573. τί μέντοι Suid. ed. Ms. προπίνει. προπίνομεν Ms. Pors. Cf. Reisig. i. p. 231. Dind. ἐπίνομεν. In bibacitatem mulierum. Facit hunc divinare, quodnam fuerit primum illud mysterium, nec deinde negant mulieres. Berg.

632. τί δὲ τὸ τρίτον; Perperam vulgo τί δὲ τρίτον, metro vacillante, quia δὲ ante τρ produci non potest, ut observavi supra 450. et ad Lys. 613. Quia in præcedentibus nude πρῶτον, δεύτερον, sine articulo videbat librarius, hic etiam eum omisit. Brunck. Quam huic versui medelam feci, eadem summus Bentleius Menandri restituit senarium, Emend. lv. p. 26. ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τὸ τρίτον ἔθει τινί. ubi articulus itidem exciderat, metrumque fulserat Grotius inserta particula γε. Brunck. Legendum τί δαὶ τρίτον. Elmsl. ad Acharn. p. 52. Lege τί δαὶ — lege δ' αὖ τρίτον. Bent. Malo, τί δὲ τρίτατον;

Eadem menda apud Agathon. in Athen. x. 20. p. 454. Σκυθικῷ δὲ (vulgo τε) τόξῳ τρίτον (l. τρίτατον) ἦν προσεμφερές. Pors. Antea in ed. Porti Pors. τί δὲ τὸ τρίτον. Dobr.

633. σκάφιον ξένη. Pollux lib. x. cap. ix. similem vel potius eundem versum ex Aristoph. Polyido adducit: σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς. Unde Bisetus suspicatur ex Polluce forte in hoc loco pro ξένη μ' scribendum esse Ξένυλλα, ut Xenylla sit nomen proprium feminæ cujusdam; quod non displicet. Kust. σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς. Hunc versum citat Pollux x. 45. e comici Polyido, forte memoriæ lapsu: potuit tamen in binis fabulis exstare. Quod autem rebatur Bisetus, e Polluce scripturam hujus loci reformandam esse, et pro vulgato σκάφιον ξένη μ' ᾔτησεν, legi debere σκάφιον Ξένυλλ' ᾔτησεν, id certissimum est. Impressorum enim librorum corrupta est lectio: alterum liquido cod. exhibet ξένυλλ' ᾔτησεν. Superducta transversa lineola indicat nomen esse proprium, quod verum est. Brunck.

634. οὐδὲν λέγεις. V. Nub. 782. et alibi. Berg.

635. ὅδ' ἐστὶν ὡνήρ, ὃν λέγεις. [Sic Bent.] Vulgo minus bene ἀνήρ, omisso articulo. Brunck.

638. στρόφιον. Id est fascia vel zona, qua virgines et mulieres papillas vincire solebant. Nonio *strophium* est *fascia brevis, quæ virginalem tumorem cohibet papillarum.* Hinc Catullus in Epithal. Thetidis 65. '— — strophio lactantes vincta papillas.' Ejusdem moris meminit etiam Lucianus in Amor. p. 902. ed. Amstel. χωρὶς τῶν ἀμόρφως προσπεπτωκότων μαζῶν (lege μαστῶν), οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας: *præter turpiter dependentes mamillas, quas semper circumferunt vinctas.* Idem in Dial. Meretric. xii. p. 546. μεταξὺ τῶν μαστῶν, ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ. Ubi ἀπόδεσμος est vinculum mammarum. Val. Flaccus libr. iii. 526. 'cingula mammæ' dixit. Plura loca ab aliis jam ante observata hic non congeram. Kust. Ceterum in Catulli loco scribendum puto *luctantes.* Aristænetus Epist. 1. ὡς κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως: ubi doctus interpres, *quanto luctamine strophium impellant sororiantes papillæ.* Berg.

641. στεριφή. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 239. Dind.

642. νῦν οὖν. τότε δὲ —: *nunc scilicet* (nunquam ais peperisse), *paullo ante autem eras mater novem liberorum.* Reisk. νῦν; τότε δὲ μήτηρ —. Vulgo laborat hic versus interpunctionis et metri vitio. Impressi omnes δὴ pro δὲ habent. Hoc ad Cod. fidem reposuimus, in quo etiam bene post νῦν distinctum: sed hoc præstat interrogative efferri. De metri vitio silent Kust. et Berg. Hunc quidem id non animadvertisse, nihil est quod mirer: at illum Scal. excerpta, quibus utebatur, sagaciorem reddere poterant. In iis enotatum νῦν δέ· τότε δὲ — vel νῦν δή· τότε δὴ μήτηρ —: quarum lectionum prior vulgata melior, altera deterior adhuc est. Brunck. Lege νῦν· τότε δὲ μήτηρ. Pors.

644. Lege: ΓΥ. τοδὶ δ' ἔκυψε. Bent. Personis hoc loco absurdum in modum divisæ erant loquendi vices: 638. mulieri perperam tribuitur; ad Clisthenis partes pertinet, cui demandatum munus Mnesilochum arguendi. Dixerat ei mulier ἀπόδυσον αὐτόν. Tum ille pro imperio Mnesilochum jubet fasciam solvere: postea rursus eum jubet surgere rectumque stare. V. ἀνίστασ' ὀρθὸς Clistheni adscribi debuit: sequens totus est mulieris: in Cod. uni personæ tributus est, sed male, ut vulgo, τοδὶ δὴ ἔκυψε scriptum est. Metrum et sensus flagitant, id quod reposuimus, τόδ', ἰδού, ἔκυψε. Brunck.

645. Lege: ΓΥ. μὴ 'λλά. Vid. Ran. 103. Bent. αὖθις ἐς τὸ πρόσθεν οἴχεται. Mallem ἐς τὸ νέρθεν, quod res ipsa flagitare videtur. Brunck.

646. οὐκ ἔν γε ταυθί. Lego οὐκοῦν γε τουτί; *annon hoc?* subintellige, *est veretrum.* Kust. Recte habet ἔν γε ταυθί, sive, ut Elmsl. ad Acharn. p. 54. scribit, ἐνγεταυθί. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 414. Dind.

647. ἰσθμόν τιν' ἔχεις ἄνθρ. Versum hunc comico nostro ex Suid. v. ἰσθμὸς restituendum esse primus vidit et monuit Bisetus. Priores enim edd. eum non agnoscunt: unde uncis eum inclusimus. Verba autem Suid. ad hunc locum jam attulit Bisetus. Ceterum quod Suid. ait, Corinthios per Isthmum solitos fuisse naves trahere, ut scilicet ab uno mari ad alterum per compendium commearent, non video, quomodo cum veritate historica congruat. Nam Isthmum Corinthiacum perfossum unquam fuisse non legimus. Quin potius tentatam quidem illam perfossionem fuisse, sed irrito conatu, historiæ veteres tradunt. Kust. ἰσθμόν τιν' ἔχεις, ἄνθρωπ'· (l. ὦ 'νθρωπ'·) ἄνω τε καὶ κάτω ex Suida v. ἰσθμὸς supplevit Bisetus. Suid. ed. Ms. ἰσθμ. Pors. Hic versus in Cod. contextu omissus, in margine ab eadem manu adscriptus est. Bene eum a Biseto monitus Kust. e Suid. in 'Ισθμὸς comico restituit; sed quod eum uncis inclusit, id minime probandum est. Corinthii, ne totam Peloponnesum circumnavigare cogerentur, naves machinis traducebant per Isthmum

ab uno mari ad alterum. Sic intelligi debet vetus Schol. cujus ad hunc locum verba descripsit Suid. ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ ἰσθμοῦ εἷλκον. οἱ Κορίνθιοι, ὥστε μὴ περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ διϊσθμονίσαι ἐκάλουν. Dicebatur etiam διϊσθμεῖν, ὑπερισθμεῖν, ὑπερνεολκεῖν, quorum verborum exempla apud Polybium reperiuntur. Male hoc de fossa accepit Kust. quum terrestri via navium illa traductio fieri soleret. BRUNCK. Elmsl. ad Acharn.p. 61. scribendum videtur ἰσθμόν γ' ἔχεις. DIND. ἄνω γε καὶ κάτω. γε hic pro γὰρ, ut sæpe positum. Thucyd. et Xenoph. Hellenicis sæpe naves per Isthmum trajectas memorant. REISK.

649. ὦ μιαρὸς οὗτος· ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου κ. τ. λ. Sic ista interpungo, quoniam fidem Junt. exemplari habeo. In posterioribus comparuit ὁ μιαρὸς οὗτος ταῦτ' ἄρ' —, sed antiquam scripturam, ὦ μιαρὸς —, revocavit Gelenius. REISIG.

651. εἰσεκύλισα. Sic legendum est. Nam priores edd. male habent vel εἰσεκύλησα vel εἰσεκύλυσα. Vide nos etiam de hac voce infra ad v. 767. KUST. Frob. εἰσεκύλυσα. Gry. — λησα. lege — λισα. vel lege —κλησα. Vid. 272. BENT. εἰσεκύλισα. Cod. ut vett. edd. perperam εἰσεκύλησα. Non magis hic quam infra 767. emendari debuit εἰσεκύκλησα. BRUNCK.

652. τουτονὶ φυλάττετε. Quis non videt ista in Clisthenis partes transferri debuisse? Absurde vulgo mulieri continuantur. At bene in Cod. distincta sunt: post τί δρῶμεν ducta lineola mutatæ personæ index. BRUNCK.

653. διαφυγὼν οἴχεται. Versus hic claudicat, utpote syllaba una brevior. Quare cum Scal. rescribo διαφυγὼν οἴχοιτό πῃ. KUST. Scal. οἴχοιτό πῃ. Lege οἰχήσεται. BENT. οἰχήσεται Dawes. et post eum Reisk. οἴχοιτο πῃ Kust. οἴχοιτό πῃ Hoogeveen. de Particulis. Verissima est emendatio Dawes. Idem mendum apud schol. ad Vesp. 49. Sic legendum γενήσεται pro γένηται in Platonis comici versu apud Suid. v. ὑπέρου, quem male correxit Toup. in Suid. iii. p. 257. et δυνήσεται pro δύνηται in Xenoph. Anabas. p. 125. ed. 8vo. si vera sint quæ notat Dawes. Misc. Crit. p. 222. PORS. ὅπως μὴ διαφυγὼν οἰχήσεται. Vulgo deficiente syllaba οἴχεται, quod e scripturæ compendio ortum videtur. Genuinam lectionem certissime restituit Dawes. Vesp. 51. ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν ἐς κόρακας οἰχήσεται. De his Atticis futuris dictum ad Lys. 459. BRUNCK.

654. τοῖς Πρυτάνεσιν. Sic bene Cod. [et Bent.] Vulgo poetica forma Πρυτάνεσσιν, quæ ne metro quidem sustentando necessaria est. BRUNCK.

655. μετὰ τοῦτ'. Sic Cod. et edd. omnes præter novissimam, in qua, nescio unde, ἐπὶ τοῦτ'. BRUNCK. Conf. Reisig. i. p. 224. DIND.

656. εὖ κἀνδρείως. V. Vesp. 438. BERG.

657. ζητεῖν εἴ που. Versum hunc levi mutatione cum metro in concordiam redegi. Ante enim pro ἐσελήλυθε legebatur εἰσελήλυθεν, repugnante modulo versus. KUST. Lege εἰσήλυθε vel ἐσελήλυθε. BENT. εἰσελήλυθεν. In ed. 1532. notat Pors. "ἤλυθεν Demosth. c. Mid. p. 110, 13. ed. Tayl. in Ms. Barocc." Locus est p. 335. n. 117. Par. 535. R. DOBR. ἐσελήλυθε. Malim εἰσῆλθεν. ELMS. ad Acharn. p. 39.

658. πύκνα πᾶσαν. Scal. reponendum censet πνύκα. Sed quamvis casus rectus sit πνὺξ, casus tamen obliqui bifariam efferuntur, πνυκὸς et πυκνὸς, πνυκὶ et πυκνὶ etc. Etymol. πνύξ. ἡ γενικὴ πνυκός· διὰ δὲ εὐφωνίαν, πυκνός. Genitivus πυκνὸς legitur apud comicum nostrum Eqq. 165. καὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τῶν λιμένων, καὶ τῆς πυκνός. Schol. ad eum locum: πυκνός. τῆς ἐκκλησίας. μετάθεσίς ἐστι τῶν στοιχείων. εἰ γὰρ πνὺξ ἐστὶν, ἔδει πνυκός. νῦν δὲ πυκνός. Dativus πυκνὶ pro πνυκὶ occurrit in Eccl. 243. et accusativus πύκνα pro πνύκα in eadem fab. 281. Vide etiam Harpocrat. et Suid. v. πυκνί. KUST. πνύκα. Ita edd. Farrei et Brub. Nupera πύκνα, de quo vide ibi notas. Nos perpetuum consensum editionum in antecedentibus etiam animadversum sequimur. BERG. τὴν Πνύκα. Male Cod. ut Junt. τὴν πύκνα. Legitimam scripturam reposuit Zanettus et enotavit in Excerptis Scal. Suavis est ad hunc locum Kust. qui librariorum errores, ubique corrigendos, in exemplum trahit, ut probet e recto πνὺξ declinari casus obliquos πυκνὸς, πυκνὶ, πύκνα, quod absurdum est. In Pnyce, de qua videndus Meurs. Ath. Att. ii. 9. [et Schœmann. de comitiis Athen. p. 54. seqq.] habebantur populi conciones: ideo templum in quo tunc concioni habendæ congregatæ erant mulieres, facete comicus Pnycem appellat. διαθρῆσαι. Sic Kust. in notis bene. Vide ad Lys. 408. BRUNCK. Legendum ex Kust. conjectura διαθρῆσαι, quæ vox occurrit Nub. 700. Eq. 540. PORS. Vide præf. Hec. p. lvii. DOBR. Aristoph. multa carmina antistrophica in superioribus tractata sunt. Hic unum tantummodo commemorabo, quod corruptissimum est, non quia persanasse mihi videar, sed ut certe emendandi viam aperiam. Exstat autem in Thesmoph. 667. ην γαρ μη λαθῃ δρασας

ἀνοσια, | δωσει τε δικην και προς τουτῳ | . . . . τοις δ' αλλοις εσται πασιν | παραδειγμ' ὑβρεως, | αδικων τ' εργων, αθεων τε τροπων· | φησει δ' ειναι τε θεους φανερως, | δειξει τ' ηδη | πασιν ανθρωποις σεβιζειν δαιμονας, | δικαιως τ' εφεπειν ὁσια και νομιμα, | μηδομενους ποιειν ὁ τι καλως εχει. | κἀν μη ποιωσι ταυτα, τοιαδ' εσται. | αυτων ὁταν ληφθῃ ποτε τις | ανοσια δρων, μανιαις φλεγων, | λυσσῃ παρακοπος, ει τι δρῳ· | η . . . . πασιν εμφανης ὁρᾳν | εστιν γυναιξι και βροτοις, | ὁτι τα παρανομα, τα τ' ανοσια θεος | παραχρημ' αποτινεται. antistropha, v. 707. τι ουν αν ειποι προς ταυτα τις, ὁτε | τοιαυτα ποιων ὁδ' αναισχυντει; | κουπω μεντοι γε πεπαυμαι. | αλλ' ουθ' ἡξεις ὁθεν ἡκεις, | φαυλως τ' αποδρας | ουτοι λεξεις, οἱον δρασας | διεδυς εργον. ληψει δε κακον. | τουτι μεντοι | μη γενοιτο μηδαμως, απευχομαι. | τις ουν σοι, τις αν ξυμμαχος εκ θεων | αθανατων ελθοι ξυν αδικοις εργοις; | ματην λαλειτε· την δ' εγω ουκ αφησω. | αλλ' ου, μα τω θεω, ταχ' ου | χαιρων ισως ενυβρισεις, | λογους τε λεξεις ανοσιους. | αθεοισιν εργοισιν γαρ αν- | ταμειψομεσθα σ', ὡσπερ ει- | κος, αντι τωνδε. ταχα δε σε | μεταβαλουσ' επι κακον ἑτεροτροπον | επεχει ποτε τις τυχη. Hermann. Tolle inconcinnam interpretationem, quæ vulgo habetur post versum 663. hanc Εἶα νῦν ἴχνευε, καὶ μάτευε ταχὺ πάντα vel πάντ', et tertio abhinc versu repone, Πανταχῇ διάριψον ὄμμα καὶ τῇδε καὶ τὰ δεῦρ', itidem sublatis, quæ, in præcedentibus inventa, vulgo addi solent, hisce πάντ' ἀνασκόπει καλῶς (cf. 963.), dein metri causa scribe, verbis transpositis, Τοῖς ἄλλοις ἔσται ἅπασι, quem versum inter et antecedentem forte excidisse alium similem non sine veri specie existimat G. Hermann. de Metr. p. 446., et congruere has strophas jam satis intelliges. In sequentibus sic legas velim: Δικαίως τ' ἐφέποντας ὅσα νόμιμα (*dochm.*) (vulgo inconcinne, ὅσια καὶ νόμιμα μηδ. De ὁσίοις dictum 676-7. hic jus humanum agitur). Μηδ. —— ἔχει. (*dochm.*) | Κἂν —— ἔσται· (*iamb. senar. catal.*) Αὐτῶν δ. λ. τις οὖν ἀνόσια δρ., μ. φλ., | Λύσσῃ παράκοπος πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾷν ἔσται γυναι- | (*iamb. tetram.*) | ξὶ καὶ βροτοῖσι, (*iamb. monom. hypercat.*) | Ὅτι τὰ παράνομα παραχρῆμ' ἔσθ' ὅτε (*dochm.*) | Θεὸς ἀποτίνεται· (*dochmius,*) clausula. Quæ vulgo leguntur post παράκοπος hæc εἴ τι δρῴη, sunt ab inepto nescio quo glossatore, constructionem loci non assecuto, quæ talis est: ὁρᾷν ἔσται ἐμφανὴς πᾶσι λύσσῃ παράκοπος, (Quando quis egerit impie), manifesto insanus omnibus videbitur. Quæ in extrema stropha exhibent vulgatæ, παραχρῆμά τε τίνεται, cum et juxta ἀποτίνεται consistere non possint et metro noceant, nata existimo ex παραχρῆμ' ἐστὶν ὅτε vel παρ. ἔσθ' ὅτε, quo recepto, tum versus sibi constat, tum sententia verior existit, siquidem non semper in ipso facto deprehenduntur scelerati. In antistropha ἀμέτρως, ut passim, inserta sunt ista Ἔα ἔα, ὤ! Fere media non sine emphasi metroque convenientius lectum iri puto, Τί, τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτά τις, ὅτε —, dein iisdem de causis, Φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐκ, οὐ λέξεις—. Vid. ad Acharn. 213. Mox Τουτὶ μέντοι reponendo versum restituit G. Hermann. Quæ versus finem antistrophæ leguntur, λόγους τε λέξεις ἀνοσίους, glossatoris sunt, hæc verbis ἀθέοισιν ἔργοισι pulchre respondere arbitrati. His itaque deletis, sic legendum puto: Ἀθέοισιν ἔργοισιν γὰρ ἀνταμειψόμεσθά σ', ὥσπερ εἰ- | κὸς ἀντὶ τῶνδε. | Τάχα δέ σε μεταβαλοῦσ' ἔθ' ἑτεροτρόπου | Ἐπέχει τις τύχη. Quæ vulgo exhibentur Τάχα δέ σε μ. ἐπὶ κακὸν ἑτερότροπον ἐπ. τις τ., male affecta mihi videntur tum intruso κακὸν, interpretamento illo τοῦ ἑτερότροπον, tum ἐπὶ scripto, sicut sæpius, pro ἔτι, in posterum. Ἕτερος pro κακὸς passim legitur. Vid. Valck. diatrib. Eurip. p. 112. Vertere hæc licet: Fortasse autem pravis moribus abstinere in posterum te faciet fortuna conversa. Hotib. 663. et sqq. στροφή. εἶα νῦν ἀνίχνευε ταχὺ πάντ'· | εἴ τις ἐν τόποις ἑδραῖος | ἄλλος αὖ λέληθεν ὤν· | ἀντιστροφή. πανταχῇ διάριψον ὄμμα, | καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο | πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. | ἐπῳδός. ἢν γὰρ μὴ λάθῃ | δράσας ἄνισα, δώ- | σει τε δίκην, καὶ πρὸς τούτῳ | τοῖς ἄλλοις ἔσται πᾶσιν | παράδειγμ' ὕβρεως ἀδίκων τ' | ἔργων ἀθέων τε τρόπων· | φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς, | φανερῶς δείξει τ' ἤδη | πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν | δαίμονας δίκαιά τ' ἐφέπον- | τας ὅσια | νόμιμά τε, | μηδομένους ποιεῖν | ὅττι καλῶς ἔχῃ. | κἂν μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται. | αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις ὅσια μὴ δρῶν | μανίαις φλέγων, λύσσῃ | παράκοπος, εἴ τι δρῴ· | η, πᾶσιν ἐμφανὴς ὁρᾷν | ἔσται γυναιξὶ καὶ βρότοις [sic], | ὅτι τὰ παράνομα | τά τ' ἀνόσια θεὸς | ἀποτίνετ', οὐ | παρὰ χρῆμ', ἔτι. Si quis hæc mea conferat cum scriptis Hermanni de Metr. p. 446. necnon Hotib. p. 122. statim confitebitur nostram rationem esse verissimam: cujus facilitas adeo se commendat, ut in loco, quem alii corruptissimum vocant, ipse nihil fere mutandum inveniam præterquam in v. 1. ubi vulgatur νῦν ἴχνευε καὶ μάτευε pro ἀνίχνευε ἢ μάτευε: de ἢ et καὶ permutatis vid. Pors. Orest. 821. Burges. in Indice ad Dawes. H. V. 8. Vulgo ἀνόσια. Dedi ἄνισα. Vox

eadem restitui debet Soph. Philoct. 684. Ὃς οὔτ' ἔρξας τιν' οὔτε νοσφίσας. Ἀλλ' ἴσος ἐν ἴσοις ἀνὴρ—ubi redditur quidem νοσφίσας, *fraudatus*. Verum aut istud abundet necesse est, si κακὸν post ἔρξας subaudiatur, aut ἔρξας intelligi nequeat, κακὸν omisso. Lege igitur Ὃς οὔτ' ἔρξας οὔτ' ἄνισα φράσας, Ἀλλ' ἴσος ἔν γ' ἴσοις ἀνήρ. De verbis δρᾷν et λέγειν oppositis trita sunt omnia: cf. tamen fragmentum Peryctionis apud Stob. p. 457. οὔτε λέξαι δεῖ κακὸν γονέας οὔτε ἔρξαι. Neque mendis caret Antistrophicus, Κατευνάσειεν εἴ τις ἐμπέσοι φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἑλεῖν. ubi schol. exponunt per οὐκ ἔχω οὐδὲ ὅστις ἕλοι φύλλον αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς ἢ ὄρνιν τοξευθέντα ὑπὸ Φιλοκτήτου καὶ ἐμπεσόντα εἰς τὴν γῆν. Unde erui potest Κατευνάσει', οὐδ', εἴ τιν' ἐμπέσοι, Φορβάδ' ὅς ἔκ γε γᾶς ἕλοι. Hinc et expediendus est Hesych. Φόρβαντα ἰατρικὰ φάρμακα: lege Φορβάδα, τὰ ἰατρικὰ φάρμακα: mox ἔκ γε γᾶς est Soph. Cf. Philoct. 528. et Trach. 801. ἔκ γε τῆσδε γῆς. Hæc obiter: ad Comicum redeo. V. 22. Rav. τις ὅσια δρῶν. inserui μή. Kust. tacite ἀνόσια δρῶν. V. 25. Optime Rav. ἐμφανής: mox dedi ἔσται: futurum tempus sententia postulat enixe. V. 29. Vulgo θεὸς ἀποτίνεται παράχρημά τε τίνεται. Unde, expulso τίνεται, erui θεὸς ἀποτίνετ' οὐ παρὰ χρῆμ', ἔτι. Sententia est Horatianæ similis: 'Raro antecedentem Deseruit pede pœna claudo:' et illi Solonis: τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη (δίκη). G. Burges.

659. εἶα secunda brevi: sunt enim hi versus trochaici. Male vulgo hic et mox infra excusum εἶα. Est autem εἶα adverbium adhortandi, quod sæpe apud comicum recurrit, maxime vero in Pace v. 459. seqq. Ab eo, eadem ratione, qua alia ab aliis adverbiis verba, de quibus supra ad v. 231. formatur verbum εἰάζω. Hesych. εἰάζων, εἶα ἐπικελεύων. Εὐριπίδης Χρυσίππῳ. Brunck. Vid. Reisig. Syntagm. Crit. p. 19. Dind.

660. Versum hunc numeris suis restitui, qui in prioribus edd. turbatus sic legitur: καὶ—πανταχῇ. Kust. In Cod. ut in vett. edd. inversæ cum metri et sententiæ labe voces: καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ μόνον δὴ χρὴ πανταχῇ. Hic rursus metrum restituit Kust. Nihil in Codd. frequentius obvium, quam hujuscemodi vocum trajectiones. Brunck. Conf. Reisig. i. p. 244. 275. Dind.

661. ὡς ὁ καιρός. Ita ed. Farrei cum articulo ὁ: aliæ editiones male omittunt, et addendum vidit Kust. propter metrum. Sic Plut. 255. Berg. ὡς ὁ καιρός. In prioribus editt. male legitur ὡς καιρὸς, omisso articulo ὁ, quem fulciendo metro hic inserui. Sic supra Plut. 255. ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. Kust. Quis lecta hac nota non credat Kust. e conjectura infersisse articulum ὁ? Quis ejus tergo non timeat, ne censoriæ virgæ subjiciatur vibicibus? Sed securi estote, o boni: tutum eum præstabo. Est articulus ille ὁ non solum in August. Cod., sed etiam in quinque primis editionibus. Non eo nomine culpandus est Kust. quod optima crisi versum hunc emendatiorem exhibuerit, quam Æm. Portus; sed quod Aristoph. edere aggressus, ne unam quidem edd. veterum, quæ alicujus esset momenti, consuluerit. Brunck.

662. Lege χρῆν. Bent. χρή σ'. cf. 726. Pors. In ed. Porti Pors. χρῆν. Dobr.

665. πανταχῇ διάρριψον ὄμμα κ. τ. λ. V. Eurip. Iphig. Taur. 68. et Phœn. v. 272. Berg. διάρριψον. Male vulgo in trochaico versu διάῤῥιψον. Brunck. Vide Reisig. i. p. 275. Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 85. Dind.

666. V. Avv. 425. Berg.

667. Vid. Reisig. i. p. 277. Dind.

669. τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἔσται. Superior versus et seqq. usque ad 673. sunt anapæstici, quorum ad normam hic facile redigi potest, et, ut opinor, debet. Rescribe, ἔσται τοῖς ἄλλοισιν ἅπασιν. Brunck. Meliores erunt anapæstici numeri, si scribatur, τοῖς ἄλλοισίν γ' ἔσται πᾶσιν. | vel ἔσται πᾶσιν τοῖς ἄλλοισιν. Prius genuinum videtur. Brunck. Vid. Reisig. i. p. 281. Dind.

674-6. Vid. Reisig. i. p. 281. Dind.

675-6. Sunt transponendi. Reisk.

677. ποιεῖ θ' ὅτι. Reisk.

678. ποιῶσι. Sic Cod. recte. Nullum hic usum præstat ν paragogicum in iambico versu: ideo etiam 683. γυναιξὶ lego, non γυναιξίν. Brunck.

679-83. Vid. Reisig. i. p. 282. Dind. Frob. ὅσια. Lege ἀνόσια. Bent.

681. παράκοπος. Eurip. Bacch. 32. τοίγαρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ μανίαις, ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν. Æsch. Agamem. 487. τίς ὧδε παιδνὸς ἢ φρενῶν κεκομμένος; Apud eundem in Eumen. 330. per synonymiam, παρακοπὰ, παραφορὰ, φρενοδαλής. Et παρακόπτειν, *insanire*, ut in Hippocr. epist. 12. initio, οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος. Sic παραπαίειν apud nostrum Plut. 508. et Pac. 89. Berg.

684. In hanc sententiam Eurip. in Bacchis, nisi quod non dicit cito, sed tarde puniri impios: ὁρμᾶται μόλις, ἀλλ' ὅμως πιστόν τό γε θεῖον σθένος. ἀπευθύνει δὲ βροτῶν τούς τ' ἀγνωμοσύναν τιμῶντας, καὶ μὴ τὰ θεῶν αὔξοντας, σὺν μαινομένᾳ δόξᾳ. Berg.

686. Lege παράδειγμα ut 670. Bent. γίνεται. Ed. Farrei τίνεται, quod magis placet. Berg. τίεται, *supplicium et vindictam sumit*. Reisk. παραχρῆμά τε τίνεται. Sic Cod. et Venetæ ed. Junt. γίνεται. Brunck. Conf. Reisig. i. p. 285. Dind.

689. ἂ ἄ. Ed. Farrei ἔα, idque extra versum, nec in eadem linea. Ceterum si pro ἂ ἄ, ποῖ etc. legas ἆ, ποῖ, metrum recte se habebit. Aut si ἂ ἂ extra versum legas et gemines ποῖ ποῖ, ut Scal. volebat. Berg. Metrum recte fulcietur, si cum Scal. scribas ποῖ ποῖ σὺ φεύγεις; Nam interjectio illa ἂ ἂ hic extra versum legenda est, ut interdum quoque φεῦ, αἰβοῖ, et aliæ hujusmodi particulæ. Kust. Exclamandi adverbia sunt extra versum. Ad eundem modum quo hic, scripta sunt in Cod. et excusa in vett. edd. id est a seq. versu separata. In Cod. ἄ ἄ: in Venetis edd. ἔα. Versus autem deficiente syllaba claudicabat, vocula ποῖ semel tantum posita, quam a poeta geminatam fuisse acute Bisetus vidit. Sic infra 1093. Pl. 417. ποῖ, ποῖ; τί φεύγετον; Cf. supra 196. 630. Lys. 831. Brunck. ποῖ ποῖ σὺ φεύγεις; Scal. [et Bent.] probante Valken. ad Eurip. Phœn. 904. Pors. Conf. Reisig. i. p. 283. Dind.

690. καὶ τὸ παιδίον ἐξαρπάσας. Mnesilochus quum videret se in magno periculo esse, rapit a muliere quadam infantem (infantem enim esse putabat) et cum eo ad aram confugit, ut quasi obsidem habeat, atque, si mulieres ipsum velint occidere, eas ab incepto deterreat, tanquam prius infantem occisurus. Imitatur autem comicus Eurip. Androm. sed œconomiam invertit; nam ibi Andromacha, quam Hermione et Menelaus volebant occidere, ad aram confugit, ut ibi sarta tectaque esset: Menelaus autem, ut eam cogat inde discedere, absconditum alicubi filiolum ejus comprehendit, et occisurum minatur, ni mater aram deserat. Simile quid est in Œd. Col. Soph. ubi, quum Creon vellet Œdipum cogere, ut rediret Thebas, comprehendit illius filias. Vide ibi 812. aut 852. Hæc apud tragicos seria sunt, comicus autem in iis jocatur; ut etiam facit in Acharn. ubi quum carbonariorum grex vellet occidere Dicæopolin, iste arripit corbem carbonarium, et eum contra prius occidere vult, et sic grex miseratione corbis motus, parcit Dicæopolidi. Vide ibi ad 331. Berg.

693. ἢν μή μ' ἀφείητ'. Redundat in hoc versu syllaba, quæ tolletur, si scribas ἢν μή μ' ἀφῆτ' in modo conjunctivo, ut vocant. Kust. ἢν μή μ' ἀφῆτ' —, vulgo ἀφείητ', quod in metri et in sermonis legem offendit. ἀφείημεν, ἀφείητε, formas esse Atticis inusitatas ostendit Dawes. p. 246. Tolerabilior esset codicis lectio ἀφεῖτ', legitima formatione, sartoque metro. Sed ἢν subjunctivo jungi debet, itaque ἀφῆτ' reponendum erat. Brunck. Lege ἀφῆτ'. Bent.

694. πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε. Locus est proculdubio tragici alicujus, ut ex stilo, qui cothurno potius quam socco convenit, colligi potest. Kust.

697. στήσεσθε καὶ τροπαῖον. Antea legebatur στήσεσθε τροπαῖον, omissa vocula καὶ, non sine manifesto detrimento et versus et sensus. Quare magnus Scal. quum hoc animadverteret, inserta particula νῦν post στήσεσθε, ruentem versum fulciendum putabat. Sed nostra lectio utique præferenda est, non solum quia sensui melius convenit, sed etiam quia nititur auctoritate Corinthi de Dialecto Attica, et Schol. ad Plut. 453. ubi locus hic citatur. Ceterum βοὴν στῆσαι vel στήσασθαι pro *clamorem tollere* vel *vociferari*, phrasis est bene Attica, quam Bourdinus et Bisetus non videntur intellexisse. Eurip. Iphig. Taur. 1307. ἵστησι βοήν. idem in Heraclid. 656. τί γὰρ βοὴν ἔστησας; et v. 129. βοὴν ἔστησε. Plura hujus φράσεως exempla collegit Paul. Leopardus, vir doctissimus, et qui magno cum judicio veteres triverat auctores, Emend. lib. vii. cap. 22. Kust. στήσεσθε καὶ τροπαῖον. Ita ed. Farrei [et Bent.]. In aliis edd. deest particula καὶ, quam proinde recte Kust. in sua ed. restituit. Berg. στήσεσθε καὶ τροπαῖον. Cod. et Junt. στήσεσθε τροπαῖον omissa copula, quam Venetæ edd. exhibent, restitutam a Zanetto sive ex metri necessitate et sermonis indole, sive e comici scholiaste ad Plut. 453. quem descripsit Corinthus de Dial. p. 8. [22.] In ceteris editt. claudicat hic versus, quem Kust. a se primo restitutum fuisse arbitrabatur. De formula ἱστάναι βοὴν vide P. Leopardi Emend. vii. 22. Brunck.

699. et sqq. ἔα ἔα· | ὦ πότνιαι Μοῖρ- | αι, τί δὲ δέρκομαι | νέοχμον αὖ τέρας; Hæc, ni fallor, sunt Euripidea. Vid. Beck. Ind. v. Νέοχμος et Τέρας.

700-1. Vid. Reisig. i. p. 291. Dind.

702. ὡς ἄπαντ' ἐστίν. Est versus trochaicus, sed cui deest syllaba. Quare metri gratia scribendum erit, ὡς ἀπαντά γ' ἐστὶ τόλμης etc. Kust. Sed puto ἄπαντ' ἄρ' ἐστὶ scripsisse comicum; nam in ed. Farrei est ὡς ἅπαν γάρ ἐστι. Parum autem interest. Berg. F. ὡς ἄπαντα τοῦδε τόλμης (subint. ἐστί); *ut sunt*

hujus viri omnia facinora producta audaciæ et impudentiæ. Reisk. Vid. G. Burges supra. Dind. Tetrameter est trochaicus, cujus vulgo fracti sunt pedes, ὡς ἅπαντ' ἐστὶν τόλμης. In Cod. ὡς ἅπαν γάρ ἐστιν τόλμης—oportuit ἐστί. Bene procedit phrasis, ἅπαν ἐστὶν ἔργα τόλμης καὶ ἀναισχυντίας. Aliter e Suid. quem tamen huc respexisse non liquet, Toup. Epist. Crit. p. 33. [ii. p. 443.] ὡς ἅπαντ' ἐστὶ πλέα τόλμης ἔργα κἀναισχυντίας. Suid. verba sunt, ἅπαντα τόλμης πλέα κἀναισχυντίας. ἐπὶ τῶν ἰταμῶν καὶ ἀναιδῶν. Brunck. Gry. ὡς ἅπαν γάρ: lege ὡς ἅπαντ' ἄρ' ἐστί. Bent. Vid. Reisig. i. p. 272. 273. Dind.

704. ἐξαράξω e certissima Toup. emendatione, quem vide ad Suid. i. 141. [i. p. 180.] Vulgo legitur absque metro et sensu, οἷον ὑμῶν ἐξάρξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν. Sed ante Toup. sic legendum esse jam monuerat Reisk. cujus, quia brevis est, totam notam proponam: ἐξαράξω τὴν ἄγαν αὐθαδ. — *o quam pulchre vobis nimiam vestram audaciam excutiam!* Confer Dionys. Hal. Ant. p. 38. 44. Dawes. hic destituit nota illa sagacitas. Occurrit verbum ἐξαράττω Nub. 1373. Equit. 641. Brunck. Lege ἐξαράξω vel ἐξαράξει [ut Tyrwhit.]. Bent. ἐξερῶ 'γὼ Dawes. Misc. Crit. p. 330. ἐξαράξω etiam Sanctamandus apud Burges. Not. in Dawes. p. 485. Pors.

706. Hujus etiam versus, prout vulgo legitur, metrum solutum: δῆλον δῆθ', ὅτι γ' ἔχει μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον. Proclive erat emendare ὁτιή γ' ἔχει. Placuit mihi magis ὅτι γ' οἴχεται. Sed fateor alterum præferri debuisse, quod a veteri scriptura unica tantum litera differt, eaque a librariis in hac voce alibi omissa. Exemplum habuimus in Lys. 1228. ἔχει ἐξαρπάσας valet ἐξήρπασε, formula satis obvia, de qua suffecerit legisse Valck. observata ad Eurip. Phœn. 712. Brunck. Lege δῆτά γ' ὅτι vel δῆθ' ὁτιή γ'. Bent. Pors. præf. ad Hec. p. liv. ed. Lips. corrigit, δεινὰ δῆθ' ὅστις γ' ἔχει μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον. Herman. Elem. Doctr. Metr. p. 86. genuina videtur Rav. libri scriptura. Sed vide Reisig. i. p. 291. Dind.

707. et sqq. XO. τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτ' ἔτι τις; | τοιαῦτα ποιῶν ὅδ' ἀναισχυντεῖ; | MN. κοὔπω μέντ' οὔτι πέπαυμαι· XO. ἀλλ' οὖθ' ἥξεις ὅθεν ἥκεις· | φαύλως τ' ἀποδρὰς οὐ μὴ | λέξεις οἷον δράσας | διέδυς ἔργον, | λήψει δὲ κακόν· | MN. τοῦτ' ἔμ' οὔτι μὴ γένηται | μηδαμῶς, ἐπευχόμεσθα· | XO. τίς οὖν σοι τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν | σὺν ἀδίκοις ἔργοις ἀθανάτων ἔλθοι; | MN. μάτην λαλεῖτ'· ἐγ' | οὐ τήνδ' ἀφήσω. | XO. ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεώ, | τάχ' οὐ χαίρων ἴσως | ἐνυβρίσεις λόγους τε λέξεις | ἀνόσιους [sic], ἀθέοις γὰρ ἔργοις | ἀνταμείψομ', ὥσπερ | εἰκὸς, ἀντὶ τῶνδε· | τάχα δέ σ' αὖ | μεταβαλοῦσ' | ἐπὶ κακὸν | ἑτερότροπ- | ον ἐπέχει | τις τύχη. V. 1. Vulgo ταῦτά τις ὅτε. Reposui τοῦτ' ἔτι τις. De ἔτι sæpe corrupto vid. Elmsl. ad Acharn. 306. ubi debet legi, Πῶς δὲ καὶ καλῶς λέγοις ἄν; Vid. Monk. ad Alcest. 498. V. 3. Vulgo μέντοι γε: at γε nunquam sequitur μέντοι: vid. Pors. ad Med. 675. V. 5. Vulgo deest μή. V. 9. τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο, μηδαμῶς, ἀπεύχομαι. At Mnesilochus certe non precabatur, verum minabatur. Id patet e Chori responso. Illud ἔμ' est ἐμοί: mox de syntaxi οὐ μὴ γένηται vid. Dawes. p. 221. dein ἐπευχόμεσθα est error contrarius illi, qui ἀνταμείψομαι deflectit in ἀνταμειψόμεσθα in v. 19. G. Burges. ΧΟΡΟΣ. στροφὴ α'. I. εἶα δὴ πρώτιστα μὲν χρὴ κοῦφον ἐξορμᾶν πόδα, | καὶ διασκοπεῖν σιωπῇ· πανταχῇ μόνον δὲ χρή. | ἀντιστροφὴ α'. II. μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι, | ἀλλὰ τὴν πρώτην τρέχειν χρῆν ὡς τάχιστ' ἤδη κύκλῳ. | στροφὴ β'. III. εἶα νῦν ἴχνευε, καὶ μάτευε ταχὺ πάντ', (5) | εἴ τις ἐν τόποις ἑδραῖος ἄλλος αὖ λέληθεν ὤν. | ἀντιστροφὴ β'. IV. πανταχῇ κύκλῳ διάριψον σὸν ὄμμα, | καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς. | στροφὴ γ'. V. ἢν γὰρ ληφθῇ δράσας ἀνόσια, | δώσει τε δίκην, καὶ πρὸς τούτῳ (10) | τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἔτ' ἔσται | παράδειγμ' ὕβρεως, ἀδίκων τ' ἔργων, | ἀθέων τε τρόπων. | φήσει δ' εἶναί τε θεοὺς φανερῶς, | δείξει τ' ἤδη (15) | πᾶσιν ἀνθρώποις σεβίζειν δαίμονας, δίκαιά τε· | ὥστ' ἐφέποντας αὖθ' ὅσια καὶ νόμιμα | μηδομένους ποιεῖν ὅ τι καλῶς ἔχει. | VI. κἂν μὴ ποιῶσι ταῦτα, τοιάδ' ἔσται· | αὐτῶν ὅταν ληφθῇ τις αὐτ'(20) | ἀνόσια δρῶν, λύσσῃ δ' ἀνὴρ | εἴ τίς τι δρῴη παράκοπος, | μανίαισι φλέγων, | ἅπασιν ἐμφανὴς ὁρᾶν | ἔσται γυναιξὶ καὶ βροτοῖς (25) | ὅτι τὰ παράνομα τά τ' ἀνόσι' αὐτίκα θεός τις τίνεται. | στροφὴ δ'. ἀλλ' ἔοιχ' ἡμῖν ἅπαντά πως διεσκέφθαι καλῶς. | οὐχ ὁρῶμεν γοῦν ἔτ' ἄλλον οὐδέν' ἐγκαθήμενον. Qui sequuntur decem versus trimetri iambici, præmissa exclamatione, ἆ, ἆ, iis mesodus efficitur. Deinceps antistrophica, ΧΟΡΟΣ. ἔα, ἔα. (30.) | στροφὴ ε'. VII. ὦ πότνιαι Μοῖραι, τί δὴ δέρκομαι | νεοχμὸν αὖ τέρας. | ἀντιστροφὴ ε'. VIII. ὡς ἄρ' ἅπαντά γ' ἐστὶ τόλμης πλέα | κἀναισχυντίας. | στροφὴ ς'. IX. οἷον αὖ δέδρακεν ἔργον, οἷον αὖ φίλαι τόδε. (35) | ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ. οἷον ὑμῶν ἐξαράξω τὴν ἄγαν αὐθαδίαν. | ΧΟΡΟΣ. ἀντιστροφὴ ς'.

X. ταῦτα δῆτ' οὐ δεινὰ πράγματ' ἐστὶ καὶ περαιτέρω; | ΓΥΝΗ. δεινὰ δῆθ', ὅτι κτενεῖ μου 'ξαρπάσας τὸ παιδίον. | ΧΟΡΟΣ. ἀντιστροφὴ γ'. XI. τί ἂν οὖν εἴποι πρὸς ταῦτά τις, ὅτε | τοιαῦτα ποιῶν ὅδ' ἀναισχυντεῖ; | ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ. κοὔπω μέντοι γε πέπαυμαι. | ΧΟΡΟΣ. XI. ἀλλ' οὖν ἥκεις γ', ὅθεν οὐ φαύλως γ' | ἀποδρὰς λέξεις, | οἷον δράσας διέδυς ἔργον, | λήψει δὲ κακόν. | ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ. τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο μηδαμῶς, ἀπεύχομαι. | ΧΟΡΟΣ. XI. τίς οὖν σοι τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν | ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις; | ΜΝΗΣΙΛΟΧΟΣ. μάτην λαλεῖτε· τὴν δ' ἐγὼ οὐκ ἀφήσω. | ΧΟΡΟΣ. XII. ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεὼ τάχ' οὐ | χαίρων ἴσως ἐνυβριεῖς, | λόγους δὲ λέξεις ἀνοσίους. | ἀθέοις ἔργοις | γὰρ ἀνταμειψόμεσθά σ' ὥσ- | περ εἰκὸς ἀντὶ τῶνδε· τάχα | δέ σε μεταβαλοῦσ' ἐπὶ κακὸν ἑτε- | ρότροπον ἐπέχει τις τύχη. | ἀντιστροφὴ δ'. ἀλλὰ τάσδε μὲν λαβεῖν χρῆν σ', ἐκφέρειν τε τῶν ξύλων, | καὶ καταίθειν τὸν πανοῦργον, πυρπολεῖν θ' ὅσον τάχος. Schema systematis hoc est:

α'. α'. β'. β'. γ'. δ'. μεσ. ε'. ε'. ϛ'. ϛ'. γ'. δ'.

Reisig. i. p. 270-272. ὅτε. Lege ὡς. Bent.

709. κοὔπω μέντοι γε πέπαυμαι. Hinc litem grammaticorum dirimas, de qua postremum auctorem Doctr. Particul. vide p. 699. En aliud e Platone exemplum initio librorum de Republica. καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται. Sic est etiam in veteri scripto libro. Brunck. μέντοιγε. σε Suid. Ms. μέντοι. Pors. Locus est, μέντοι, ὅμως. τὸ δὲ σὺν τῷ γε, παρ' οὐδενὶ τῶν 'Ελλήνων, i. e. "non Græcum est μέντοιγε," ut recte explicat Kust. συντῶσε (sic) ed. Med. et ita fere Ms. C. C. C. ut ex Pors. nota patet. γε recte Ms. Paris. et Photius apud Kust. Vide Pors. ad Med. 675. Dobr. De τοίγε vide ad Plut. 424. Nub. 370. 1256. Eq. 276. Vesp. 1362. Eccl. 573. Lys. 1034. In Eccl. 1000. recte Reisig. p. 295. δεῖ γε μέντοι σ'. In Ach. 611. καίτοὐστίν γε Elmsl., quem vide. Quam levis momenti sint exempla e prosaicis scriptoribus, (qualia Xenoph. Pæd. i. 6. 8. v. 5. 11. Anab. i. 9. 14. ii. 4. 14.) ostendent hæc e Pors. schedis: "ἀλλὰ μέντοι ἀντί γε (Plato) Alc. ii. p. 114, 9. Etw. 453. D. 10. Frf. 264. b. 24. Ms. (Clark.) 141. c. Steph. μέντοι γε Wetstein. ad Matth. xvi. 26. || γε post μέντοι om. Ms. Clark. p. 6. a. 5. (In Euthyphr. p. 12. c. HSt. scilicet.) || εἴρηκά γ' ἔγωγε Gorg. p. 433, 32. Ald. 299. D. Læm. 388. b. 6. Ms. (491. c. HSt.) || ναὶ μὰ Δία ἡμεῖς γε ὦ 'Ερμόγενες Crat. p. 65. b. 14. Ms. 33, 13. Fisch. (400. D. HSt.) || καίτοιγε καθαρεύειν γε Paus. viii. 18, 2. οὐ μέντοι γε Π. γ. V. in. || νὴ τοὺς θεούς γε ὦ Σώκρατες Theæt. p. 120. (l. 21.) Fisch. (ἔγωγε ὦ in eadem charta scribit Pors. hic scilicet reponendum. Locus est p. 155. c. HSt.) || καίτοι γε ᾤμην γ' Phædr. p. 241. D. (HSt.) 230. b. 21. Ms. om. γε || οὐ μέντοι γε Rep. i. 410. F. G. Læm. (329. E. HSt.) καίτοιγε 411. F. 3. (331. fin. HSt.) || οὐ μήν γε Paus. Ms. vi. 13, 6. οὐ μήν γε Paus. x. 38, 3. Vide ib. 1. οὐ μέντοι καὶ αὐτίκα γε. Herodot. i. 80. Arch. ii. 63. fin. (In priore loco οὐ μέντοι γε οἱ Λυδοὶ Arch. in posteriore, οὐ μέντοι οἵ γε Αἰγύπτιοι.) οὐ μέντοι ἔς γε (δὲ Pors. per errorem) τὰ ἱρὰ ii. 81. p. 141, 91. || οὐ μέντοι τοῦτό γε Valck. ad Herodot. ii. 63. οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐὼν (sic Ask.) i. 196. p. 94. 2. ii. 98. p. 148, 40. omnes οὐ μέντοι γε. || viii. 42. p. 638, 51. οὐ μέντοι γένεός γε planissime Arch. || vi. 23. fin. p. 448, 13. οὐ μέντοι οἵγε et Arch. Ask. sed paullo ante l. 94, 95. χρεὸν μὲν εἴη καλὴν ἀκτὴν Arch. a σχεῖν l. 96. ad ζάγκλην 97. duodecim voces, in quibus ἔρημον, om. Ask. || In Pausan. v. 1. init. γε om. Ms." — Passim in particula addenda, tollenda, transponenda luditur. Non magis Atticum puto οὐμενοῦν γε (vide Pors. ad Ran. 564.) nec πῶς γε, quod in Plut. 583. habent Mss. in Nub. 689. Inv. quam οὐ μήν γε, ἄν γε, νὴ Δία γε, de quibus monuerunt Pors. et Elmsl. Neminem certe puto esse qui Julianis, Libaniis, Themistiis fretus, Pors. canonem de νὴ Δία γε arctioribus finibus circumscriptum eat. Dobr. Conf. Reisig. i. p. 294. Dind.

710. ἀλλ' οὖν ἥκεις. Verti ac si legeretur ἀλλ' οὐχ ἥξεις. Kust. Depravata est in omnibus libris hujus versiculi scriptura. In Cod. ἀλλ' οὖν ἥκισθ' ὅθεν ἥκεις. In quinque vett. edd. ἀλλ' οὖν ἥκεις θ' ὅθεν ἥκεις. Primus Frob. copulam exsulare jussit, ediditque ἀλλ' οὖν ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις. Quæ lectio deinceps, licet absurdissima, per ceteras editt. propagata fuit. Ad sensum et prout flagitat sermonis ratio, reposui, ἀλλ' οὐθ' ἥξεις ὅθεν ἥκεις. οὔτε ἥξεις ὅθεν ἥκεις, οὔτε φαύλως ἀποδρὰς λέξεις. Vides quam bene nunc omnia cohæreant. Brunck. ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς Kust. ad Suid. ii. p. 50. v. ἥκεις. Locum in ἥκεις om. Suid. Ms. Pors. [Kust. corrigit ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς, perperam. Sententia est, *unde quidem veneris, nescio. Non tamen dices te facinus tale ausum facile effugisse.* Bent.] Requiritur, ἀλλ' οὖν ἥκεις, οἷ γ' ἥκεις, *pervenies, quo pervenies*, i. e. *nolo*

tibi dicere, in quæ mala incides. HERMAN. ad Viger. p. 709. Vide de hoc et sequentibus versibus Reisig. i. p. 296—298. DIND.

711. φαῦλός τ' Suid. v. ἥκεις. PORS.

717. τήνδε δ' ἐγώ. REISK.

719. χαίρων, *impune*, ut recte observavit Bourdinus, et Toup. ad Longin. § 16. PORS.

721. ἀθέοις. Impium et nefarium est violare eum, qui ad aram confugerit; hunc autem mulieres volunt comburere. Confugisse autem eum ad aram patet ex v. 694. BERG.

726. Hic versus et tres sequentes vulgo choro continuantur. Eos ego haud melius omnes mulieri vi. tribui. Quæ ad latus hujus versus minio valde diluto et tenuissimis characteribus scripta sunt in codice, aut negligenter legi, aut quid sibi vellent non satis perspectum habui. Nunc rem teneo. Literarum compendia hoc significant: πρὸς τὰς γυναῖκας (oportuit πρὸς τὴν γυναῖκα): scilicet præcedentem chori sermonem ad Mnesilochum directum fuisse, hoc autem versu ad mulierem converti. Sed mulieris vi. persona versui 728. præfigi debuit, quod manifesto ostendit cum metri mutatum genus, tum versus 739. Postquam chorus mulierem incitavit, ut adsumtis sociis ligna aggereret, Mnesilochumque combureret, statim illa jussa capessit, et cum famula abscedens huic dicit, *age, o Mania, sarmenta arcessamus*. Moxque in scenam cum sarmentis reversa, eidem suæ famulæ ait, παράβαλλε πολλὰς κληματίδας, ὦ Μανία. Deleat itaque lector mulieris personam ante v. 726. eamque margini adscribat ante versum 728.—χρῆν σ' ἐκφέρειν τε. In Cod. χρὴ μ' ἐκφέρειν τε. In Junt. χρήν σ' ἐκφέρειν τε. Qua in scriptura præter accentum impersonalis verbi nihil mutandum erat. Zanettus tamen pro χρῆν edidit χρή. BRUNCK. χρῆν σ'. Ed. Farrei χρή σ'. BERG. Gry. χρή. BENT.

730. σὺ τόδε τὸ Κρητικόν. Versus gratia scribendum est σὺ δὲ τὸ Κρητικόν. Syllaba enim redundat. Ceterum de veste Cretica vide quæ collegit diligentissimus Meursius in Creta cap. xii. KUST. σὺ δὲ τὸ K. Kust. Toup. in Suid. ii. p. 113. σὺ δὲ τὸ κ. Suid. Ms. κρητ. PORS. Ed. Med. σὺ δὲ τόν. DOBR. σὺ δὲ τὸ Κρητικόν. Sic bene Kust. in notis: vulgo σὺ τόδε τὸ Κρητικόν. Quod autem ait ille syllabam redundare, id falsum est: ὕφαντ | ε και | καται | θε συ το | δε το κρη | τικον. Sed anapæstus tribrachy subjectus minus modulatum versum facit: quod vero præcipuum est, particulam adversativam δὲ sententia flagitat, non autem demonstrativum τόδε. Hesych. Κρητικόν. ἱμάτιον λεπτὸν καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα, Κρητικὰ ἔλεγον. Ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK.

733. ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη. Locus est lepidissimus et salis comici in mulieres plenissimus. Fingit enim Aristoph. mulierem quandam utrem vini habere, habitu infantis indutum, ut alii crederent esse revera infantem, quem domo secum attulisset, et sic in ipsa concione vinum bibens alios fallere posset. Quare Mnesilochus, quum infantem, quem putabat, mulieri eripuisset, eumque vestibus nudatum occidere vellet, præter omnem exspectationem utrem pro infante deprehendit. Hinc præ admiratione exclamat, ὦ θερμόταται γυναῖκες etc. Notatur ergo hic et ridetur mulierum nimius amor bibendi. KUST. Nempe utrem vini ornatum habitu infantis gestaverat mulier, cujus infantem se rapuisse putabat Mnesilochus. Notatur autem lepide vinositas mulierum, ut alias sæpe. BERG.

734. Περσικάς. Calceamenti muliebris genus. In Eccl. 318. καὶ τὰς ἐκείνης Περσικὰς ὑφέλκομαι. BERG.

735. Loci hujus meminit Suid. v. θερμόταται et Eustath. ad Homer. p. 1441. 23. ed. Rom. KUST. ποτίσταται. A πότης, ποτίστατος, ut a κλέπτης, κλεπτίστατος Plut. 27. BERG. ποτίσταται. De hac superlativi formatione Atticis scriptoribus familiari agit Eustath. ad Od. p. 1441. plurimis adductis exemplis. Sic Ran. 91. λαλίστερα. Pl. 27. κλεπτίστατον. Acharn. 425. πτωχιστέρου. BRUNCK.

737. ἀγαθόν, κακὸν Suid. om. αὖ, v. θερμότ. PORS. Edd. Med. Kust. ὦ θ. γ. μέγα καπ. καλὸν ἡμῖν δὲ κακόν. DOBR.

738. καὶ τῇ κρόκῃ. Sensus est, ebriosas mulieres et vino deditas parum et male texere: ut monuit etiam Palmer. KUST.

741. Bent. hic apponit MN. et deinceps pro ΑΛ. ΓΥ. scripsit MN. DIND.

742. ἤνεγκας σύ; Scribe ἤνεγκες, ut congruat cum præcedente ἤνεγκον. Sic concordare fecimus εἶπες, εἶπον in Conc. 191. BRUNCK.

745. τυννοῦτον ὄν; τυννοῦτο. Vulgo bis τυνοῦτο. Cod. priore loco τυνοῦτον, bene saltem quoad vitatum hiatum. Dicitur τυννοῦτον et τυννοῦτο in neutro, ut τοσοῦτον et τοσοῦτο. BRUNCK. Lege τυννουτοί. BENT.

746. γέγονε. Vulgo γέγονεν. BRUNCK. πόσ' ἔτη δὲ γέγονε; τρεῖς Χόας, ἢ τέτταρας; *Quot annos vero natus est? tres Choas, an quatuor?* Sic verti debuit. Per Χόας intelligendum τὴν τῶν Χόων ἑορτήν,

cujus frequens in Acharn. mentio. Agebatur hoc festum Lenæorum, seu Anthesteriorum die secundo, qui vocabatur Χόες. Vide Meurs. Gr. Fer. in Ἀνθεστήρια. Quotannis celebrabatur, quapropter assimulati infantis annos sciscitans Mnesilochus facete quærit, quot sit Choas natus. Huic quæstioni congruit mulieris responsum, σχεδὸν τοσοῦτο, καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων: *fere tantum, et quantum effluxit temporis ab ultimis Anthesteriis.* Nam per Dionysia hic Anthesteria significari, Choum quæ præcedit ostendit mentio. Quum autem infans ille nihil aliud sit quam uter vini plenus, rei accommodata est hæc annos computandi ratio. Veri enim haud absimile est vini ætatem Athenienses Liberalium numero indicasse. Aliæ hanc in rem apud alias gentes formulæ sunt in usu: in Galliæ quibusdam regionibus dici solet, *du vin de trois feuilles, de quatre feuilles.* Brunck.

747. ἐκ τῶν Διονυσίων. Quia Bacchus sive Liber pater vini est. Berg. σχεδὸν τοσοῦτον καὶ ὅσον ἐκ Διονυσίων. Sic Cod. et vett. edd. omnes. Kust. nescio unde, χ' ὅσον ἐκ τῶν Δ. Observa autem in hoc versu quater recurrere eundem sonum ον. Scribe σχεδὸν τοσοῦτο καὶ ὅσον—. Brunck. χῴσον Brunck. ad Pac. 437. p. 441. ed. Lips. χὤσον Bent. et Pors. Dind.

748. μὰ οὐ τόν. Delendum οὐ, quod ed. Farrei non habet, et absque illo constat versus. Præterea Græci non dicunt μὰ οὐ τὸν Ἀπόλλω, sed aut οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω, aut μὰ τὸν Ἀπόλλω οὔ. Berg. μὰ τὸν Ἀπ. Reisk. μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτονί. Hic certe particula μὰ per se negat, quum nec præcedat nec sequatur alia negatio, nec particula adversativa. Sic rursus infra 897. Eq. 336. 339. Brunck. Reponendum arbitror, μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ τουτονί. Reisig.

749. ἐμπιμπράετε. Ed. Farrei ἐμπιπρᾶτε. Scribe ἐμπίπρατε a πίπρημι. Berg. ἐμπίμπρατε. Vide ad Lys. 311. Brunck. Lege ἐμπίμπρατε. Gry. ἐμπίπρατε. Bent.

752. ὑπέρ γε τούτου. Potius vult amittere istam quam vinum. Berg. φιλότεκνος. Pro φίλοινος. Id.

753. ἧδ' ἀποσφαγήσεται. Eurip. Androm. 315. ὁ δ' ἀντὶ τοῦ σοῦ σώματος σφαγήσεται. Agitur autem ibi res similis et dixi de illo loco ad 690. Berg.

754. Suid. σφαγεῖον, τὸ τοῦ αἵματος δεκτικὸν ἀγγεῖον, ὃ εἶπεν ὁ ποιητὴς (Od. Γ. 444.) ἀμνίον. Brunck. Οἴμοι τέκνον! δός μοι τὸ σφαγεῖον, Μανία. Sic vulgo, quasi certum nescio quem alveum poscente muliere, versuque impingente. Dele articulum, et omnia erunt salva. Hotib. Lege σφάγιον. Bent. Articulum delent Pors. et Tyrwhit. An pronomen μοι potius ejiciendum sit, dubitat Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 389. Dind.

755. τό γ' αἷμα. Id est vinum utre contentum. Pergit enim de utre ut infante loqui. Kust. In Lysist. ubi mulieres conjurantes calicem vini loco hostiæ immolant, infuso vino una dicit 205. εὔχρων γε θ' αἷμα κἀποπυτίζει καλῶς. Berg.

758. τουτὶ τὸ δέρμα τῆς ἱερείας. More nimirum veteri pellis et pedes victimæ sacerdotibus cedebant. Aristoph. Plut. 1186. οὐκοῦν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις. ubi schol. δέον εἰπεῖν τὸ δέρμα καὶ τὰς κωλᾶς. ἐπειδὴ νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν. ἄλλως. τὰ ἔθιμα τῶν παρεχομένων τοῖς ἱερεῦσι δέρματα καὶ κῶλα. Vide etiam scholiasten ad Vesp. 693. Kust. Creticam vestem, qua bibacula mulier utrem vini plenum involverat, ut speciem infantis præberet, projicit ei Mnesilochus, tanquam victimæ pellem. Alludit autem ad sacrorum morem, quo sacerdotibus cedebant reliqua e victimis, scilicet pelles et κωλαῖ. Vide Petitum de Leg. Att. p. 75. Brunck.

760. ἐξεκόρησε. ἐκκορεῖν, quod proprie *everrere* vel *scopis purgare* significat, metaphorice etiam notare potest *virginem stuprare.* Hic autem sensu comico accipitur pro *filiam alicui adimere.* Ludit ergo ambiguitate significationis, quæ in lingua Latina exprimi non potest. Kust. A κόρη, *puella.* Alias ἐκκορεῖν est *everrere, scopis purgare.* Berg. ἐκκορέω idem significat quod διακορέω, de quo supra ad v. 480. et sic forte intelligendus est Hesych. in glossa ἐκκοροῦσι, φθείρουσιν. At hic valet τὴν κόρην ἀφαιροῦμαι. Ludit in ambiguo comicus: *Quis te devirginavit?* pro *Quis tibi puellam tuam ademit?* Priori modo ambiguitas in versione exprimi poterat, idque eo magis fieri debuit, quod sequens versus nulli alii rei additus videatur, quam ut ambiguo ἐξεκόρησε interpretamento sit. *Miserrima Mica, quis te devirginavit? quis dilectam et unicam filiolam tibi eripuit?* Brunck. Conf. Boeckh. ad schol. Pindari p. 330.

761. τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου 'ξηρήσατο; Ad meum sensum nihil languidius fingi potest hac epexegesi τίς ἐξηρήσατο, mihique ita persuadeo, si quis prioris versus (ταλαντάτη—σε;) sententiam pluribus et planioribus verbis comprehendere velit, vix eum alia esse reperturum, quam quæ hoc versiculo continentur. Utrum vero totus versus spurius habendus, an pro ἐξηρήσατο aliud verbum quærendum esset festive ambiguum, ut ἐξετρήσατο aut simile quiddam, (notum est, quem in sensum τρῆμα, τρυμαλιά, et τρυπᾶν feran-

tur,) hoc igitur quum mecum constituere non possem, Hermanni sententiam sciscitatus sum, qui mihi respondit, sibi difficile videri aoristum illum ex Aristoph. loco evellere, seque dubitare etiam, an Æsch. Agam. 671. ἤτοι τις ἐξέκλεψεν ἢ 'ξῃτήσατο. eodem modo scripserit. De Aristoph. igitur quiesco. Lobeck. ad Phryn. p. 718.

766. τίς ἐπίνοι'; Male vulgo sine elisione ἐπίνοια. Brunck.

767. ἐσκυλίσας ἐς τοιαυτὶ πράγματα. Sic supra 658. εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα. Putabam tamen aliquando scribendum hic esse levi mutatione ἐσκυκλήσας, ab ἐσκυκλεῖν, de qua voce vide quæ notavimus supra ad 102. Sed quum τὸ ἐσκυλίειν idem prorsus significet, nec metro repugnet, nihil mutandum censeo. Ne tamen hæc frustra dixisse videar, venit nunc mihi in mentem loci apud Lucianum in Philopseude p. 346. ed. Amstel. ubi sic legitur: καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκληθῆναί μοι τοῦτον ἔφην ἀπὸ τῆς τύχης: ubi pro ἐπεισκληθῆναι ne dubites rescribere ἐπεισκυκληθῆναι. Arignotus enim Pythagoricus, de quo Lucianus ibi loquitur, non aderat ἐπεισκληθεὶς i. e. *advocatus*, sed prorsus inexspectatus et, ut Lucianus inquit, velut deus quidam a machina theatrali: de qua scilicet machina proprie dicebatur ἐκκυκλεῖν et εἰσκυκλεῖν, ut monuimus jam supra ad 102. Ceterum vox ἐπεισκυκλεῖν etiam legitur apud Heliodor. Æthiop. libr. ii. cap. 24. ubi festivissimus ille scriptor inquit: ἐπεισόδιον δὲ τοῦτο οὐδὲν, φασὶ, πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας. Et modo laudatus Lucianus de conscrib. hist. p. 611. ἃν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισκυκλοῦσιν. Vox παρεισκυκλεῖν legitur apud Athen. libr. xiv. cap. 23. in fragmento Athenionis comici: ἰχθὺν παρεισεκύκλησεν οὐδ' ὁρώμενον: *piscem, qui non videbatur, mensæ illatum apposuit*. Sed hæc obiter. Kust. Pherecrat. apud Stob. Serm. cxv. εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ Πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλίσαι πράγμασι. Pro εἰσκυλίειν utitur verbo στρέφειν in Nub. 1458. Contrarium τοῦ εἰσκυλίεσθαι apud Æsch. Prometh. v. 87. Berg. κἄμ' ἐσκυλίσας. Nescio qui Kust. in mentem venerit genuinum hic esse ἐσκυκλήσας, quod etiamsi Codd. præstarent, tamen vulgato anteponendum non esset. Brunck.

768. οὐ φαίνετ' οὕτω. Promiserat autem Eurip. se velle Mnesilocho opem ferre v. 276. Berg. φέρε τίν' οὖν δῆτ' ἄγγελον. Reisk. Sic exhibent hunc versum duæ novissimæ editiones: οὐ φαίνετ' οὕτω. φέρε δὴ, τίν' οὖν ἄγγελον. Quartam senarii sedem deturpat trochæus, cujus vitii neutri editorum quicquam suboluit. Vellem Kust. nos docuisset, unde hanc lectionem haberet, quæ in nulla vett. edd. reperitur. Habent illæ omnes, οὐ φαίνετ' οὕτω. φέρε, τίν' οὖν ἄγγελον. et sic etiam in Cod. scriptum est, deficiente syllaba, quæ quintum expleat pedem. Præterea solœca est locutio τίν' ἄγγελον πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; Ad loquendi normam oportet τίν' ἄγγελον πέμψω ἐπ' αὐτόν; vel τίν' ἄγγελον πέμψαιμ' ἂν ἐπ' αὐτόν; Hinc proclive erat comico manum suam restituere: οὐ φαίνετ' οὕτω. φέρε, τίν' ἂν, τίν' ἄγγελον | πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν; Voculam τίν' geminatam librarius semel tantum posuit, cujus socordiæ compluria jam observata exempla, tum οὖν pro ἂν scripsit. Prius vidit Orvil. ad Charit. p. 200. fugit eum posterior labes. Vocis τίνα elegans est repetitio, et hæsitanti apprime conveniens. Ran. 120. φέρε δὴ, τίν' αὐτῶν σοι φράσω πρώτην; τίνα; | (460.) ἄγε δὴ, τίνα τρόπον τὴν θύραν κόψω; τίνα; Brunck. Frob. φέρε τίν' οὖν ἄγγελον. Lege ἆρ' ἄγγελον. Bent. φέρε τίν' οὖν ἄγγελον. Ed. Kust. pessime, φέρε δὴ τίν'. Lege, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον, quod postulat πέμψαιμι, quodque excidit propter similem proximæ syllabæ sonum. Pors. φέρε τίν' οὖν ἂν ἄγγελον etiam Meinek. Cur. Crit. in comicor. fragm. p. 29. Dind. οὐ φαίνετ' οὕτω. φέρε, τίν' οὖν ἄγγελον. Sic vulgo legitur hic versus syllaba deficiente, quare Brunckius conjecit, τίν' ἂν, τίν' ἄγγελον. Sed neque tanta cum vi hæc proferuntur, ut vocabulum τίνα iterandum sit, et præcedente ἄγγελον facilius ἂν absorberi poterat, quamobrem legas, τίν' οὖν ἂν ἄγγελον. Sæpe οὖν ἂν ita junguntur. V. Stallbaum ad Plat. Phileb. p. 169. 300. Aug. Wellauer.

769. οἶδα δ' Suid. ed. Ms. Παλ. πότερον Suid. Ms. Pors. πρότερον ed. Med. ibid. Dobr.

770. ἐκ τοῦ Παλαμήδους. Locum hunc citat et explicat Suid. v. Παλαμήδης. Tangit autem Aristoph. tragœdiam Eurip. *Palamedes* inscriptam, in qua tragicus ille Palamedem fecerat palmulas remorum, quibus casus suos inscripserat, in mare projicientem, ut si forte tempestate et fluctibus ad patrem Nauplium deferrentur, ipsi essent epistolæ loco. Hanc inventionem Aristoph. hic ridet. Kust. πλάτας. Vid. Toup. Add. in Theocr. p. 395. Dind.

771. Hic locus vulgo mendosus et mutilus est: ἀλλ' οὐ πάρεισιν αἱ πλάται. | πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν; Alter versus toto pede mancus est. Orvil. loco supra citato legendum censet: πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν; πό-

θεν; Quod aliis se approbabit, aliis secus. Sed pedis defectus non unice considerandus erat. πλάται in hoc versu indefinite positum est sine articulo, recte. Cur, quæso, eidem nomini in sup. v. additus est articulus, tanquam si de certis quibusdam et definitis palmulis ageretur, quod falsum est? μοι in priore versu posuerat poëta, quod in altero fuit interpolatum. Vide an comici manum agnoscas: ἀλλ' οὐ πάρεισί μοι πλάται. | πόθεν οὖν γένοιτ' ἂν ἀθλίῳ πλάται; πόθεν; Adjectivum ἀθλίῳ superscriptum fuit pro declaratione μοι, quod se in locum genuinæ vocis subornavit, non persentiscente librario legitimum sic pedum numerum imminui. BRUNCK.

772. πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; Versui huic integer pes deest; quem proinde Bisetus sic supplet: πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται, πόθεν πλάται; vel, quod magis placet, πόθεν οὖν γένοιντ' ἄν μοι πλάται; πόθεν ξύλον; Posset et pluribus aliis suppleri modis, si quis conjecturis indulgere vellet. KUST. γ' ἔκειντο Suid. in Παλαμήδης—mox lege πόθεν, πόθεν. BENT. πόθεν bis scribendum in fine versus. REISK.

773. εἰ ταδὶ τἀγάλματα. Sic rescripsi ex Suid. [ed. Ms. PORS.] Priores enim edd. corrupte habent εἶτα διά τ' ἀγάλματα. KUST. εἰ ταδὶ τἀγάλματα. Ita recte Kust. rescripsit ex Suid. pro εἶτα διά τ' ἀγάλματα. Ed. Farrei habet εἰ τάδε τ' ἀγάλματα, bene: nisi quod ταδὶ esse debebat propter metrum. Ceterum impietatem hominis notat comicus, dum eum facit statuis deorum abuti. Sic Diagoras Melius, qui atheus dicebatur, quum non invenisset ligna, quibus lenticulam coqueret, statuam Herculis imposuit foco. V. Schol. ad Nubes v. 828. ubi illud εὑρεθεὶς non nimis placet. BERG. Cod. ut vett. edd. τί δ' ἂν εἶτα διά τ' ἀγάλματ'—. Genuinam lectionem perite restituit Kust. e Suid. in Παλαμήδης. BRUNCK.

776—784. Totum hoc systema sic in partes dividitur: (προῳδός.) ὦ χεῖρες ἐμαί· | (στροφή.) ἐγχειρεῖν χρῆν ἔργῳ πορίμῳ· | ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι, | δέξασθε σμίλης ὁλκούς, | (μεσῳδός.) κήρυκας ἐμῶν μόχθων· οἴμοι· | τουτὶ τὸ ῥῶ μοχθηρόν. | (ἀντιστροφή.) χωρεῖ, χωρεῖ. ποίαν αὔλακα; | βάσκετ', ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς, | κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή. Quamobrem errasse Seidlerum puto nostrum, qui in libro de versibus dochmiacis p. 81. primum hujus systematis versum, quo proodus continetur, versibus annumerarit his, in quibus continuato numero vocum concursio in arsin cadit. REISIG. In ed. Porti Pors.: ὦ χεῖρες ἐμαὶ * * | ἐγχειρεῖν χρῆν ἔργῳ πορίμῳ. DOBR.

777. ἐγχειρεῖν χρὴ ἔργῳ πορίμῳ. Scribe, ut vitetur hiatus, χρῆν, quod tantumdem valet ac χρή. Supra 726. χρῆν est etiam temporis præsentis. BRUNCK. χρὴ Suid. in πορίμῳ: lege χρῆν. BENT. πορίμῳ. Suid. ed. Ms. PORS.

778. Loci hujus meminit Pollux x. 58. KUST.

779. Citat Suid. in σμίλη. BENT.

782. ποίαν αὔλακα. Sic bene Cod. et sex primariæ edd. In recentioribus nescio unde ὁποίαν. BRUNCK.

784. κείνῃ, ταύτῃ· ταχέως χρή. Vulgo κείνᾳ. ταῦτα ταχέως χρή. Scilicet non viderunt versum esse anapæsticum, ut superiores. Oportebat saltem κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή. Sed Dorismus ab hoc loco alienus est. E pravis Græcis prava Latina dedit Kust. *festinate per omnes vias illuc: hæc enim fieri cito oportet.* BRUNCK. κείνᾳ, ταύτᾳ. REISK. Gry. ταύτα. BENT. L. κείνᾳ, ταύτᾳ· ταχέως χρή. Vide Eurip. Hec. 163. PORS.

789. εἰ κακόν ἐσμεν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς; Quia toties vox κακὸν repetitur, puto alludi ad Eurip. Hippol., ubi Hippolytus acerbe invehitur in sexum muliebrem, easque non semel κακόν vocat, ut 616. et 624. BERG. τί γαμεῖθ' ὑμεῖς corrigit Dobr. ad Plut. 586. DIND.

790. ἐγκύψασαν. ἐγκύπτειν hic idem est, quod paulo post v. 797. παρακύπτειν ἐκ θυρίδος, i. e. *ex fenestra capite leviter exserto prospicere.* KUST. Sententia poscit ἐκκύψασαν. Similiter 797. HOTIB. ἐκκ. etiam Reisk. DIND.

792. κἂν ἐξέλθοι. Sic Cod. Vulgo ἐξέλθῃ. Perperam in Cod. θύρασιν. BRUNCK. ἐξέλθῃ—εὕρητ' recte Pors. apud Kidd. ad Dawes. Misc. p. 625. DIND. Gry. θύρασιν. BENT.

793. Frob. μαίνεθ'. Gry. μαίνεθ' ἄν: lege μαίνεσθ'. BENT.

795. παίσασαι. Male vulgo παίζουσαι, contra manifestum sensum et temporum rationem. Non dormiunt *ludentes*, sed *postquam luserunt.* BRUNCK.

797. κἂν ἐκ θυρίδος etc. V. Pac. 980. ss. BERG.

799. παρακύψασαν habet etiam Junt. et aliæ veteres. DIND. "F. παρακύψαν τὸ κακὸν ἰδεῖν." PORS. Melioribus numeris poterat αὖθις τὸ κακὸν παρακύψαν ἰδεῖν. DIND.

803. Frob. ἕκαστος. Gry. ἑκάστου: al. ἕκαστον. BENT.

804. Ναυσιμάχης μὲν ἥττων. Palmer. ad hunc locum sequentia notavit: "In his verbis et iis quæ sequuntur est quædam gryphi species, quæ per hominum nomina res significat et negotia nu-

per transacta, de quo ludi genere Athen. libr. iii. cap. 20. et libr. x. cap. 22. Sub specie igitur ludentis in his vocibus tangit res civitatis, et hoc quidem loco innuit Charminum victum fuisse naumachia ab Antiocho Lacone ad Simam insulam sex triremibus amissis, anno xx. belli Pelopona. hieme. Paucis igitur mensibus ante hujus dramatis didascaliam, quod validissime firmat nostram de ejus tempore sententiam. Vide Thucyd. libr. viii. Unde sequitur inter eam pugnam navalem hieme anni vigesimi factam et mortem Charmini, quæ sequente æstate evenit, hoc drama prodiisse, vivente adhuc Charmino. Non enim licebat τοὺς τεθνηκότας κωμῳδεῖν, et joci in mortuos crudeles et minime læti et inutiles, quippe qui non emendant eos, in quos jaciuntur, et lege prohibiti, ut notat Schol. ad Pac. ad vocem βυρσοπώλης [v. 647]. Hic unicus locus sufficit ad probandam nostram de tempore hujus dramatis sententiam. At doctus Petitus contendit, actam hanc fabulam anno 4. Olymp. 92. tribus annis serius: sed infirmissimis fundamentis nisus suam tuetur opinionem. Quæ de nece Socratis ait, nihil ad rem et incerta sunt, et, ut solet, mutat auctorum verba, ut ad suum sensum eorum verba detorqueat. Quod autem ait de fabula dicta *Palamedes* ab Eurip. producta in theatrum mentionem fecisse, verum est: sed ejus fabulæ didascalia incertissima, et quæ mutat Petitus, ut eam notet, non admittenda. Cetera quoque omnia tam evanida et infirma sunt, ut in iis elevandis immorari operam foret perdere." Hæc Palmer. ingeniose. Kust. Lege χείρων. Bent. Scal. Χαρῖνος.

805. Sic et Cleo postponitur huic Salabacchæ (utrumque enim dicitur et Salabaccho et Salabaccha) in Eqq. 761. non quia præclara quædam femina fuerit Salabaccha (erat enim meretrix); sed ut opprobrium magis exaggeretur: si enim deteriores sunt vili scorto, sane deterrimi sunt. Cleophontis autem mentio fit in Ran. 684. Berg.

806. Ἀριστομάχης. Hæc jam non est femina, sed ponitur pro ἀρίστῃ μάχῃ quasi nomen proprium feminæ. Intelligitur autem clarissima illa pugna Marathonia, qua Athenienses numerosissimum exercitum Persarum a Dario missum profligarunt. Berg.

807. Στρατονίκην. Hic etiam alluditur ad etymologiam vocis, ut sub nomine proprio feminæ intelligatur *victoria* ab *exercitu* hostili reportata, sive *victoria*, quam *exercitus* Atheniensium obtinuit. Berg. ὑμῶν οὐδείς. Typothetæ culpa in novissima Batava excusum ἡμῶν. Brunck.

808. Suid. βουλεία. Pors. ἀλλ' Εὐβούλης. Audiendus est iterum ad hunc locum Palmer. "Nihil subodorati sunt doctissimi commentatores de sensu horum versuum, in quibus manifeste exagitat τοὺς βουλευτὰς, senatores anterioris anni, qui ignave sibi passi sunt eripi dignitatem a quadringentis viris et ob consilii et vigoris inopiam magistratu cesserunt, παραδόντες ἑτέροις τὴν βουλείαν (nam βουλεύειν est ἡ τοῦ βουλεύειν ἀρχή) quod factum est anno belli Peloponnesiaci vigesimo. Nam licet eam narrationem Thucyd. inseruerit inter alia acta anni vigesimi primi, tamen ait distincte ea prius evenisse. Sic enim ille in anni xxi. initio: ὑπὸ τοῦτον γὰρ χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελύετο. Ergo secundum Thuc. facta fuit ea mutatio anno xx. et ideo Aristoph. optime πέρυσιν dixit, et ex hoc loco optime firmatur rursus nostra de tempore hujus didascaliæ sententia." Hæc Palmer. Vide etiam summi judicii virum Henricum Valesium in notis Maussaci ad Harpoc. p. 141. Kust.

809. τὴν βουλείαν. [βουλίαν Antiatt. in Bekk. Anecd. i. p. 84, 31.] Id est *dignitatem senatoriam*, vel *munus senatorium*. Nam βουλεύειν (unde βουλεία) est *senatorem esse*. Etym. βουλεία, ὁ χρόνος τοῦ βουλεύειν. Vide etiam Harpocr. παραδοῦναι vero proprie dicitur de eo, qui magistratu decedit, eumque successori tradit, ut ex Antiphonte observat Henr. Valesius loco laudato. Kust. οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις. Levissima mutatione pro φήσεις rescribo φήσει, ut sensus melius procedat. Id. Verum est, quod ait Kust., melius processurum sensum, si legatur φήσει: et hoc reponi debuit. Brunck.

811. οὐδ' ἂν κλέψασα γυνή. Constructionis ἀκολουθία hæc est: οὐδ' ἂν κλέψασα γυνὴ κατὰ πεντήκοντα τάλαντα τῶν δημοσίων, ζεύγει εἰς πόλιν ἔλθοι. Vide versionem nostram. Notet hic autem lector elegantem usum præpositionis κατὰ, quæ hic reddi potest per *non minus quam*. Simili fere sensu apud Lucianum in Toxari p. 42. ed. Amstelod. τὰ μὲν γὰρ δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο αὐτῇ· *dona enim ei reddebantur, non pro pomorum aut sertorum pretio.* Ceterum Bourdinus et Bisetus hic legunt φεύγει pro ζεύγει: quod unde hauserint ignoro. Nam omnes quas vidi edd. habent ζεύγει, quæ vox significat *bigas*: quibus nempe opulentiores per urbem vehi solebant. Sensus igitur est, quosdam viros publico furto tantas sibi comparasse divitias, ut opulentiorum more bigis per urbem veherentur. Kust. φεύγει. Ita ed. Farrei.

Aliæ ζεύγει. Berg. κατὰ πεντήκοντα. V. Vesp. 667. Id. Frob. ζεύγῃ. Gry. ζεύγει. al. φεύγῃ. Scal. ζεύγῃ. Bent.

812. ὑφέληται. Sic optime Cod. Vulgo ἀφέληται. Signatum hic est verbum ὑφελέσθαι, *suffurari*. Brunck.

813. κλέψασ' αὐθήμερον. Male vulgo sine elisione κλέψασα. Brunck. Lege ἀνταπέδωκεν. Bent.

814. L. ἀλλ' ἡμεῖς αὖ· *but we on the contrary*, nisi mavis versu sequente ἀποδείξαιμεν, quod verum videtur. Pors.

815. ἀποδείξαιμεν. Vulgo ἀποδείξομεν claudicante metro et solœca phrasi. ἡμεῖς πολλοὺς ἀποδείξαιμεν ἄν. Brunck. Lege vel ἀποδείξωμεν vel —ξαιμεν. Bent.

816. γάστριδας. Nescio an melius extrito δ reponatur γάστριας. Hemsterh.

822. τἀντίον. Male Bourdinus interpretatur pro τοὐναντίον. Nam ἀντίον hic notat instrumentum quoddam textorium sive *liciatorium*, ut vertinus. Vide Pollucem. Kust.

824. ἀνδράσι et v. seq. ἀπόλωλεν flagitat anapæstici metri lex, quod non animadverterunt editores. ἀνδράσι est in Cod. cujus hic non requiritur consensus. Vulgo ἀνδράσιν et ἀπόλωλε. Brunck.

828. ἐν ταῖς στρατιαῖς. Cod. στρατειαῖς. Vide ad Lys. 592. Brunck.

829. ἔῤῥιπται τὸ σκιάδειον. Lepide intelligit *clypeum*. Kust. Intelligit τὴν ἀσπίδα, ut dicat multos esse ῥιψάσπιδας. Berg.

832. χρῆν γὰρ—Vulgo χρή. Illud ad sensum et ex indole linguæ melius est. Sic infra 842. Brunck.

834. τηνίοισι. Lege στηνίοισι. Vid. Suid. in Στήνια et ibi Kust. Bent. Στηνίοισι. Vetustiores edd. habent Τηνίοισι, quod quum corruptum viderent Genev., ejus loco Θησείοισι ex emendatione Biseti nimis audacter in textu ed. suæ reposuerunt. Hinc Meurs. in Theseo cap. ult. fidem ed. illius nimis secure secutus lectores monet, Aristoph. in Thesmoph. festi Thesorum mentionem fecisse : quod tamen secus est. Nam Στηνίοισι hic olim scriptum fuit, quam vocem nunc primum comico nostro restituimus, freti auctoritate veterum grammaticorum, qui loci hujus meminerunt, vel saltem eo respexerunt. Suid. Στήνια καὶ Σκίρα, ἑορταὶ γυναικῶν. Quis dubitet quin hunc locum Aristoph. ob oculos habuerit? Nam Στήνια et Σκίρα conjungit uti et comicus noster. Hesych. Στήνια, ἑορτὴ 'Αθήνησιν, ἐν ᾗ διασκώπτουσι καὶ λοιδοροῦσι. Phot. in Lex. Ms. [p. 397.] : Στήνια ἑορτὴ 'Αθήνησιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἡ ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος. ἐλοιδοροῦντο δὲ ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις. Locus est egregius, qui unice explicat, quale fuerit festum Steniorum, de quo nec Meurs. in Græcia fer. nec alius quisquam recentiorum, quod sciam, ullam mentionem fecit. Kust. Στηνίοισι. Cod. ut vett. edd. τηνίοισι. Genuinam lectionem erudite restituit Kust. Vide Hesych. interpretem ad glossam Στήνια. Brunck.

835. αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν, pro ἃς ἡμεῖς ἤγομεν. Attica constructio est notissima, quam semel animadvertisse satis erit. Hic ex metri lege aliter scribi non potuit. Sed ubi casum verbi non respuit versus, illum sæpe pro casu nominis posuerunt librarii ; ut Pl. 1128. οἴμοι δὲ κωλῆς, ἧς ἐγὼ κατήσθιον. Vesp. 907. τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ', ἧς ἐγραψάμην. Utrobique vulgo legitur ἥν. Soph. Elec. 636. ὅπως λυτηρίους | εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων, ὧν νῦν ἔχω. Cod. unus habet ἃ νῦν ἔχω. Brunck.

836. εἰ—τέκοι, ut supra 832. ex linguæ indole scribi debuit. Solœce vulgo ἦν—τέκοι. Eadem menda inquinatus est 842. ubi pro ᾗ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινι, in recentioribus edd. legitur ᾗ χρῆν, κ' ἢν δανείσειέν τινι : quo nihil magis solœcum. Præterea κ' ἢν a nescio quo interpolatum fuit. Cod. χρήματ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι. Junt. χρήματα τ' ἢν χρῆν ἢν δανείσειέ τινι. Venet. χρήματα τῇ χρῆν ἢν δανείσειέ τινι. Vides lectionem librorum omnium mendosam esse, in nullo tamen vetere esse κ' ἤν. Brunck. Lege εἰ δὲ δειλὸν, ut supra 832. Pors.

838. σκάφιον ἀποκεκαρμένην. V. Avv. 807. ubi vide Schol. vet. Kust. Mnasalces in epigrammate apud Athen. p. 163. ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τῇδε κάθημαι ἡδονῇ, αἰσχίστως κειραμένη πλοκάμους. Berg. σκάφιον ἀποκεκαρμένην. Hic σκάφιον genus tonsuræ notat. Hesych. σκάφιον—εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαι φασὶ τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον. Ad hunc comici locum respexit Eustath. ad Il. p. 907. l. 41. At in Avv. 806. σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ. σκάφιον non jam *tonsuram* notat, sed ipsum *caput*, ut e Salmas. observatione ad illum locum ostendetur. Brunck.

839. τῷ γὰρ εἰκός. Ut Ach. 703. Berg.

840. τὴν 'Υπερβόλου — μητέρ'. Hanc sæpe traductam esse a comicis, noster comicus testatur Nub. 551. Berg.

841. κόμας καθεῖσαν. Doctissima Anna Fabri, sexus sui decus immortale, ad Callim. Hymn. in Cerer. 5. notat, mulieres olim capillos non summisisse : sed cui opinioni, quod pace ejus dicere mihi liceat, locus hic Aristoph. haud obscure adversatur. Verba enim hic fiunt de

matre Hyperboli. Nimirum feminæ et virgines olim in pompis sacris capillos solvere et summittere solebant: cujus moris apud veteres scriptores non deest mentio. Apud Heliod. libr. iii. p. 121. Thessalæ virgines, quæ pompæ Delphicæ intererant, τὴν κόμην ἄνετοι (i. e. *passos* vel *solutos habentes capillos*) dicuntur. Athen. lib. iv. c. vii. p. 198. in descriptione pompæ Bacchicæ a Ptol. Philad. institutæ: Μιμαλλόνες καὶ Βασσάραι, καὶ Λυδαί, καταχεχυμέναι τὰς τρίχας. Quæ egregie faciunt ad vexatum illum locum Callimachi Hymn. in Cerer. 5. μηδ' ἀ κατεχεύατο χαιτᾶν. Nimirum loquitur ibi poeta de feminis vel puellis, quæ comis solutis et summissis pompam Cereris comitari solebant. Nam viros doctos, qui locum illum aliter interpretantur, falli puto. KUST.

842. Frob. χρήματά τ' ἦν χρῆν. Gry. χρήματ' ἦν: lege χρήμαθ' ᾗ χρῆν ἦν δανείσειεν. BENT. [qui antea adscripserat: "Fo. οὐ χρῆν ᾗ, et mox κεἰ τόκον." DIND.] Lege χρήμαθ', ἦν χρῆν. κἠν δανείσειέν ed. Kust. Lege εἰ δανείσειέν, ut supra 832. PORS.

843. καὶ τόκον πράττηται. Hom. Batrachom. 184. καὶ πράσσει με τόκους. BERG. πρ. τὸ ed. Kust. PORS.

844. ἀφαιρεῖσθαι ed. Kust. PORS.

846. ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν. Locus est corruptus. Quis enim unquam vel legit vel audivit, aliquem *exspectando strabum* factum fuisse? Nemo hoc, credo, dixerit. Quare spero gratiam mihi habituros esse elegantiorum literarum studiosos, si loco huic fœdam, qua nunc inquinatus est, maculam detersero, eique pristinam et veram lectionem restituero. In Excerp. Scal. reperio ἄλλος, non ἰλλος: quod licet nesciam unde sumptum sit, (omnes enim quas vidi editiones habent ἰλλός) propius tamen accedit ad veram lectionem, quæ est αὗος γεγένημαι προσδοκῶν: i. e. *exspectandi tædio pene enectus sum*. αὗος nimirum proprie quidem significat *aridus;* sed metaphorice ad plura alia transfertur: de qua re tamen altum est apud lexicographos silentium. Lucianus in Dialog. Meretric. xiv. hominem bonis exhaustum, et qui omnia sua in meretrices effuderat, eleganter αὗον vocat: quasi dicas *exsuccum*. Ait enim: ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὗος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὕρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγώ. Idem in Toxari p. 43. ed. Amstel. εἶτα ὡς ἤδη αὗος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν ἄλλον τινὰ ἐθήρα. Itidem de adolescente illic verba fiunt, quem meretrix solita fraude bonis omnibus emunxerat et ad paupertatem redegerat. αὗος item dicitur de illis, qui subito stupore vel metu pæne exanimantur et exsangues fiunt; ut apud Suid. v. αὗος: αὗος ὑπὸ τοῦ φοβοῦ. Elegantissimus Heliodorus Æthiop. lib. i. p. 22. ἐγὼ δὲ ὥσπερ τυφῶνι βληθεὶς, αὗος, ἀπόπληκτος ἑστήκειν etc. *ego vero, tanquam typhone percussus, exsanguis et attonitus stabam.* Idem lib. v. cap. 2. ὁ δὲ Κνήμων αὗος ἐγεγόνει πρὸς τὴν ἀκοὴν τῆς Θίσβης· *Cnemon vero pæne exanimari cœpit, audito nomine Thisbes.* Idem lib. x. cap. 13. αὗος et ἀχανὴς conjungit: quorum posterius dicitur de eo, cui metus vel stupor vocem intercludit. Simili igitur sensu vox αὗος in loco hoc Aristoph. a nobis emendato notabit eum, *qui exspectandi tædio pæne enectus est.* Nam de iis, qui diu aliquem exspectaverant, vocem illam adhibuisse Græcos, clare testatur Schol. comici nostri ad Ran. 196. ubi ait: οἱ πολὺν χρόνον περιμείναντές τινας εἰώθασι λέγειν, αὗος γέγονα περιμένων. Hic locus quam pulchre emendationem nostram confirmet, nemo non videt. Poterit ergo in posterum ῥῆσις hæc Aristoph. αὗος γέγονα προσδοκῶν in numerum proverbiorum Græcorum referri. Ceterum ab ἆος, vel, ut aliquando scribitur, αὗος, cum spiritu denso, est ἀφαναίνεσθαι, i. e. proprie *arefieri;* at metaphorice *enecari, exanimari:* quia nimirum mortui *aridi sunt et exsucci;* at contra viventes ὑγροί. Eccl. 146. δίψει ἀφαναυθήσομαι, *siti enecabor.* Ran. 1121. ἀφαυάνθην γέλων, *risu pæne exstinctus sum.* Quod ideo addidi, ne lectori insolens videatur, quod phrasin illam αὗος γεγένημαι προσδοκῶν interpretatus sim *exspectandi tædio pæne enectus sum.* KUST. Frob. ἄλλος. Gry. ἴλλος. Si ἴλλος legis, tum sic oportet ἴλλος γεγένημαι περιβλέπων· ὁ δ' οὐδαμοῦ; Kust. legit αὗος. Ut editum Suid. in ἴλλος. BENT. Ἀλλός. ἰλλὸς pleræque edd. αὗος Kust. quod erudite illustrat, sed vulgatum defendit Hemsterh. ad Hesych. ii. p. 41. ex Luciano Lexiphan. p. 324. Varrone apud Non. p. 27. ἰλλός. Suid. ed. Ms. in v. PORS. ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν. Sic libri omnes recte. Erudite nugatur Kust., falsam conjecturam exemplis illustrans, quæ nihil huc faciunt, αὗος γεγένημαι προσδοκῶν. Mnesilocho deflexis oculis indesinenter spectanti versus eam partem, qua se visurum sperabat accedentem Eurip., contigit id quod natura fert, quodque nemo non expertus est, si diu oculorum aciem aliquo intenderit, ut dolerent ei oculi, eosque movere non posset, ita ut, vel invito eo, semper versus eandem partem conversi manerent, licet eo non amplius spectaret, quod eorum est, qui

ἰλλοὶ, *strabi*, dicuntur. *Quis unquam*, ait Kust., *vel legit vel audivit aliquem exspectando strabum factum fuisse?* Non, *exspectando*, sed *spectando*, an is quem exspectaret veniret, strabus factus est. Unum altero intelligitur, qui tropus, ni fallor, συνεκδοχὴ appellatur. Si quis aliquid *exspectat*, eo *spectat*, unde illud venire possit. Eadem prorsus loquendi forma utitur Plautus Men. v. 3. 6. 'Lumbi sedendo, oculi *exspectando* dolent.' Sic enim in Plauti Codd. et optimis edd. legitur: perperam in recentioribus *spectando*. Quod autem in Excerp. Scal. reperitur ἄλλος, ab αὖος multo remotius, quam ab ἰλλὸς, id nauci non esse manifestum est. Sed qua brevitate et obscuritate concinnata sunt ista Excerpta, nescimus unde hanc lectionem protulerit eorum redactor, an e scripto libro, an e conjectura. Si aliquo in codice scriptura illa reperta fuerit, error inde ortus est, quod olim initiales literas non scribebant librarii: vacuum relinquebant spatium, quo calligraphi manu litera auro variisque coloribus pingenda erat. Si forte librarius in vetus exemplar incidit, ubi hoc loco majuscula litera omissa fuerat, quum λλος reperiret, quid imperito homini prius in mentem venire debuit quam notissimum vocabulum Ἄλλος? et hoc fundamento nititur Kust. emendatio. Confer Hemsterh. ad Hesych. glossam ἰλλώπτειν.—ὁ δ' οὐδέπω. Subauditur ἥκει, προσέρχεται, φαίνεται, vel simile quid. Nihil in familiari et comico sermone tritius. Hoc tamen etiam in iisdem excerptis sollicitatum video, proposita lectione προσδοκῶν Εὐριπίδην: qua admissa, nihil erit quo referantur sequentia, τί δῆτ' ἂν εἴη τοὐμποδών; Brunck. Frob. ὃ οὐδέπω. Scal. Εὐριπίδην: alii ὃς δ' οὐδέπω: lege ὁ δ' οὐδέπω, et sic Suid. et Gry. Bent.

848. Respicit ad v. 770. Berg.

850. τὴν καινὴν Ἑλένην. Dicit se imitaturum Helenam, de qua nuper Euripid. scripserat tragœdiam; in qua Menelaus Helenam ex Ægypto repetit. Nam ibi eam fuisse detentam ait Euripid. in illa fabula, ut et Herodot. Itaque Mnesilochus utitur etiam verbis Euripideis; si forte Eurip. tanquam Menelaus veniat et abducat Helenam, ut in sequentibus ostendetur. Berg.

851. Lege πάντως δ': vid. 1012. Bent.

852. Lege τί δ'—dele ἦ. Gry. omittit τι. Bent. τί αὖ σὺ κυρκανᾷς. Metri gratia scribendum est κυκανᾷς absque ρ: a κυκάω, cujus syllaba prima brevis est, ut ex multis locis comici nostri constat. Utrumque autem dicitur, et κυκανᾷν et κυρκανᾷν. Etym. M. κυκυνῶ (leg. κυκανῶ) ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω. ἐὰν δὲ κυρκυνῶ (leg. κυρκανῶ), πλεονασμῷ τοῦ ρ. Kust. Gry. κοικανᾶς. Suid. in κοικύλλεις habet καί τι, ubi Kust. κυκανᾷς. Nota κοικύλλειν est περιβλέπειν: ergo lege ἴλλος. Bent. κυρκανᾷς. sic Suid. ed. Ms. v. κοικ. Pors. κυκανᾷς. Sic ad metri legem scribendum esse, viderunt interpretes. Qui supra 429. in textu reposuerat κυρκανᾷς, hic eadem ex causa Berg. κυκανᾷς reponere debebat, quod fecisset utique, si ipse comicum edidisset. Utrumque dicitur κυκανᾷν et κυρκανᾷν. Hesych. κοικύλλειν, περιβλέπειν. Cetera apud eum vide. Brunck. κοικύλλεις. Suid. κοικύλλεις· περιβλέπεις ἢ κακοτεχνεῖς. deinde citat hunc locùm. Mallem tamen scriptum esse ποικίλλεις. Sophocl. Trach. 1119. aut 1137. οὐδὲν ξυνίημ' ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι. ubi Schol. σοφίζῃ καὶ καλλωπίζεις τῷ λόγῳ. Berg. ἢ delend. et κοσκύλλεις leg. Reisk.

853. πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ'. Av. 1468. πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν. Similem minandi formulam observavi in Apollonio iii. 375. Alius ejusd. poetæ locus comico nostro admoveri poterat. Est ubi Jason ad Argum ait l. iii. 487. μελέη γε μὲν ἧμιν ὄρωρεν | ἐλπωρὴ, ὅτε νόστον ἐπετραπόμεσθα γυναιξίν. quod simile est Calonicæ sententiæ Lys. 31. ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου γὰρ εἴχετο. Brunck.

855. Νείλου μὲν αἵδε καλλιπ. Est initium Helen. Eurip. ex qua fabula et plures hic apud Aristoph. versus leguntur. Notandum autem est, posteriorem hanc fabulæ hujus partem ab Aristoph. tantum conscriptam esse, ut Eurip. et aliquot ex ejus dramatibus populo deridenda propinaret, nihil pensi habens, utrum ea, quæ affert, scenæ et argumento reliquæ fabulæ convenirent. Nondum enim tum temporis comœdiæ tam severæ positæ erant leges, quales postea; sed comici illi veteres sæpe ridiculum præferebant decoro: ut operam ludant, qui Aristoph. comœdias ad hodiernas leges comicas exigere velint. Sed de hoc alias forte latius. Kust. Est initium dramatis Eurip., ubi 2. legitur ψεκάδος. Vulgati comici libri habent ψακάδος, quod perinde est; et sic etiam in Cod. scriptum. Sed primæ syllabæ superscripta ab eadem manu litera ε. Tertium versum ridiculi causa immutavit comicus: apud tragicum legitur, λευκῆς τακείσης χιόνος ἀρδεύει γύας. Brunck.

857. λευκῆς νοτίζει. Versus hic apud Eurip. in dicta fabula sic continuatur: λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας. Hinc apparet, apud Eurip. τὸ λευκῆς referri ad sequens χιόνος: quum eadem vox h

apud Aristoph. ad præcedens Αἰγύπτου necessario referenda sit, quod sensum ridiculum parit. Nam Ægyptus nigro erat solo: unde dicebatur μελάμβωλος γῆ, teste Steph. Byzant. v. Αἴγυπτος, Suid. v. μελάμβωλος, et aliis. Kust. μέλανοσυρμαῖον λεών. Citat et explicat Suid. v. μελανοσυρμαῖον: cujus verba jam adduxit Bisetus ad hunc locum. συρμαία autem erat potio quædam medicata, alvi purgandæ vim habens: qua de re non repetam quæ prolixe notavit Marsil. Cagnat. Var. Observ. libr. ii. c. 18. Colligi autem potest ex loco hoc Aristoph., Ægyptios frequenter *syrmæa* uti solitos fuisse: quod de iisdem etiam testatur Herodot. libr. ii. cap. 77. Kust. Eo respicit etiam Pac. 1253. πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν. Berg. Frob. μελανοσμαῖον. Suid. μελανοσυρμαῖον (λέοντα). ita Gry. Bent.

858. Hecatem φωσφόρον vocat et Eurip. Helen. 575. ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ. V. Lys. 444. Berg.

859. Ex Helen. Eur. 16. ἡμῖν δὲ γῆ μὲν πατρὶς οὐκ ἀνώνυμος Σπάρτη· πατὴρ δὲ Τυνδάρεως. Berg.

860. Gry. σύ τ'. Bent.

861. ἐστι; Φρυνώνδας. Edd. omnes ἐστιν contra metri legem. Recte Cod. ἐστι. Brunck. L. ἐστι; De infamia Phrynondæ vide Taylor. ad Æsch. c. Ctesiph. p. 632. 633. Pors.

862. Ἑλένη δ' ἐκλήθην. Ex Eurip. v. 22.—γίγνει. Male vulgo γίγνῃ. Brunck.

863. γυναικίσεως δίκην δοῦναι Suid. in γυναίκισις. Bent. γυν. δίκην δοῦναι Suid. Ald. Ms. [et Med.]. Pors.

864. Est versus 52. Eurip. Helen. Huic similis est locus ejusdem fabulæ 615. 616. πάντες τ' Ἀχαιοὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις | ἀκταῖσιν, Ἥρας μηχαναῖς ἐθνήσκετε. Kust.

866. Versus est ex Helenæ prologo 49. Male in comici edd. excusum ὅδ' ἄθλιος, pro ὁ δ' ἄθλιος. Brunck.

867. Μενέλεως, Attice. Vulgo Μενέλαος. Brunck.

868. Citat Suid. v. τί οὖν ἔτι. Kust. Helena apud Eurip. bis ait 56. et 301. τί δῆτ' ἔτι ζῶ; — Brunck. Lege et distingue MN. τί οὖν ἔτι ζῶ; ΓΥ. τῶν κοράκων πονηρία. MN. ἀλλ'. Scal. τῇ pro τῶν. Versus Eurip. sic habetur τί δῆτ' ἔτι ζῶ. Bent. τί οὖν ἔτι ζῶ τῶν κοράκων πονηρίᾳ. ζῇ Suid. Ms. τί οὖν, cetera ut hic. Pors. Ed. Med. τί οὖν ἔτι ζητῶν κ. πονηρίαν. Dobr.

869. ἥσπερ. Reisk. Eqq. 211. τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με. Berg. Suid. αἰκάλλει. Pors.

870. Versus hujus meminit Corinthus de Dial. Attica [p. 14.]. Kust. Versus hujus meminit Schol. Eurip. Hec. 225. sed ibi pro ἐλπίδος legitur ἡμέρας. Berg. Citat Suid. v. ψεῦσον quasi ex Sophocle, notante Toup. in Suid. iii. p. 329. ἐπιούσης ἡμέρας Schol. ad Eurip. Hec. 225. in quibusdam edd. Θαγενίδης Suid. in μὴ νόμισον. Θουγενίδης in τριαχθῆναι· ubi τρεῖς πεσεῖν et στοχάσαντα μιμηθῆναι :~ Τάδιον. δίαυλον. δόλιχον. οὕτω θ. ε. δ. Pors. Priore loco Θαγενίδης, altero Θουγένης edd. Med. Kust. Θουγενίδης Ms. et Photius apud Kust. Vide Pors. ad Hec. 1166. Phœn. 1651. Dobr. μὴ ψεῦσον. Veteribus grammaticis tanquam novum et inusitatum hoc enotatum. Vetandi particula μὴ cum aoristis subjunctivis construi solet. Vide Kœn. ad Corinth. p. 6. [15.] ubi simile adducitur exemplum e Lys. μὴ φίλησον, quod in illa fabula non reperietur in posterum. Vide quæ notavimus ad 1036. Brunck.

871. Verba sunt Teucri in Eurip. dramate 68. Versus qui sequuntur duos non memini apud Eurip. legisse. Brunck.

872. ὅστις ξένους δέξαιτο. Mallem ὃς ἂν ξένους δέξαιτο. In Eurip. dramate legitur 443. τίς ἂν πυλωρὸς ἐκ δόμων μόλοι, | ὅστις διαγγείλειε τἄμ' εἴσω κακά; Sed ibi positum ἂν cum priore verbo, alteri etiam servit. Hujus loci diversa ratio est. Brunck. Frob. ξένος: fo. ξένους: ut Gry. Bent.

874. Lege ΓΥ. ποίου Πρ. ὁ τρισκακοδαίμων. Bent. Traducta etiam hæc ex Eurip. Hel. 467. ΜΕΝΕΛΑΟΣ. τίς δ' ἥδε χώρα; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι; | ΓΡΑΥΣ. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ'· Αἴγυπτος δὲ γῆ. | ΜΕΝΕΛΑΟΣ. Αἴγυπτος; ὦ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα. Brunck.

875. Audito Protei nomine, veteris historiæ mulier imperita credit de quodam Atheniense illos loqui, cui nomen fuerat Proteas. Similis est facetiæ, quod apud Molierium nostrum (*La Comtesse d'Escarbagnas, Sc.* xvi.) ridicula muliercula, audito Martialis poetæ Latini nomine, ait: *Quoi? Martial fait-il des vers? je pensois qu'il ne fit que des gands.* Proteæ Epiclis filii, Atheniensium classis præfecti, meminit Thucyd. Brunck.

876. Πρωτέας. Fuit hic Proteas dux Atheniensis satis clarus. Kust. Mutat nomen Protei Ægyptii in Proteam Atheniensem, qui fuit dux bellicus: mentio ejus apud Thucyd. lib. i. et ii. Erat autem et Proteus Ægyptius mortuus. Eurip. Hel. v. 61. Berg.

878. Αἴγυπτον. Eurip. Helen. 468. Vide ibi et sequentes versus, quos Aristoph. hic imitatus est. Kust. οἷ πέπλωκ' ἄρα Eurip. Hel. 469. citat vero Suid. v.

οἷ, ut hic exstat. *πεπλώκαμεν*. sic et Suid. ed. Ms. v. *οἷ*. ubi mox *με ἄγει*. PORS.

879. Hic versus toto pede mutilus vulgo legitur, *πείθει τι τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ*; Satis probabiliter sic supplevit Scal. *πείθει τι τῷ κακῷ κακῶς ἀπολουμένῳ*; Non minus probabile est et usitatum, quod dedi: *πείθει τι, ὦ μέλε, τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ*; Estque hic versus altero numerosior. BRUNCK. Gry. *τί τούτῳ*: lege *τί τῷδε*. BENT. *κακῷ κακῶς* Scal. probante Kust. quod verum videtur. Vide auctor. apud Suid. v. *ἀνοιδήσας*. PORS. *τῷδε τῷ κ. ἀ.* Pors. in ed. Porti, et sic Bent. afferens *τούτῳ τῷ* ex ed. Brub. 1544. *ὦ μέλε τῷ* Brunck., quomodo habere Rav. affirmat Inv. DOBR.

880. Lege *τουτοΐ*. Gry. *τουτογί*. BENT. *Θεσμοφόριον τουτογί*. Sic bene Junt. et exinde quatuor edd. vett. In Frob. *τουτονὶ*, ut mendose scriptum in Cod. ex facili permutatione literarum *ν* et *γ*. Recentiores *τουτοΐ*. Nullis inspectis vett. libris, *τουτογὶ* suadebat Kœn. ad Corinth. p. 56. [134.] BRUNCK.

881. *ἐξώπιος*, Est vox Eurip. familiaris. Vide Schol. tragici illius ad Med. 624. KUST. Eurip. Suppl. 1038. *ζητῶν τ' ἐμὴν παῖδ', ἣ δόμων ἐξώπιος βέβηκε* —. Med. 624. *χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος*. Et alibi apud Eurip. occurrit vox *ἐξώπιος*, uti et *πρυνώπιος* et *προνωπής*. In Helena autem, ubi Menelaus de Proteo quærit, aliter Eurip. 472. BERG. Apud Eurip. 473. aliis verbis idem quærit Menelaus: *ἔστ' οὖν ἐν οἴκοις, ὄντιν' ὀνομάζεις, ἄναξ*; Et mox, postquam audiit Proteum fato functum esse, filiumque regni heredem reliquisse, de hoc rursus quærit: *ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκτὸς, ἢ 'ν δόμοις*; Hunc versum fecisse videtur comicus, ut Eurip. taxaret ob frequentem usum nominis *ἐξώπιος*. BRUNCK.

883. *ὅστις γ' ἀκούσας*. REISK. *γ'* omittunt edd. ante Brunck. Restituerunt etiam Scal. et Bent.

884. *ἔπειτα*. Notandum est *ἔπειτα* hic significare *tamen*: quo sensu eadem vox occurrit etiam Avv. 29. et *εἶτα* Plut. 911. Ran. 207. et alibi. KUST.

886. Anus apud Eurip. 474. *τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ μνῆμα*. BRUNCK. V. 64. *Πρωτέως μνῆμα προσπιτνῶ τόδ' ἱκέτις, ἵν' ἀνδρὶ τἀμὰ διασώσῃ λέχη*. BERG.

888. Eurip. Iphig. Aul. 1445. *βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα, τῆς Διὸς κόρης*. Est autem idem *μνῆμα* et *σῆμα*, ut patet vel ex nota antecedente et textu. BERG.

889. *τί δαὶ σὺ* aut *τί δὲ δὴ σύ*. REISK. Lege *δὴ* vel *δαί*. BENT. *τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις*. Perperam vulgo titubante versu, *τί δὲ σὺ θάσσεις*; vide notata ad Lys. 372. Orvill. ad Charit. p. 147. *τί δαὶ σὺ θάσσεις*, vel *τί δὲ σὺ θοάζεις* legendum censet. BRUNCK.

891. Helena in prologo apud Eurip. v. 62. *παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος* | *θηρᾷ γαμεῖν με*. BRUNCK. Erat autem filius ille Protei Theoclymenus, ut ex illa constat, 9. BERG.

895. *παῦσαι σὺ τοὐμὸν* — REISK. *τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα*. Mallem *τοὐμὸν ὄνομα*. Nam *σῶμα βάλλειν ψόγῳ* haud facile quisquam dixerit. KUST. *τοὐμὸν σῶμα*, id est *με*. Periphrasin Eurip. usitatam irridet. Alcest. 647. *οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ*. [Loquitur ibi Admetus de se ipso ad patrem. Vide ibi notam Barnesii. BERG.] Conf. Heracl. 91. 529. BRUNCK. *τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ*. Male interpretes, *meum corpus*. Periphrasis quippe hæc est personæ. Vid. Valck. laudatus ad Ach. 1199. HOTIB. *βάλλουσα ψόγῳ*. Sic *βάλλειν κακοῖς*. In Aj. Soph. 1253. aut 1264. *ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που*. BERG. Hic versus, qui aut Eurip. est, aut ad ejus imitationem factus, satis contra Tyrwhit. opinor, defendit Eurip. Electr. 907. *μή μέ τις φθόνῳ βάλῃ*, quam et mihi videntur duo sequentes versus planissime confirmare. PORS.

896. *ἢ κακορροθοῦσά σε*. Vox tragica, ut sunt aliæ omnes quibus utitur comicus in hac parodia, tragicorum, Euripidisque maxime, stylum salse perstringens. Verbum *κακορροθεῖν* legitur in Æsch. S. Th. 578. ex nostra emendatione: *καὶ τὸν σὸν αὖθις ὁμόσπορον κακορροθῶν*. BRUNCK.

897. *αὕτη Θεονόη Πρωτέως*. Protei filiam Theonoen memorat et Eurip. Hel. 13. BERG.

898. *εἰμὶ Κριτύλλα γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν*. Emendate sic liquido scriptum est in Cod. Ridicula est lectio Junt. ed.: *εἰ μὴ Κριτύλλα γ' ἀντὶ θεοῦ γὰρ γηττόθεν*. quam servant vel totam, vel partim aliæ vett. editt. E tribus mendis duas sustulit Zanettus excudendo *εἰμὶ* et *γαργηττόθεν*. Tertia *ἀντὶ θεοῦ* Berg. consideratione digna visa est, eique *nimis ineptam* suggessit notam. BRUNCK. Omni mendæ suspicione vacat hic versus, qui tertius, ni fallor, est in universis comici nostri reliquiis senarius, ubi vocalis brevis ante tenuem et liquidam producatur. Aliter metro aptari non poterat nomen proprium *Κριτύλλα*. BRUNCK. Scripsit necessario Atticus, *μὰ τὼ θεώ*, | *ἀλλ' εἰμὶ Κριτύλλα γ'* —. REISIG. Eodem modo hæc correxerunt Pors. ad Eqq. 184. apud Dobr. et Elmsl. ad Ach. p. 40. Elmsl. præterea aliam conjecturam proponit, *εἰ μὴ Κρίτυλλά γ'*. Et *εἰ μὴ* legitur etiam in

ed., ubi Bent. εἰμὶ correxit. DIND. 'Αντιθέου. Ed. Farrei ἀντὶ θεοῦ, non nimis inepte; respectu vocis Θεονόῃ, quæ est a θεὸς, ut dicat, Sum dea nec a θεὸς est mihi nomen. Sic in Ach. 46. quum Amphitheus dixisset se esse 'Αμφίθεον, alter inquit, οὐκ ἄνθρωπος; sed magis placet 'Αντιθέου. Γαργηττόθεν autem a pago Attico, unde et Epicurus Gargettius. BERG.

900. Antigone in Eurip. Phœn. Creonti ait 1687. ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε; BRUNCK.

901. V. Eurip. Helen. 54. BERG. Μενέλαον. Ex Atticismo et metro magis conveniens est Μενέλεων. KUST. Μενέλεων. Sic ex metri necessitate hoc loco legendum [quod etiam Bent. vidit]: vulgo Μενέλαον, syllaba in versu redundante. In cod. προδοῦσα Μενέλαον ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν. Quo quidem modo constant numeri: sed desideratur articulus, quem abesse non patitur linguæ ratio. BRUNCK.

902-4. Vid. Schæfer. ad Soph. t. ii. p. 345. DIND.

904. Apud Eurip. Herc. Fur. 515. Megara præter spem maritum Herculem videns, Amphitryoni ait, ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ', ἤ τι φῶ; cui respondet senex, οὐκ οἶδα, θυγάτερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει. In Helena autem Menelaus uxori suæ, quam nondum agnovit, ait, 556. ὡς δέμας δείξασα σὸν, | ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προστιθεῖς. BERG. Cf. quæ notavit in Epist. Cr. ii. p. 61. elegantissimus Ruhnk. ad Apollonii versum: ὡς ηὔδα. Κύπριν δ' ἐνεοστασίη λάβε μύθων. BRUNCK.

905. Hic versus (monente etiam Kust.) ex Eurip. Hel. 565. paululum immutatus: τίς εἶ; τίν' ὄψιν σὴν, γύναι, προσδέρκομαι; Quatuor sequentes ex Eurip. dramate nulla mutatione desumti. In primo utriusque poetæ exemplaria habent αὐτὸς, cujus loco ad scribendi normam reponimus ὡὐτός. Vide Valck. ad Phœn. p. 340. BRUNCK.

907. Hunc versum felicissima sagacitate Eurip. Helen. 569. restituit Markland. ad Eurip. Suppl. 189. PORS.

909. 'Ελένῃ σ' ὁμοίαν. Ridicule senem veste muliebri indutum similem putat feminæ omnium formosissimæ. BERG. Lege μάλιστ' εἶδον ex Eurip. Hel. 571. PORS. Edd. ante Brunck. ἴδον. DIND.

910. ἐγὼ δὲ Μενελάῳ. Sic versum hunc ex Eurip. emendavi, qui in prioribus edd. pessime sic legitur: ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων. Exstat autem apud Eurip. Hel. 570. KUST. Ceterum ad illud ἀφύων, quod in aliis est edd. annotavit Bourdinus vocem ὀφρύων forte quia ita legendum putaret. Quodsi ergo versus ille ita scribatur, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ὀφρύων, sensus est non ineptus talis: *ego vero te Menelao* (similem video) *quantum ex superciliis tuis conjicio: sive, quod ad supercilia attinet*. Non autem semper retinet comicus omnia Eurip. verba. BERG. Nimis præcipiter mutavit versum Kust. Servatis omnibus debuerat tantum ὀφρύων reponi pro ἀφύων. REISK. Frob. Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων. Andreas *Divus* [si recte vocem illam legere queo. Editor not. Bent.] legebat ὀφρύων. Eurip. Μενελέῳ γέ σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ. BENT. In Hel. 572. legitur: ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ. Ultimam versus partem ridiculi causa mutavit comicus, servata quadam soni similitudine, τι φω, ιφυων, Eurip. natalium sordes, et matrem λαχανοπωλήτριαν identidem objiciens. In Cod. ut in vett. edd. legitur, ἐγὼ δὲ Μενέλαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων. Manifestæ corruptelæ, quæ tamen unicam afficit literam, medelam ex Eurip. arcessivit Kust. clausulam tragici versus comico hemistichio adsuens. Insulsum est, quod conjecit Berg. ὅσα γ' ἐκ τῶν ὀφρύων. Genuinam lectionem, apud Suid. latentem in ἰφύῃ, sagaciter detexit, et ingeniose adseruit Piers. ad Mœr. p. 7. qui omnino adeundus: ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ἰφύων. Oleris agrestis species est ἴφυον, cujus meminit iterum comicus in Phœn. fragm. i. quo ex loco de syllabarum quantitate constat. In sup. versu recte apud tragicum legitur εἶδον; non, ut in comici editt. ἴδον. Vide notam ad Lys, 759. BRUNCK. Μενελάῳ γέ σ'· οὐδ' ἔχω τι φῶ Kust. ex Eurip. Hel. 572. Citat Suid. v. ἰφύη, ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων. Vix credibile est tantum degenerare potuisse versiculum, si integrum Eurip. repetere voluisset comicus. Sin autem statuamus eum, quum ea recitasset, ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ', παρὰ προσδοκίαν, addidisse ἐκ τῶν ἰφύων, *Ego vero te Menelao similem duco, isti scilicet Menelao qui ex ἰφύων venit*, exprobrabit Eurip. generis obscuritatem; id quod et alibi non semel facit. ἴφυον est oleris genus, cujus meminit Aristoph. in Phœn. apud Athen. iii. p. 90. [Vide Piers. ad Mœr. p. 7. DOBR.] Suid. ed. Ms. v. ἰφύη. PORS. ἐγὼ δὲ Μενελάῳ σέ γ', ὅσ' ἐκ τῶν ἰφύων. Ita hic versus ex Eurip. Helen. 570. legendus est, nec ideo Eurip. versui illud ὅσα obtrudendum est, quod velle videtur Reisig. p. 277. Nisi forte legendum est ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων, ut ἰφύων bisyllabum sit synizesi vocalium υω, de qua videsis, quæ in Comment. Æsch. p. 26. sqq. disserui. Ex Aristoph. exempla habet Meinecke, Cur. Crit. p. 22. Reisig. p. 291. Quantitas enim primæ syllabæ vo-

cabuli ἱφύων incerta est, neque ex corruptis locis Aristoph. ap. Athen. ii. p. 63. D. et Epicharmi ap. eund. ii. p. 71. A. certi quidquam de ea constitui potest. Si autem ita hæc verba leguntur, similiora etiam, ictu in easdem syllabas cadente, evadunt postremis versus Euripidei verbis οὐδ' ἔχω τί φῶ, quod efficere voluisse Aristoph. suspicatus est Reisig. p. 277. AUG. WELLAUER.

911. Hic versus et sequens ex Hel. desumti sunt. Cod. et Junt. perperam χάρας habent pro χέρας, quod reposuit Zanettus. BRUNCK.

912. ὦ χρόνιος ἐλθών. Exstat integer in Eurip. Hel. ut dixi. In Elec. autem ejusdem 1156. πόσιν χρόνιον ἱκόμενον ἐς οἴκους. V. Phœn. 369. BERG. ἐς χέρας. Sic recte Eurip. At priores edd. male ἐς χάρας. KUST. ἐς χέρας. Ita ed. Farrei, ut etiam est in Eurip. at aliæ edd. ut Kust. monet, ἐς χάρας, male. Ceterum ἐς χεῖρας ἐλθεῖν hoc sensu comicus dixit etiam Pac. 317. ubi vide notam. BERG.

913. Vox πόσι in impressis omissa, codicis fide nititur, e quo etiam versum abhinc secundum edidi, qui integer senarius est. BRUNCK.

916. κλαύσετ' ἄρα, ὅστις. Sic 248. οἰμώζετ' ἄρ', εἴ τις—. Nulla causa est, cur cum Dawes. p. 272. scribatur κλαύσεται, νὴ τὼ θεώ. Diphthongus quandoque elisisse poetas Atticos, idque jure suo, nemo est hodie qui non agnoscat. Non omnia exempla, quæ apud comicum occurrunt, observavit eruditus Britannus. Infra 1012. ὅτι δεῖ με γίγνεσθ' Ἀνδρομέδαν. πάντως δ' ἐμοί—. 1178. ὀρχησομένη γὰρ ἔρχεθ' ὡς ἄνδρας τινάς. Lys. 927. ἀλλ' οὐ δέομ' οὐδὲν ἔγωγε.— Νὴ Δί' ἀλλ' ἐγώ. Nub. 523. πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἢ παρέσχε μοι—. 1140. οὕτως ἀπολήψεσθ', ἀλλὰ λοιδοροῦσί με. Suntque alia multa, quæ proferre inutile est: suffecerit legisse, quæ in istum Dawes. canonem observavit Th. Burges. In Lys. v. 758. vitari potuisset elisio, scribendo cum Valck. ad Herodot. p. 638. ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἔτ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει. BRUNCK.

922. αἰγυπτιάζειν hic est vox anceps. Tam enim significare potest *de Ægypto quædam garrire, vel loqui*, quam *Ægyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari.* Eo enim nomine gens illa olim male audiebat; unde proverbium: δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι. KUST. Versus in nota citatus est Æsch. sub cujus nomine legitur emendate in notis ad Nub. 1128. δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι. BRUNCK.

924. Avv. 1011. ὑπὸ κίνει τῆς ὁδοῦ. BERG. ὑπαποκινητέον. Idem compositum reposui Avv. 1011. κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ. BRUNCK.

926. Malim, οὐ γὰρ προδώσω οὐδέποτέ σ'. ELMSL. ad Acharn. p. 61. ἥνπερ ἐμπνέω. Ad verbum, *si modo vixero.* Nam ἥνπερ per se significare non potest *quoad.* Scribere potuit comicus ἕς τ' ἂν ἐμπνέω. BRUNCK.

927. ἣν μὴ προλείπωσ'. Cum Scal. rescribo προλίπωσ' metri gratia. Nam syllaba prima in μυρίαι longa est, quam oporteret esse brevem, si Aristoph. scripsisset προλείπωσι. KUST. ἣν μὴ προλίπωσ' αἱ μυρίαι με μηχαναί. Sic bene Kust. in notis post Scal. Vulgo προλείπωσ', redundante syllaba, quia in μυρίαι prima necessario producitur, ut supra 475. 555. Lys. 355. Ran. 63. Pac. 521. et sic ubicunque occurrit vel simplex vel compositum. BRUNCK.

928. αὕτη μὲν ἡ μήρ. Est proverbium elegans, de quo vide parœmiographos. KUST. Ad hoc alludit Vesp. 175. ubi vide notam. BERG. Suid. αὕτη. PORS. αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν· *Funis quidem iste piscium attraxit nihil.* Proverbium translatum a piscatoribus qui sæpe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Vesp. 175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γ'.— BRUNCK. Perquam inepte versus hic mulieri tribuitur. Versum 924. secum loquens effatur Eurip. Ejus verba excipit Mnesilochus solus: *Abibis tu quidem, at ego quid faciam infelix?* Eum gener bono animo esse jubet, pollicitus se ei non defuturum, quamdiu suppetent doli, quorum struendi callidissimus est artifex. Sermonem hunc mulier non exaudit, quæ postquam procedentem in scenam Prytanin conspexit, ad eum se converterat. Mnesilochus vero, ut par est, Eurip. respondet: *Istud quidem bene promittis; at vide ut doctiorem comminiscaris dolum; namque hic funiculus, quem modo demisisti, nihil eduxit.* Hæc mulier dicere non potest, quæ personatum Menelaum, quicum collocuta est, ignorat qui sit, nec liquido perspexit istius hominis consilium. Probabile est in Cod. quem habuit B. Junt. perinde ac in August. interloquendi vices personarum nominibus distinctas non fuisse, sed lineola: unde factum, ut magno cum actionis scenicæ detrimento, et contra decorum, mulieri adscriptus fuerit hic versus, quem plane liquet in Mnesilochi partes transscribendum esse. BRUNCK.

929. ὃν ἔλεγ' ἡμῖν. Sic Cod. [et Bent.] Vulgo immodulate ὃν ἔλεγεν ἡμῖν. BRUNCK.

934. νὴ Δί' ὡς νῦν etc. *Ita profecto;*

(custodi eum) *nam modo quidam velorum sartor eum mihi pœne eripuerat.* Nempe Eurip. qui se dicebat *navi* advectum supra 877. et 882. Propterea etiam dicit eum ἱστιοῤῥάφον per contemtum; quasi ipse sibi fecerit vela, quibus navigaverit: alluditur autem ad vocem μηχανοῤῥάφος· quia per fraudem volebat abducere. Berg.

935. ὀλίγον. Mallem ὀλίγου. [Eodem modo Reisk.] Vide ad Vesp. 825. Berg. ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἱστιοῤῥάφος. Sic bene Cod. Perperam vulgo ὀλίγον, quod recte emendavit Dawes. p. 330. Cf. not. ad Lys. 31. Nub. 722. ὀλίγου φροῦδος γενέσθαι. Male autem vertit Kust. *sutor ille fraudum*, tanquam si certum aliquem et notum designaret hominem. Mulier Eurip. non noverat; ignorabat, quis esset ille homo, qui sub persona Menelai Mnesilochum abducere tentaverat: nec amplius Eurip. erat in scena: eum itaque nullo modo designare poterat. In eodem errore versatur Dawes. rescribi volens οἱστιοῤῥάφος. Eo sensu ex Atticismi indole scriptum oportuisset geminato articulo ὁ ἀνὴρ ὁ ἱστιοῤῥάφος. Sed subauditur hic indefinitum τις, cujus non infrequens ellipsis, et verti debuit, ut feci, *veterator nescio quis.* Brunck. ὀλίγου Suid. Ms. v. ἱστιορ. Pors.—ον Med. Dobr. ἱστιοῤῥάφος. Locum hunc exponit Suid. v. ἱστιοῤῥάφος, cujus verba jam attulerunt Bourdinus et Bisetus ad hunc locum. Kust.

939. τί σοι χαριοῦμαι; [Sic Bent.] Sic ex Atticæ dialecti usu scribendum. Vulgo χαρίσομαι. Vide Piers. ad Mœr. p. 106. Brunck. Scribe τί σοι χαρίσωμαι cum Herman. ad Nub. 88. et Pors. ad Eurip. p. 302. Dind.

941. ἵνα μὴ κροκωτοῖς. Lego ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς· i. e. *ne crocotis et mitris indutus.* Kust. ἵνα μὴ 'ν κροκωτοῖς. Sic recte Cod. ut Kust. in notis emendandum censuit. Vulgo omissa præpositione ἵνα μὴ κροκωτοῖς. Similis erat menda in Eurip. Orest. 800. Brunck.

942. τοῖς κόραξιν ἑστιῶν. Suid. ex hoc loco observat, τὸ ἑστιᾷν apud Græcos aliquando cum dativo construi: quod notandum, quia rarum. Kust. τοῖς κόραξιν pertinet ad γέλωτα παρέξω. In ἑστιῶν subint. αὐτούς. Reisk.

943. ἔδοξε. Perperam vulgo cum metri labe ἔδοξεν. Brunck. Correxit etiam Reisk. Dind.

944. τοῖς παροῦσι. Sic quidem libri, sed mendose. Legendum τοῖς παριοῦσι, quod in versione expressi. Ran. 748. recte Kust. reponit ἀπίῃς pro ἀπῇς. Cf. Vesp. 623. Proclivis error in permutatione horum verborum, cujus contrarium exemplum observavi ad Apollonium ii. 195. Brunck.

945. Lege ἰατταταιάξ: vid. Eq. 1. mox ἐστ': sed Suid. utrumque agnoscit in ἐτεοί. Bent.

947. παίσωμεν. Priores edd. male πέσωμεν. Est autem παίσωμεν a παίζω, cujus futurum non solum est παίξω, sed etiam παίσω: ut ex derivatis συμπαιστὴς, συμπαίστωρ, συμπαίστρια, etc. patet. παίζειν autem, præter vulgarem significationem, interdum etiam notat *saltare*, vel *choreis se oblectare*, ut hic et passim alibi apud Aristoph. Videndum tamen annon τὸ παίσωμεν etiam deduci possit a παίειν, *ferire*, quod hic dictum sit pro *choreas agitare*, vel *tripudiare*, quia nimirum, qui hoc faciunt, *terram pedibus ferire solent:* qua de re vide quæ notavimus supra ad Avv. 661. ubi itidem habetur παίσωμεν. Kust. παίσωμεν. Ita recte ed. Farrei et Bisetus. Berg. Prout vulgo in quatuor lineas hic et sequens versus divisi sunt, non temere quis opinabitur editores fugisse, anapæsticos eos esse tetrametros, quorum ad legem in priore scriptum oportuit ταῖσι γυν—, non, ut vulgo, ταῖς. [Versibus duobus recte distinxerunt et scripserunt Bent. et Pors.] παίσωμεν a Zanetto recte emendatum fuit, quum in Junt. esset πέσωμεν, quæ Cod. etiam scriptura est. Brunck.

948. ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱερ. ὥραις ἀνέχωμεν. Locum hunc Suid. v. ἀνέχομαι, ex veteribus proculdubio schol. sic explicat: καὶ ἀνέχωμεν, ἀντὶ τοῦ αὐξάνωμεν. καὶ Ἀριστοφάνης· ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαινῶν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν. ὅταν τὰ μυστήρια, φησὶν, αὔξωμεν τῶν θεῶν Δήμητρος καὶ Περσεφόνης. ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν. τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς· τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀνέχομεν. Nimirum ἀνέχειν ὄργια significat *orgia* vel *sacra celebrare:* quod Schol. per voces αὔξειν et ἐπαίρειν indicare voluit. Kust. θεαῖς Suid. Ms. v. ἀνέχομαι. Pors. θεαινῶν edd. Med. Kust. Dobr.

949. Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει. Pauson erat nomen pauperis, teste Schol. Plut. 602. Inde proverbium, Παύσωνος πτωχότερος, quod habes in collectaneis Suid. Lepide ergo comicus hic dicit, Pausonem Thesmophoria jejunio colere: non ex religione scilicet, sed quod nihil haberet, quod ederet. Tertium autem Thesmophoriorum diem jejunio olim Athenis a mulieribus coli solitum fuisse, jam satis demonstravit diligentissimus Meursius in Græcia feriata et illustriss. Spanh. ad Callimach. p. 671. Vide nos etiam supra ad v. 86. hujus fabulæ. Kust. Non ex religione quadam jejunio celebrat Thesmophoria; sed quia non habet, quod

comedat. V. ad Plut. 602. Mulieres autem vi religionis jejunabant. V. 983. et 86. Similiter in Avv. 1518. de diis fame laborantibus: ἀλλ' ὥσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν. Berg. Παύσων σέβεται καὶ νηστεύει. Tolle glossema καὶ νηστεύει, quod facetiam extinguit loci. Hotib.

951. ξυνεπευχόμενος. Sic optime Cod. [et Bent.]. Vulgo ξυνευχόμενος. V. not. ad Lys. 408. Brunck.

952. μέλλειν. Verti quasi legeretur μέλειν per unum λ. De industria autem obscuritatem hic affectat comicus, imitans scilicet stilum quo Eurip. in choris uti solet. Kust. μέλλειν. Ed. Farrei [et Gry. Bent.] μέλειν. Berg. μέλλειν est in *futurum contingere*. Reisk. τοιαῦτα μέλειν. Perperam Juntina μέλλειν contra metrum et sensum. Illud bene restitutum in Venet. Zanetti cura: sed ut supra πέσωμεν, hic μέλλειν revocarunt posteriores edd. Brunck.

953-1000. Hæc strophica esse, nemo facile inficias ibit, præsertim cum leviter tantum sint corrupta. Deleto verborum κυκλοῦν ὅμμα, quæ vera lectio, interpretamento ἐπισκοπεῖν πανταχῇ, itidemque expunctis similibus nonnullis,.de quibus monere insuper habebo, correctaque verborum paucissimorum scriptura depravata, sic legendum est: Ὅρμα! Χώρει στρ. α'. (*antispast.*) | Κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον! (*troch. dim. catal.*) | Χειρὶ χεῖρα σύναπτε! ῥυ- (*glycon.*) | θμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα! βαῖνε καρπαλίμοιν ποδοῖν! (*troch. tetram.*) | Κυκλοῦν ὄμμα ἀντιστρ. α'. | Χρὴ χοροῦ κατάστασιν. | Ἅμα δὲ καὶ γένος Ὀλυμπίων | Μέλπε — — — τρόπῳ! | Εἰ δέ τις στρ. β'. (*basis troch.*) | Πρ. — — ἐρεῖν ἐ- (*troch. dim.*) | μ' ἐν — — —φρονεῖ. (*troch. tetram.*) | Ἀλλὰ χρή, ἀντιστρ. β'. | Ὥσπερ ἔργον ἀντὶ κείνων, (h. e. ut opus est istorum causa, quæ facta sunt circa Mnesilochum; ita mox ὥσπερ εἰκός. Vulgata ὥ. ἔ. αὖ τι καινόν, quæ vertuntur *Velut rem rursus novam*, inepta sunt). Πρῶτον — — — βάσιν, | Πρόβαινε ποσὶ, τ. Ε. στρ. γ'. (*iamb. dim.*) | Μ. κ. τ. τ. (*similis.*) | Ἅ. ἄ. ἁ. (*anacreont.*) | Χαῖρ', ὦ Ἑκάεργ', ὄπαζε δὲ νίκην! (*compositus ex anapæsto et amphibracho.*) | Ἥραν — — στρ. δ'. | — — — (*anacreont.*) | Ἣ πᾶσι — — καὶ (*iamb. senar.*) | Κλῇδας γ. φυλ. (*anacreont.*) | Ἑρμῆν — — — χορείαις. ἀντιστρ. γ'. | Ἔξαιρε — — — ἀντιστρ. δ'. | — — — | Παίσωμεν — — — νόμος. | Νηστεύσομεν δὲ π. (fert versus vulgatum νηστεύωμεν, exosculatur elegantius νηστεύσομεν eodem sensu). Ἀλλ' — — — στρ. ε'. (*iamb. senar.*) | — — — — | Ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς σύ, (*anacreont.*) | Κισσοφόρε Βάκχε δέσποτ'! ἐν κώμοις δ' ἐγὼ ἀντιστρ. ε'. | (sic legendum: inconcinne vulgo, κ. Βάκχειε, δ., ἐγὼ δὲ κώμοις). | Σ. φ. μ. | Β. κ. Σ. π. (diversæ formæ anacreonteos sibi respondere, monuimus ad Vesp. 278. Ceterum inter strophæ hujus versum ultimum et antepenultimum vulgo hæc leguntur, Εὔϊον, ὦ Διόνυσε, ex interpretatione quidem τοῦ Βρόμιε, petitaque ex sequentibus voce Εὔϊον ad versum scilicet sarciendum). Χοροῖς τερπόμενος, κατά γ' ὄρεα, Νυμφᾶν στρ. ς'. (*dochm. hypercat.*) | Ἐρατοῖσιν εἰν ὕμνοισιν, (*anacreont.*) (vulgo inconcinne, κατ' ὄρεα, Ν. ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις). | Εὔϊον — — — ἀναχορεύων. ἀντιστρ. ς'. Ἀ. δέ σοι κτ. | Κιθαιρώνιος Ἠχὼ, ἐπῳδός. | Μελάμφυλλά τ' ὄρη καὶ (*pherecratei seu potius anacreontici.*) | Νάπαι πετρώδεις βρέμονται, (*compositus ex iambo et trochæo.*) (vulgo ex glossa δάσκια inculcatur post ὄρη). Κύκλῳ — — — | Εὐπ. — — — (*anacreont.*) Hotib.

954-985. Vid. nott. pag. 317-318.

954. et sqq. κοῦφα ποσσὶν, ἄγ', ἐς κύκλον | βαῖνε καρπαλίμοις, ποδῶν | χέρας σύναπτε (στρ.) | χερσὶ καὶ ῥυθμὸν χορείας | ὕπαγε πᾶς· ὅρμα χαρᾷ· | ἐπισκοπεῖν δὲ, (ἀντιστρ.) | πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα, | χρὴ χόρου [sic] κατάστασιν.

959. et sqq. σύστημα α'.

962. et sqq. σύστημα β'.

966. et sqq. σύστημα γ'. [Hæc tria bene disposuit Bent. conjunctis in unum 954-5.]

969. et sqq. στρ. ubi lege Ἑκάεργ'.

977. et sqq. ἀντιστρ. ubi lego νηστεύομεν cum Bent.

985. et sqq. ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνά- | στρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ, | τόρευε πᾶσαν ᾠδήν· | ἡγοῦ σύ. γ' αὐτὸς, ὦ 'να | κισσόφορε [sic] (5) | βάκχειε | δέσποτ', ἐγὼ δὲ κώμοις | σε φιλοχόροισι μέλψω | Εὔϊον, ὦ Βρόμιε | καὶ Σεμέλας παῖ χόρ- (10) | οις [sic] τερπόμενος κατ' ὄρη | Νυμφᾶν ἐρατοισιν [sic] ἐν ὕμν- | οισιν Εὔϊον Εὐὰν | εὐὰν ὦ 'να χορεύων. | ἀμφὶ σοὶ δὲ κτυπεῖ (15) | τοῦ Κιθαιρῶνος Ἠχ- | ὼ, μελάμφυλλ' ὄρη | δάσκιά τε καὶ νάπαι | πετρώδεις | βρέμονται, (20) | κύκλῳ δὲ περί σε κίσσος [sic] | εὐπέταλος ἕλικι θάλλει. V. 4. Vulgo ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτός. At ὧδ' intelligere hic nequeo. Dedi ὦ 'να, i. e. ὦ ἄναξ. cf. Eurip. Bacch. 579. ὦ Διόνυσ' ἄνα. (a me emendatum ad Tro. Append. p. 150. c.) V. 9. Διόνυσε gl. expuli. V. 14. Ex ἀναχορεύων erui ὦ 'να χορεύων. V. 15. Vulgo κτυπεῖται Κιθαρώνιος Ἠχώ. At quis sit illa Κιθαρώνιος Echo, ignoro. Scio quidem montem Cithæronа prope Thebas, Baccho sacrum; ideoque reposui Κτυπεῖ τοῦ Κιθαιρῶνος. Olim volui κιθα-

ῥόνομος, sed perperam; etenim montis mentio est aptissima. Horat. 'Redderet plausus tibi Vaticani Montis imago.' G. Burges. (προῳδός.) ὅρμα, χώρει κοῦφα ποσίν· | (α'.) ἄγ' ἐς κύκλον, χειρὶ ξύναπτε χεῖρα, | (α'.) ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα, βαῖνε | (β'.) καρπαλίμοιν ποδοῖν, ἐπισκοπεῖν δὲ | πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν. | (γ'.) ἅμα δὲ καὶ | γένος Ὀλυμπίων θεῶν | μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ. | (γ'.) εἰ δέ τις | προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν | ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ, | (β'.) ἀλλὰ χρὴ ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν | πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν. Deinceps sequitur stropha δ'. inde a v. 966—976. et antistrophia δ'. a versu 977—984., pauculis et leviculis quidem rebus corrigendis, ποσὶν in ποσὶ, v. 975. Ἑκάεργε in Ἑκάεργ'. nam v. 982. amplector cum Kust. emendationem Biseti, χάριν χορείας, ut vetustæ scripturæ χαίρειν χορείας Junt. libri, et Mss. Rav. Augustanique proximam. Nibil plane auctoritatis est his tribuendum, quæ in Veneto primum Zanetti reperta et in Farr. exemplar perducta, χεροῖν χορείαν, custodiverunt Berg. et Brunck. Ceterum in stropha α'. libris editum est σύναπτε pro ξύναπτε, et antistropha β'. εὐφυῆ pro εὐφυᾶ. In hanc Atticorum formam Brunck. etsi advertit animum, tamen expers fuit caussæ idoneæ, cur rejiceret. Jam pervenimus ad alterum systema: (προῳδός.) ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδί, | τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν. | (α'.) ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς | (α'.) κισσοφόρε Βάκχειε | (β'.) δέσποτ'· ἐγὼ δέ σε κώμοις | φιλοχόροισι μέλψω | (γ'.) Εὔϊον, ὦ Διόνυσε, | Βρόμιε, καὶ Σεμέλας παῖ, | χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμ- | φᾶν ἐρατεινοῖς ἐν ὕμνοις. | (β'.) Εὔϊον, Εὔϊον, εὐοῖ, | εὐοί, ἀναχορεύων. | (γ'.) ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται | Κιθαιρώνιος Ἠχώ, | μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ | νάπαι πετρώδεις βρέμονται· | (δ'.) κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς | (δ') εὐπέταλος ἕλικι θάλλει. Duplicis systematis figura hæc est:

(προῳδός.) α'. α'. β'. γ'. γ'. β'. δ'. δ'. |

(προῳδός.) α'. α'. β'. γ'. β'. γ'. δ'. δ'. In

Proodo emendationem Bent. ad Horat. A. P. v. 441. p. 701. propositam sine ulla dubitatione complexus sum. Vulgatum τόρευε asservavit Suidas v. τορεύει, vol. iii. p. 488. Post αὐτὸς quod est in stropha α'. expunximus σύ. Respuit enim metrum, et est nonnunquam a librariis vel grammaticis nomini αὐτὸς aspersum, ut in Nub. 868. αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν—. In stropha β'. σὲ in libris ante φιλοχόροισι collocatum in suum locum transposui, inclinato tono, ante κώμοις. In stropha γ'. ἐρατοῖς mutavi in ἐρατεινοῖς. In antistropha β'. redintegravi evantium exclamationem εὐοί ante ἀναχορεύων. In antistropha γ'. nomen Κιθαιρώνιος in plerisque exemplaribus usque a Junt. macula est affectum, quam in uno Veneto Zanetti elutam reperio: nam in reliquis omnibus, quæ mihi præsto sunt, est Κιθαρώνιος, unius privatione litterulæ absonum et absurdum. Nihil tamen vera scriptura Bisetum præteriit, neque Hotibium, p. 127. Virg. Æn., libro iv. vv. 302. 303., '—audito stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.' Reisig. V. Herman. in diariis Lipsiens. a. 1818. fol. 121. p. 964-965. Dind. Si ante omnia sensus, deinde numerorum quæ veri simillima ratio est, considerari debet, proodus pertinet usque ad κατάστασιν v. 953., et, præter primum versum, ex trochaicis atque iambicis numeris constat. (προῳδός.) ὅρμα, χώρει | κοῦφα ποσὶν, ἄγ' ἐς κύκλον, | χερὶ σύναπτε χέρα, ῥυθμὸν χορείας | ὕπαγε πᾶσα· βαῖνε καρπαλίμοιν ποδοῖν. | ἐπισκοπεῖν δὲ πανταχῇ (5) | κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν. | μονοστροφικά. | (A.) ἅμα δὲ καὶ | γένος Ὀλυμπίων θεῶν | μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ. (10.) | (A.) εἰ δέ τις | προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν | ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ. | (A.) ἀλλὰ χρὴ | ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν, (15) | πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν. | (B.) πρόβαινε ποσὶ τὸν Εὐλύραν | μέλπουσα καὶ τὴν τοξοφόρον | Ἄρτεμιν, ἄνασσαν ἁγνήν. | (Γ.) χαῖρ', ὦ Ἑκάεργε, (20) | ὄπαζε δὲ νίκην. | Ἥραν τε τὴν Τελείαν | μέλψωμεν, ὥσπερ εἰκὸς, | (Δ.) ἣ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει τε καὶ | κλῇδας γάμου φυλάττει. (25) | (B.) Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, | καὶ Πᾶνα, καὶ Νύμφας φίλας, | ἐπιγελάσαι προθύμως | (Γ.) ταῖς ἡμετέραισι | χαρέντα χορείαις. (30.) | ἔξαιρε δὴ προθύμως | διπλῆν χάριν χορείας. | (Δ.) παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷάπερ νόμος· | νηστεύωμεν δὲ πάντως. | μεσῳδός. | (Δ.) ἀλλ' εἶ' ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ, (35.) | τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν. | (Γ.) ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς | σὺ, κισσοφόρ', ὦ ἄναξ | Βάκχει'· ἐγὼ δὲ κώμοις | σὲ φιλοχόροισι μέλψω· (40) | (E. στροφή.) εὐοῖ, ὦ Διόνυσε | Βρόμιε καὶ Σεμέλας παῖ, | χοροῖς τερπόμενος, κατ' ὄρεα Νυμ- | φᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις, | ὦ Εὔι' Εὔι' εὐοῖ (45) | ὦ Εὔι' ἀναχορεύων. | (E. ἀντιστροφή.) ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται | Κιθαιρώνιος Ἠχὼ, | μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ | νάπαι πετρώδεις βρέμονται· | κύκλῳ δὲ περὶ σὲ κισσὸς | εὐπέ-

ταλος ἕλικι θάλλει.—V. 15. Non intelligo hunc versum. Edd. veterrimæ *αὐτὶ καινόν.* Scribendum videtur *οἷόνπερ ἔργον, αὐτίκα.* —V. 35. Quam mesodum feci, re vera non tam mesodus est, quam repetitio partium Δ. Γ., quæ in præcedentibus strophis sunt. Totum carmen continet verba saltationi accommodata, quæ ejusmodi videtur fuisse, ut certi quidam gyri medii inter strophas γ' et δ' repeterentur, ideoque etiam metra eadem haberent.— V. 37. 38. Vulgata scriptura, *ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς σύ, κισσοφόρε Βάκχειε δέσποτ',* omni numero destituta est. *δέσποτα* interpretatio videtur verbi *ὦ ἄναξ.* Vid. Hesych. —V. 46. Vulgatum *Εὔιον* ne ad sensum quidem recte se habere videtur, siquidem *ἀναχορεύων* de Baccho, non de choro dicendum fuit. Vereor autem ne et in stropha et in antistropha vox exciderit, quæ ad usitatas choriambicorum formas requiritur, in stropha *παννυχίοις,* in antistropha *μεγάλως* ante *βρέμονται.* Herm. Canticum a v. 953. incipiens, quod minime, ut vulgo legitur, monostrophicum est, ita digerendum puto: (*προῳδός.*) *Ὅρμα, χώρει. | κοῦφα ποσὶν, ἄγ' ἐς κύκλον, | χειρὶ ξύναπτε χεῖρα, | ῥυθμὸν χορείας ὕπαγε πᾶσα, βαῖνε | (στρ. α') καρπαλί- | μοιν ποδοῖν. ἐπισκοπεῖν δὲ | πανταχῇ κυκλοῦσαν ὄμμα χρὴ χοροῦ κατάστασιν. | (στρ. β'.) ἅμα δὲ καὶ | γένος Ὀλυμπίων θεῶν | μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ πᾶσα χορομανεῖ τρόπῳ. | (ἀντιστρ. β'.) εἰ δέ τις | προσδοκᾷ κακῶς ἐρεῖν | ἐν ἱερῷ γυναῖκά μ' οὖσαν ἄνδρας, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ. | (ἀντιστρ. α'.) ἀλλὰ χρὴ | ὥσπερ ἔργον αὖ τι καινὸν, | πρῶτον εὐκύκλου χορείας εὐφυῆ στῆσαι βάσιν. | (στρ. γ'.) πρόβαινε ποσὶ, τὸν Εὐλύραν | μέλπουσα, καὶ τὴν τοξοφόρον | Ἄρτεμιν, ἄνασσαν ἁγνήν. | χαῖρ' ὦ Ἑκάεργε, ὄπαζε δὲ νίκην. | (στρ. δ'.) Ἥραν τε τὴν Τελείαν | μέλψωμεν, ὥσπερ εἰκὸς, | ἣ πᾶσι τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει τε καὶ | γάμου κλῇδας φυλάττει. | (ἀντιστρ. γ'.) Ἑρμῆν τε νόμιον ἄντομαι | καὶ Πᾶνα καὶ νύμφας φίλας, | ἐπιγελάσαι προθύμως | ταῖς ἡμετέραισι χαρέντα χορείαις. | (ἀντιστρ. δ'.) ἐξαῖρε δὴ προθύμως | διπλῆν χάριν χορείας. | παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷά περ νόμος, | νηστεύωμεν δὲ πάντως. | (μεσῳδός.) ἀλλ' εἶδος ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ, | τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. | ἡγοῦ δέ γ' ὧδ' αὐτὸς | σὺ κισσοφόρε Βάκχειε. | (στρ. ε'.) ὦ δέσποτ', ἐγὼ δὲ κώμοις | σὲ φιλοχόροισι μέλψω. | (στρ. ς'.) εὔιον, ὦ Διόνυσε | Βρόμι', ὦ Σεμέλας παῖ, | (στρ. ζ'.) χοροῖς τερπόμενος κατά γ' ὄρεα Νυμφᾶν | ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις, | εὔιον, εὔιον, εὐοῖ ἀναχορεύων. | (ἀντιστρ. ς'.) ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται | Κιθαρώνιος Ἠχὼ, | (ἀντιστρ. ζ'.) μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ νάπαι | πετρώδεις βρέμονται, | εὔιον, εὔιον, εὐοῖ ἀναχορεύων. | (ἀντιστρ. ε'.) κυκλῷ δὲ περὶ σὲ κισσὸς | εὐπέταλος ἕλικι θάλλει.* Carmen ex triplici constat systemate. Possit etiam aliquis inter *προῳδὸν* et *μεσῳδὸν* responsionem quandam restituere, si hanc ita scribat: *ἀλλ' εἶδος ἐπ' ἄλλ' | ἀνάτρεπ' εὐρύθμῳ ποδὲ, | τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. | ἡγοῦ δέ γ' αὐτὸς κισσοφόρε Βάκχειε.* quo facto hæc stropha et antistropha prima foret, sed turbaretur hac re reliquarum stropharum ordo.—V. 976. vocabula *γάμου κλῇδας* non transponenda esse, quod fecit Brunck. jam vidit Reisig. p. 246. — V. 985. *εἶδος* reponendum putavi, collato Plut. 317. *ὑμεῖς ἐπ' ἄλλ' εἶδος τρέπεσθ'.* V. 990. *Διόνυσε* trisyllabum est, quod jam Reisig. p. 291. animadvertit. In reliquis et pauca mutavi et ea, quæ facilem excusationem habebunt. Aug. Wellauer.

954. *κοῦφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον.* Describitur hic chorea, quæ fiebat in orbem et consertis manibus: qua de re vide quæ notavimus ad Plut. 761. Kust.

955. *χειρὶ σύναπτε χεῖρα.* Vid. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 325. Dind.

958-968. Bent. disposuit in tria systemata, utroque de tristicho constante. Editor Not. Bent.

967. *ἔργων αὐτίκα καινῶν.* Reisk.

968. *εὐφυῆ στῆσαι βάσιν.* Id est rhythmice et in numerum terram pedibus pulsare, quod *οἱ χορεύοντες* facere solent. Kust. *εὐφυῆ.* Magis Atticum esset *εὐφυᾶ,* ut Nub. 76. *ὑπερφυᾶ.* Sed illud in chorico cantico locum suum tuetur. Brunck.

969. *Εὐλύραν.* Idem epithetum Apollini tribuit Eurip. Alcest. 571. *εὐλύρας Ἀπόλλων.* Supra vero in hac fab. 322. *χρυσολύρας* dicitur Apollo. Kust. Sed *εὔλυροι Μοῦσαι* in Ran. 229. ab *εὔλυρος.* Berg. Frob. *ἐλύραν*: alii *εὐλύραν*: ut *χρυσολύραν* Apollineam. Bent.

973-980. In duobus systemasin quatuor versuum legit Bent. *παίζει τε καὶ Κλῇδας*—, et mox *προθυμίᾳ Ταῖς ἡμετέραις —χαρέντα ταῖς χο-* Editor Not. Bent. Jul. Pollux iii. 38. *Ἥρα Τελεία, ἡ Ζυγία.* ubi vide commentatores. Berg. Ad Suid. in *Τελεία* notat Pors. Ex scholiaste inedito Aristoph. ad h. l. apud Lindenbrog. ad Terent. Phorm. iv. 4. 21. Dobr. Ad matrimonium pertinuisse Thesmophoria patet etiam ex Melissarum in hoc festo sacerdotio; nec nisi hoc intellecto explicari potest, quare apud Aristoph. mulieres in Thesmophoriis *Ἥραν τελείαν* invocent, quæ *γάμου κλῇδας φυλάττει.* Aug. Wellauer. Vocabulum illud non satis recte explicatur a Perizon. ad Ælian. V. H. iv. 3. Spanh. ad Callim. in Jov. 57. Ruhnk.

ad Tim. p. 225. Matrimonium enim τέλος vocatur, tanquam initiatio quædam et sacramentum, quemadmodum Junonis cum Jove conjugium a Diod. v. 72. τέλος dicitur. Dind.

975. Senarius est, ut v. 983. qui vulgo male digesti sunt. Brunck. τοῖς χοροῖσιν ἐμπαίζει. Id est, *choreis interest*. Vide quæ de verbo παίζειν notavimus paulo ante ad v. 947. Kust.

976. γάμου κλῇδας φυλάττει corrigi volebat Reisig. i. p. 246. propter antistrophicum versum 984. νηστεύωμεν δὲ πάντως. De qua re dubitat Syntagm. Crit. p. 33. 34. Dind.

977. Ἑρμῆν τε Νόμιον. Hom. Hymn. in Mercurium. Berg.

978. καὶ Πᾶνα. Pan etiam Νόμιος, utpote Mercurii filius. Hom. Hymn. xviii. Berg.

980. χαρέντα. Bisetus recte legit χαρέντας. Kust. Ed. Farrei χαρέντας. Berg. Malo χαρίεντα, ut cum ἐπιγελάσαι conjungatur; *to smile graciously*. Pors.

982. διπλῆν χαίρειν χορείας. Bisetus recte, ut puto, emendandum censuit διπλῆν χάριν χορείας. διπλῆν autem hic non aliter vertere possis quam *diplam*. Erat enim διπλῆ εἶδος ὀρχήσεως ἢ κρούματος, teste Hesych. Hanc ergo *diplam* comicus noster per appositionem, ut grammatici loquuntur, χάριν χορείας hic vocat. Bourdinus, non ex conjectura, ut puto, sed fide editionis suæ, legit διπλαῖν χεροῖν, i. e. *ambabus manibus:* quæ lectio nec ipsa commodo caret sensu. Significabit enim, *ambabus manibus* (*plaudens*) *choreas agita*. Nimirum ἐξαίρειν χορείας est genus loquendi simile fere illi, quod occurrit supra 948. ἀνέχωμεν Ὄργια, ubi vide notas. Kust. διπλῆν χεροῖν χορείαν. Ita scripsi ex ed. Farrei. Erit autem ἐξαίρειν χορείαν idem quod ἀνάγειν χορόν. In Troad. Eurip. 326. Bourdinus legebat διπλαῖν χεροῖν: sed istud insolens mihi videtur pro ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν. Berg. διπλῆν χεροῖν χορείαν. Sic bene Zanettus edidit. In Cod. duo præcedentes versus omissi: hic autem sic scriptus est: δὲ πλὴν χαίρειν χορείας. In Junt. διπλὴν χαίρειν χορείας. Hesych. διπλῆ. ὀρχήσεως εἶδος, ἢ κρούματος: ad quam glossam vide interpretes. Quod Bisetus conjecerat, Kusterusque in versione expressit, διπλῆν, χάριν χορείας, haud sane ineptum est. Brunck.

983. παίσωμεν. V. supra 947. Kust.

984. Lege νηστεύομεν. Bent.

986. τόρευε πᾶσαν ᾠδήν. Probabiliter Bent. loco ad 56. citato legit τόρνευε πᾶσαν ᾠδήν. Brunck. τόρευε. Suid. v. Pors.

988. Βάκχειε δέσποτα. Bacchus interdum per periphrasin dicitur Βάκχειος δεσπότης vel Βάκχειος θεός. Interdum etiam omisso substantivo θεὸς vel δεσπότης simpliciter appellatur Βάκχειος vel Βάκχιος. Eurip. Bacch. 195. μόνοι δὲ πόλεως Βακχίῳ χορεύσομεν; et in eadem fab. 366. τῷ Βακχίῳ γὰρ τῷ Διὸς δουλευτέον. In eadem fab. 308. Eurip. thyrsum vocat Βάκχιον κλάδον et in Cycl. 445. vinum Βάκχιον ποτόν. Ait enim, ὅταν δ' ὑπνώσῃ Βακχίου νικώμενος: id est, *quum vino sopitus fuerit*. Sic apud comicum nostrum Eccl. 14. *vinum* appellatur βάκχειον νᾶμα. Kust.

989. Lege φιλοχόροισι. Bent. Edd. ante Brunck. φιλοχόροισιν.

992. Lege vel τερπόμενον vel τερπόμενε. Bent.

994. ἄνα (id est ὦ ἄναξ) χορεύων. Reisk.

995. Lege κτυπεῖ τε Κιθ. sequitur enim τε. Valcken. in nota Ms. ap. Dobr. ad Arist. Plut. 748. suspectam habens formam κτυπεόμαι. Duo Philostrati loca, p. 201. et p. 358. opponit Dobr. Dind.

1001. Scytha sive lictor hic loqui incipit, cujus orationem Aristoph. de industria barbarismis et solœcismis opplevit, ut hominis barbariem et imperitiam ostenderet. Id autem ideo monere volui, ne quis forte putaret esse hæc menda librariorum vel typothetarum. Kust. Lictor Scytha barbare loquitur, quod neminem fugit: neque id monere necesse erat. Sed aliud quid erat, quod animadvertere debebant editores, Scythæ sermonem, licet barbarum, numeris tamen conclusum esse, utpote qui pars sit comœdiæ metro ligatæ. Barbarismi sunt personæ, at versus poetæ sunt, iique omnes ad metricas leges exacti esse debent. Nec aliter se apud nos res habet: si quando comicus poeta aut rusticum, aut peregrinum in scenam inducit, mixobarbarum ei sermonem tribuit, numeros tamen et ὁμοιοτελεύτου leges observat. Uno verbo in comœdia metro ligata personæ omnes versu loquuntur. At nimium quantum in Scythæ hujus partibus indulserunt sibi librarii et editores, cujus sermonem diligenter ad numeros revocabo. Et primo quidem in vulgatis libris mendose circumfertur hic versus: ἐνταῦθα νῦν οἰμώζει πρὸς τὴν αἰτρίαν. Vides spondeum in quarta sede. Cod. et vett. edd. οἰμώζει. Lege οἰμῶξι. Adumbratum hoc ex Æsch. apud quem Robur postquam Prometh. scopulo adfixit, ei dicit 82. ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε. Præterea e Scythæ sermone aspiratio abesse debet: ut αἰτρίαν, sic ἐνταῦτα scribendum erat. Hoc semel observasse satis erit. Brunck. Gry. οἰμώξει. fo.

οἴμωξι. Bent. οἰμώζει. Ed. Farrei οἰμώξει. Quod melius est quidem, quia non dicimus οἰμώζομαι in tempore præsenti ut οἰμώξομαι in futuro primo medio: sed quia iste Scytha, ridiculi caussa, barbarizans introducitur, non debemus hæc examinare ad artis regulas. Berg. πρὸς τὴν αἰτρίαν. Pro πρὸς τὴν αἰθρίαν, ut in Plut. 1130. ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. Nempe solet Scytha mutare aspiratas literas in tenues, ut dixi. Id.

1002. Lege ἱκετεῦσα i. e. ἱκετεῦσον. Bent. μή μ' ἱκέτευε σύ. Male vulgo μή μ' ἱκετεύσῃ σύ. Brunck. Probabilior emendatio erat μή μ' ἱκετεῦσι σύ. Sic sup. v. οἰμῶξι. 1108. λαλῆσι. 1127. ἀποκεκόψι. 1176. ἀνεγείρι. 1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in istis Scythæ barbarismis observare licet. Brunck.

1003. ἀλλὰ ταῦτα δρᾷς ἐγώ· *atqui ego id facis*, pro δρῶ *facio*. Ceterum Scytha contrarium ejus quod Mnesilochus dicebat intellexit. Berg.

1004-5. οἴ μοι κακοδαίμων, μᾶλλον ἐπικρούεις σύ γε.— | ἔτι μᾶλλο βουλίς ;—ἀτταταὶ ἰατταταί. Priori versu præsens ἐπικρούεις sensus flagitat, altero supersedere Brunck. emendatione possumus. Aug. Wellauer.

1005. βουλῇς. Ed. Farrei βοῦλις. Berg. Vulgo legitur sine ulla metri forma, nec ad sensum satis perspicue, ἔτι μᾶλλον βουλῇς. — ἀτταταί, ταττταταί. Brunck. Lege μᾶλλο—ἰατταταί. Bent. L. ἰατταταί. Pors.

1007. πέρ' ἐγώ. Barbare pro, φέρε ἐγὼ ἐξενέγκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε· *age efferam stoream, ut custodiam te*, in ea cubans. Solet autem aspiratas consonantes mutare in tenues, ut infra etiam patebit. Berg. Lege ξένιγκι et ut Gry. πόρμος [Frob. πόρνος] i. e. φορμός. Bent. πέρ' ἐγὼ ξυνίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι. Sic est in Cod. Sed emendanda erat scriptura, πέρ' ἐγὼ 'ξενίγκι—id est φέρ' ἐγὼ ἐξενέγκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε. Pessime vulgo ξεινίγκι et πυλάξῃ, ita ut nec secundam, nec sextam sedem pes teneat legitimus. In ligno jam vinctus erat Mnesilochus, quod statim factum fuit, postquam Prytanis 930. lictorem jussit eum vincire. Scythæ nihil aliud e mandatis exsequendum supererat, nisi ut vinctum eum observaret, impediretque ne quis ad eum accederet: ne stando defatigetur, stoream petit, in qua recumbat. Non video qui Toup. ad Suid. iii. 192. in mentem venire potuit φορμὸν hic pro fune accipi debere. Brunck.

1011. ὑπεδήλωσε. Reisk. —σεν ante Brunck. Dind. Περσεὺς ἐκδραμών. Quia parum processit dolus ille Eurip. quo se Menelaum fingens eripere ex mulierum manibus conabatur Mnesilochum tanquam Helenam; nunc tanquam Perseus, si forte Mnesilochum possit liberare patibulo affixum, ut Perseus Andromedam scopulo alligatam. Scripserat autem de Andromeda etiam, ut de Helena, tragœdiam Eurip. Sed prius tanquam Echo apparebit. Berg.

5. πλὴν ἥ γ' ἐμή. Sic tres Cod. et Junt. aliæque antiquæ. Perperam Kust. ἥ γ'—. Naturalis ordo est: πλήν γε ἥδε ἡ ἐμὴ κωμῆτις ἐξέρχεται.—πλὴν valet ἀλλ' ὅμως, quo significatu particulam ἢ non adsciscit. BRUNCK. Apud Polluc. ix. 36. scriptum est πλὴν εἴ γε μὴ κωμήτης. DIND. Εἴ γε μὴ Suid. Ms. κω. PORS. ἥγ' ἐμὴ Cod. Trin. DOBR.

7. Ælian. epist. xv. λῦσον δὲ καὶ τὴν ὀφρῦν, καὶ τὸ σκυθρωπὸν τοῦτο καὶ σύννεφες χάλασον εὐθυμίᾳ. BERG.

8. Citat Suid. in τοξοποιεῖν. BENT. οὐ γὰρ πρέπει. Alciph. epist. xxxiv. lib. 1. οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι τοιούτοις ὄμμασι. BERG. τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. Quia sagittarii collineantes frontem et oculorum nervos contrahere solent, propterea mœstos et animi dolore rugas contrahentes audaci sane metaphora et tragicum

spirante dixit τοξοποιεῖν. Fl. Chr. Idem est, quod σκυθρωπάζειν, et alluditur ad vocem Σκύθης, quia Scythæ sunt τοξόται. Platonis vultum descripsit Amphis comicus: ὦ Πλάτων, ὡς οὐδὲν οἶσθα πλὴν σκυθρωπάζειν μόνον, ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. Locus exstat apud Laert. in Plat. et Suid. Quidam vero tunc deprimunt supercilia: σκυθρωπάζειν de illis etiam dicitur, ut patet ex illo loco, quem citavi Plut. 756. Berg. τοξοποιεῖν Suid. ubi ἰάνθη Ms. Pors. In Soph. fragm. (incert. 88.) ut puto; ubi ἰανθῇ Brunck. Dobr.

10. Ms. ὑμῶν. Bent. Sic Cod. Trin. Dobr.

11. ἀνδράσι νενομίσμεθα. Sic A. et Aug. Vulgo minus bene ἀνδράσιν. Brunck. ἀνδράσιν revocandum est: vid. Reisig. i. p. 24. Dind. —σιν ἐνομίσμηθα Cod. Trin. Dobr.

12-13. Personas om. Cod. Trin. Dobr.

13. εἰρημένον. Suid. v. εἰρημένον, et Corinth. de Dial. Att. [p. 98.] εἰρημένον hic positum aiunt pro εἰρημένου: nominativum nimirum pro genitivo absoluto, qua de re diximus plura ad Plut. 277. Kust. Schol. etiam h. l. εἰρημένον, ἀντὶ τοῦ εἰρημένου. Berg. Al. εἰρημένου: sed Atticus nominativus, teste Suid. in εἰρημένον. Bent.

16. χαλεπή τε γυναικῶν ἔξοδος. Qui olim Venerem pinxerat pede prementem testudinem, satis ostendit, emansiones et eliminationes feminis non esse honestas, imo ipsis debere esse οἶκον φίλον et ἄριστον. Legerem autem τοι pro τε. Fl. Chr. χαλεπή τοι γυναικῶν ἔξοδος. Junt. quam sequuntur edd. ceteræ, Cod. etiam Aug. χαλεπή τε. Posterius ex prava pronuntiatione ortum. Duo Reg. [et Bent.] τοι, quod et metro et loquendi rationi satisfacit. Antequam Reg. inspexissem Codd. reposueram pro jure meo χαλεπὴ δ' ἡ γυναικῶν ἔξοδος, quod et Th. Burges. qui nuperrime summo literarum bono novam procuravit Dawes. Miscell. Criticorum ed. facillimum et ad vulgatum accommodatissimum videtur.-[δ' ἡ confirmat Cod. Voss. Dawes. p. 323. voluerat χαλεπὴ τῶν γυναικῶν ἡ 'ξοδος, improbante Dorvill. ad Charit. p. 450. Dind.] Sed postquam Scal. [imo Fl. Chr.] emendationi duorum Codd. accessit auctoritas, eam quam exhibeo lectionem, retinendam omnino censui. Non enim is ego sum, qui facile animum inducam, verborum constructionem, quæ apud tragicos frequentissima nihil habet offendiculi, *cane pejus et angue* a comicis vitari debuisse: qua de re infra prolixius agam. Brunck. χαλεπή τοι γυναικῶν ἔξοδος. Sic quidem scripti veteres: nec tamen ideo recipi debuit hæc lectio, quam ut nunc respuam, penitius demum perspecta comici sermonis indoles suadet. Scripserat poeta noster: χαλεπή τοι γυναικῶν ἡ 'ξοδος. Sic Pac. 1181. αὔριόν γ' ἔσθ' ἡ 'ξοδος. Id. χαλεπή γ' ἡ Rap. apud Kidd. ad Dawes. p. 572. Dind. χαλεπὸς ἡ γ. ἐ. Toup. in Suid. iii. p. 42. Pors. ubi Pors. hæc annotavit (Append. Toup. p. 466.): "Sine exemplo χαλεπὸς in fœminino genere Aristoph. obtrudit noster. Recte Dawes. et Brunck. χαλεπὴ ΤΩΝ γυναικῶν ΗΞΟΔΟΣ. ΤΩΝ γυναικῶν Grotius Excerpt. p. 545." Dind. χαλεπή τοι γ. ἐξ. Cod. Trin. Dobr.

17. V. Schol. ubi ἐστράγγευσε scripsi pro ἐστράτευσε. V. Pac. 730. et Nub. 905. Berg. Schol. ἀντὶ τοῦ ἐστράγγευσεν. κυπτάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν. κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιβολίᾳ καὶ ἐπιχαρίτως κέχρηται, καθὰ καὶ Σώφρων. πλεῖσται γυναῖκες ἐνθαδὶ κυπτάζουσιν. Vide viros doctissimos Valck. ad Ammon. l. ii. c. 13. et Toup. ad Suid. ii. 102. Brunck.

18. ἡ δὲ παιδίον. Clausulam hanc, integrumque versum sequentem profert Pollux vi. 33. ubi quum olim recte editum fuisset παιδίον, novissimi editores e ridicula erga suos Cod. superstitione, nulla metri habita ratione, reposuerunt παῖδα, sicque sibi sapere visi sunt. Brunck.

20. ἦν γε. Posterioris voculæ, e Reg. A. repositæ, omissione claudicabat hic versus. Conjeceram prius, ἀλλ' ἕτερα γάρτ' ἦν. A Junt. non discrepat Aug. In B. ἦν τῶνδε προυργιαίτατα, superscripta e schol. varia lectione: ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτερα | αὐταῖς; Sed vitiosa est ista lectio, quia nihil præcessit, quo referri queat τάδε. Ad προυργιαίτερα addita glossa ἀναγκαιότερα. Brunck. Lege γ' ἄρ' vel γ' ἦν ἂν vel ἅτερα γὰρ ἦν: Ms. γράφεται· ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτατα: sed in textu ut editum. Bent. ἀλλ' ἕτερά γ' ἦν γὰρ τῶνδε προυργιαίτερα Herm. Brunck. e Cod. edidit, ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν γε τῶνδε προυργιαίτερα—. Hæc lectio, ut mihi quidem videtur, non emendanda est, sed prorsus abjicienda, quum in alio Cod. longe melior exstet, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν τάδε προυργιαίτερα αὐταῖς; quam Brunck. si intellexisset, non dixisset vitiosam. Notandum est enim, τάδε ad ea pertinere, quæ in sequentibus commemorantur, et significare *hæc, de quibus dictura sum*. Cf. quæ monui ad Soph. Œd. T. 101. Erfurdt. ἀλλ' ἕτερά τἄρ' ἦν τῶνδε πρ. Elmsl. ἀλλ' ἕτερα τἄρ' ἦν τῶνδε πρ. Herm. ἀλλ' οὐχ ἕτερά γ' ἦν τῶνδε προὐργιαίτερα αὐταῖς; Reisig.

προυργιαίτατα Cod. Vat. Pal. Kust. DIND. —αίτατα Cod. Trin. (cet. ut K.) DOBR. V. Reisig. Conject. i. p. 20. 209. προυργιαίτατα schol. Lege vero, ἀλλ' ἦν ἕτερα γὰρ, vel ἀλλ' ἦν γὰρ ἕτερα. Vide ad Vesp. 741. Menander apud Suid. v. ὑπάρχων, οὐχὶ παρακληθέντας ἡμᾶς δεῖ γὰρ ὑμῖν εὐνοεῖν, 'Αλλ' ὑπάρχειν τοῦτο. Ubi emendationem utramque quam dedit in Suid. iii. p. 246. in alios usus, credo, reservasset Toup. si animadvertisset, hæc verba sesquitrochaicum constituere. PORS. ἀλλ' ἕτερα γάρ ἦν γε τῶνδε προὐργιαίτερα, γε ex uno Cod. Brunck. ceteris omnibus cum Junta omittentibus. Ni fallor, vertendum, " Alia sunt majoris momenti quam hoc quod nunc ago," plane contra Lys. mentem. Ceperunt viri docti quasi fuisset τούτων, " iis quæ dicis." Equidem, ut in re incerta, partim cum Reisig. p. 23. e scholiis malim, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἕτερα προὐργιαίτερα; vel ἀλλ' ἦν sine interrogatione. DOBR.

22. ξυγκαλεῖς. Vulgo, neglecto Atticismo, συγκαλεῖς. In his nulla est apud me librariorum auctoritas. Quod tamen antea reposueram, confirmavit demum A. BRUNCK. ξυγκαλεῖς Cod. Trin. DOBR.

23. μῶν καὶ παχύ; Putat alteram locutam περὶ τοῦ πέους, quum diceret μέγα. V. Schol. Pac. 1349. τοῦ μὲν μέγα καὶ παχύ. BERG. Quod dixit Lys. μέγα, accipit Calonice de virili membro. BRUNCK.

24. νὴ τὸν Δία παχύ. Sic A. Duo alii, ut vulgo, καὶ νὴ Δία παχύ. BRUNCK. νὴ Δ'. sine καὶ Cod. Trin. DOBR. κᾆτα πῶς. Mirum videtur ei, si illud, quod ipsa intelligebat, est magnum et crassum, mulieres non accurrere. BERG.

25. ταχὺ γὰρ ἂν ξυνήλθομεν. Frequentissima hic est ellipsis, quam semel observasse satis erit. Plena phrasis est: εἰ γὰρ οὗτος ἦν ὁ τρόπος, ταχὺ ξυνήλθομεν ἄν· *si enim ad magnum et crassum penem convocatæ fuissemus, cito convenissemus.* Namque, ut est in Priapeiis, Carm. vii. observante Berg. ' Nimirum sapiunt, videntque magnam Matronæ quoque mentulam libenter.' BRUNCK.

26. ἂν ἐξητημένον. Uno verbo lego ἀνεξητημένον. Quod autem sequitur, ἐῤῥιπτασμένον, nihil aliud est quam meditari et exercitatione sollerti aliquid extundere et invenire. Translationem verisimile est sumtam a cubis aut tesseris, quæ jaciuntur ut recte cadant. Hoc ut suspicer, faciunt grammatici, qui hunc locum videntur innuere apud Suid. λεξικογράφον. Fortassis autem non male intelligimus de minutis et tenuibus partibus quæ ejiciuntur et ablegantur, ut sunt prosiciæ; et puto nequissimas feminas, quum dicunt πρᾶγμα μέγα, παχὺ, λεπτὸν, innuere partem illam qua viri sumus. et πρακτικοὶ vel ἀνυστικοί: et nos idem fere usurpamus idiotismo Francico, proinde ut Græci χρῆμα et Latini *res* dixerunt, ut apud Arnob. *formatas inguinibus res.* Sane si falsa est hæc conjectura, vitio humanitatis ingeniosi sumus in nequitiis explicandis. Mox pro οἴχετο lego aut οἴχεται, aut ᾤχετο. FL. CHR. ἂν ἐξητημένον. ὑφ' ἐν Suid. (in ἐῤῥιπτ. scil. DOBR.) PORS.

27. πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν, sine copula. (sic Cod. Trin. DOBR.) Sic duo Regii eleganter. Languide vulgo πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν. BRUNCK. πολλαῖς τ' ἀγρυπνίαισιν Suid. v. ἐῤῥιπτασμένον, a Kust. indicatus. DIND. πολλαῖσί τ'. Sic Suid. Ms. ἐῤῥιπτ. PORS.

28. Proculdubio in fine hujus versus interrogatio statuenda est. DOEDERLEIN.

29. ὥσθ' ὅλης. Sic recte Aug. Mendum typographicum ὥστ' ὅλης a Junt. usque per omnes edd. propagatum fuit. In duobus Reg. minus bene ὡς ὅλης. BRUNCK. λ. ἔσθ' ὡς ὅ. Cod. Trin. DOBR.

31. ἐπ' ὀλίγου γὰρ οἴχετο. Mallem ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' οἴχεται· aut potius ἐπ' ὀλίγῳ, ut ἐπὶ eam vim habeat, quam in ἐφ' ᾧ sive ἐφ' ᾧ τε. alias et ἐπ' ὀλίγου recte dicitur. οἴχεται autem scripsi pro οἴχετο, quod in aliis est edd. et est corruptum. BERG. ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' οἴχεται. Vulgo γὰρ οἴχετο. Quam ante inspectos Codd. admiseram lectionem partim Flor. suasu, partim emendatione mea certissima, imprudens in textu reliqui: ille enim οἴχεται pro vulgato οἴχετο legi voluit: ego autem γὰρ in duas divisi particulas: quæ omnia etiam Berg. placuisse vidi. γ' ἄρ' divisim scriptum postea reperi in Reg. A. Sed Codd. tres mei [et Ms. Voss. ap. Bent.] in alia, eaque meliore consentiunt lectione, non οἴχετο, sed εἴχετο exhibentes, quod omnino reponi debuit. Vereor enim ut e Græcis nostris, salva linguæ indole, erui possit sententia in versione expressa: *parum abest quin nulla sit.* Hoc sensu Græce non dicitur ἐπ' ὀλίγου, sed absolute ὀλίγου suppresso verbo δεῖν. V. Thesm. 935. Vesp. 829. Acharn. 348. 381. quorum locorum in nullo scribere poteris ἐπ' ὀλίγου pro ὀλίγου. Jam vero ἔχεσθαι sæpissime nihil aliud valet quam εἶναι: et εἶναι vel ἔχεσθαι ἐπ' ὀλίγου eadem ratione dicitur et non valde dissimili sensu, quam εἶναι, στῆναι, βῆναι ἐπὶ ξυροῦ. Gallice, *Il tenoit donc a bien peu de chose.* BRUNCK. οἴχεται vel ᾤχετο etiam Reisk. conjecit. ἐπ' ὀλίγου γ' ἄρ' ἔρχεται Wakefield. in Silv. Crit. i. p. 97. ἐπ' ὀλίγῳ γὰρ οἴχετο

Schol. adnotationi præfixum est. Dind. ὀλίγου γ' ἄρ' εἴχετο Cod. Trin. Dobr.

33. μήτε Πελ—. Sic bene duo Reg. [et Ms. Voss. ap. Bent. in textu: sed in Schol. μηδέ]: perperam vulgo μηδέ. Huic μήτε respondet 36. Βοιωτίους τε. Additura mox erat Lys. perituros etiam esse Athenienses omnes; sed se ipsam reprimit, nec tale quid in patriæ suæ perniciem ominari velle ait. Nihil hic intellexit Berg. Brunck. μή τε. Sch. μὴ δὲ Cod. Trin. Dobr.

36. πάντας γ' (sic Cod. Trin. Dobr.) —Eleganter insertam particulam γε habent duo Reg. Brunck. Ex Bœotia afferebantur Athenas anguillæ præstantes. Pac. 1004. Berg.

37. Citat Suid. in ἐπιγλωττήσομαι. Bent. οὐκ ἐπιγλωττήσομαι· ominabor. V. Æsch. Prometh. 927. ubi schol. Æsch. Choeph. 1045. μὴ δ' ἐπιγλωσσῶ. ubi Stanl. citat Hesych. ἐπιγλωσσῶ· ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Videtur autem in Hesych. legendum ἐπιγλώσσα in imperat. Berg. Ἀθηναίων γὰρ Suid. ed. Ms. ἐπιγλ. Pors. Ἀθηναίων Cod. Trin. Dobr.

38. ἄλλ' ὑπονόησον σύ μοι. Id est ἄλλο. Sic Pl. 361. σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιοῦτο· hæc in melius accipe. In Cod. quidem scriptum, ut vulgo, ἀλλ' pro ἀλλὰ, et in B. superscripta glossa e Schol. ὅτι ἀπολοῦνται δηλονότι. Sed falsus est hic sensus. Nihil enim *suspicari* vel *conjicere* poterat Calonice, quæ de Lys. consilio nondum quicquam compererat. Temere et incogitanter, textu meo forte non inspecto, Berg. in versione secutus sum. Pro his verbis *tu ipsa conjecturam facias*, repone, *aliud te suspicari velim*. μοι possit eodem sensu positum esse, quam εἰς ἐμὲ in altero exemplo: sed mihi videtur abundare, quod frequens est et elegans. Brunck.

42. ἐργασαίατο. H. Grot. Excerptis p. 909. ἐργασαίμεθα scriptum exhibet, versusque fragmentis annumerat incertorum poetarum comicorum. Sumpsit enim ex Clem. Alexand. Pædagogo libr. iii. p. 254. 20. Pott. Sed altera scriptura confirmatur ibidem libr. ii. et est antiquissima. Reisig. i. p. 155.

43. ἐξηνθισμέναι Clemens l. ii.: at ἐξανθισμέναι l. iii. ἐξηνθισμέναι, i. e. τὰς τρίχας: v. Hesych. ξανθίζεσθαι. et Menander ibidem [fragm. 199.]: νῦν δ' ἔρρ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γὰρ Τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν. Bent.

44. κροκωτοφοροῦσαι. Sic Ms. Vat. Pal. et Clem. Alexand. dicto loco rectius quam priores edd., quæ habent κροκωτὰ φοροῦσαι, duabus vocibus. Kust. Sed alterum etiam, κροκωτὰ φοροῦσαι, stare potest. Berg. κροκωτὰ φοροῦσαι. Sic bene Aug. cum Junt. aliisque vett. Kust. κροκωτοφοροῦσαι, quæ scriptura binorum Reg. [et Voss. ap. Bent.] est. At melior est nostra lectio, quia simplex φοροῦσαι sequentia etiam regit nomina κιμβερικὰ et περιβαρίδας. Postremi male Berg. casum mutat, maleque etiam locum vertit, tanquam si περιβαρίδες scriptum esset. Tres Codd. perspicue περιβαρίδας præferunt. Brunck. Cod. Trin. ut Kust. Dobr.

45. περιβαρίδας. Jul. Pollux vii. [49.] ait esse ancillarum calceos. Hic calceamenta sunt ingenuarum et nobilium. Ceterum de anchusa v. Dioscor. iv. 23. 24. et 25. ubi videbis tres anchusæ species. Fl. Chr. Verti quasi esset περιβαρίδες, ut scribendum puto. Berg. περιβαρίδες calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillæ, teste Polluce vii. 92. quod paulo supra [87.] confirmat his Cephisodori versibus: σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν, | ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα· | νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας. Quod tamen nihil aliud ostendit, quam περιβαρίδας calceos fuisse minus pretiosos, quibus etiam ingenuæ uti poterant. Brunck. κιμβερικά. Genus esse vestis a loco nomen habentis putant ex grammaticis quidam. Alii χιτωνίσκον, qui στατὸς dicitur, quæ Plinio *recta* est *tunica*. Fl. Chr. Repete ex versu præcedente φοροῦσαι, ne sensus sit suspensus. Kust. Frob. καὶ κιμβερινκορθοστάδια καὶ περιβαρίδας: lege περιβαρίδες: et præterea lego, τί κιμβερίκ' ὀρθοστάδια — i. e. ἐργάσαιντο. Bent. In duobus Reg. καὶ κιμμερικορθοστάδια, sine vocum distinctione: in Aug. [et Junt.] καὶ κιμβερινκορθοστάδια. Scilicet hæsitans librarius, nesciensque utram e duabus præferret scripturis, ambas repræsentavit simul conjunctas. κιμβερινὸν pro κιμβερικὸν male legitur apud Suid. Brunck. κιμβερικὸν Hesych. κιμβερινὸν Phot. Lex. c. 123. ubi alter Cod. Κιμμερικόν. Dind. κιμμερικ' ὀρθ. Suid. Ms. ἐξηνθ. [Ed. M. κίμβερικ' (sic). Dobr.] Pors.

45-8. Ita Ms. καὶ κιμμερικορθοστάδια, καὶ περιβαρίδας. Λυσ. ταῦτ' — τὰ κροκ. — χ' ἤγχουσα — Etiam P. κιμμερικορ. Dobr.

46. ἃ σώσειν προσδοκῶ. Contrarium Thesm. 86. Berg.

48. Perperam hic versus vulgo versui 45. subjicitur, sede perquam aliena, quod et Kust. animadvertit, addens eum in duobus Codd. a se inspectis positum esse eo loco in quem eum reposuimus. Cum illis Kust. Codd. consentiunt bini Regii [et

Suid. v. ἐξηνθισμέναι. Bent.], ubi idem, quem exhibemus, versuum ordo. Frustra tempus et operam contrivissemus, si Kust. exemplo bonas Codd. lectiones in notis indicare contenti, priores mendas in textu reliquissemus, qua veterum auctorum edendi ratione nihil est ineptius. Est autem hic et Conc. 929. χ' ἤγχουσα pro καὶ ἡ ἄγχουσα. Hesych. ἄγχουσα, ῥίζα, ᾗ φυκοῦνται τὰ γύναια. Etymol. ἔγχουσα, εἶδος βοτάνης, ἡ καὶ διὰ τοῦ α λέγεται ἄγχουσα. 'Αττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ε. Sed fallitur prava Codd. deceptus scriptura, quæ Thomæ etiam fraudi fuit, cujus adeundus interpres. Apud Comicum, quo nemo 'Αττικώτερος, scriptum hoc nomen per α in Thesm. ii. fragm. viii. Gallis herba ista *Orcanette* vocatur. Brunck. χἤγχουσα, pro καὶ ἡ ἄγχουσα. Est autem anchusa genus herbæ, qua mulieres faciem pingunt. Berg. Suid. διαφανῆ. Pors.

50. αἱρεσθαι δόρυ. Eurip. in Heracl. 314. καὶ μήποτ' εἰς γῆν ἐχθρὸν αἴρεσθαι δόρυ. Berg. Præter apertum et obvium sensum, obscenitas etiam quædam in his verbis latet, ab interpretibus ante non animadversa. δόρυ enim hic simili sensu etiam sumi potest, quo eam accepit Diog. cynicus apud Laert. in ejus vita sect. 53. in versu hoc Homerico: μή τις σοὶ εὔδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ. Sed de his parcius dicendum est. Kust.

52. μήτ' ἀσπίδα et v. seq. μήτε ξιφίδιον dant duo Reg. [et Voss. ap. Bent.], melius quam, ut vulgo, μηδ' et μηδέ. Brunck. κιμβέρινον Suid. ed. Ms. in v. ἐνδύσομαι Suid. ibid. Pors. μή τ' ἀσπίδας—κιμμερ. Ms. Trin. Dobr.

53. μήτε Ms. Trin. Dobr.

56. ὄψει τοι. Sic duo Reg. [et Voss. ap. Bent.]. Vulgo ὄψει γε. Iidem et Aug. habent ὦ μελέ' ὄψει. Recte in Codd. scriptum ὦ μέλ' Conc. 245. quod notandum. Licet enim a μέλεος femininum sit μελέα, ut Vesp. 312. tamen vocativo ὦ μέλε compellantur tam feminæ quam viri. Brunck. μέλε. ὄψει τοι (sic) Ms. Trin. Dobr. αὐτὰς 'Αττικάς. Hoc, ut puto, ait, quia Athenienses sciunt quæ facienda sunt, sed facere nolunt. Fl. Chr. Suid. v. 'Αττικάς. ὄψει τοι schol. Pors.

58. τῶν παράλων. V. Suid. h. v., qui locum hunc comici exponit. Kust. V. ad Vesp. 1218. Berg.

59. ἐκεῖνο Suid. κέλης. Pors.

60. ἐπὶ τῶν κελήτων. Præter alia significata species est parvi navigii celox vel κέλης, actuarius scilicet phaselus, dictus ab equo, cui vir invehitur singularis, ut apud Pindarum sæpe habes vincere κέλητι. Unde κελητίζειν, quod etiam ante Homeri tempora in usu fuit. Paulo post lego ἀτὰρ αἵδε, non αὐτάρ. Fl. Chr. Est genus navigii κέλης et equus singularis, unde κελητίζειν, *equum agitare*, quod in obscenis etiam est: et latet hic obscenitas ista, ut recte vidit Schol. V. ad Vesp. 500. [p. 417.]. Berg. Jocus est ex ambiguo. κέλης significat parvum navigium, qualia conscendisse oportebat Salaminias mulieres, quæ Athenas deferendæ erant: tum notat equum desultorium, et inde, ut ait noster, 'Αφροδίτης τρόπον, quo sibi morigerari noluisse meretricem facete queritur servus in Vesp. 500. Hujus schematis meminit Hor. Serm. ii. 7. 'Quæcunque excepit turgentis verbera caudæ, Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.' At illud graphice describit Apuleius loco quem emendatum protulit elegantissimus Ruhnk. ad Julium Ruf. p. 260. 'Inscenso grabatulo, super me coxim residens, ac crebra subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me satiavit.' Brunck. Ms. ὄρθιαι. Bent. Sic Ms. Trin. Dobr.

61. κἀλογιζόμην ἐγώ. Sic bene duo Reg. [et Voss. ap. Bent.]. Vulgo ἐγὼν, quod minime Atticum est. Post hunc versum usque ad 132. lacuna est in duobus Reg. [et Voss. ap. Bent.]. In A. versus 132. ἔφησθα subjectus est versui 61. sine ullo defectus indicio. In B. vacuum relictum spatium duarum semipaginarum. Brunck. ἐγὼ tum in marg. "Huc usque Mss. (sic) Vossii. Hæc ex edit. Basil." Ms. Trin. Dobr.

63. Om. Suid. Ms. et locum seq. Pors. Utrum 'Εκάτειον an Θεαγένης? Hoc puto; ut Θεαγένους χρήματα etc. omittat Ms. Ceterum Bent. θοὐκάτειον ἤρετο mihi olim visus est probare Pors. Dobr.

64. τἀκάτιον ἤρετο. Et sensus et metri gratia scribendum est τοὐκάτειον, i. e. τὸ 'Εκάτειον, ut vel patet ex Suid. v. 'Εκάτειον, qui ad locum hunc comici respiciens ait, Θεαγένους 'Εκάτειον· οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών. Theagenes nimirum ut superstitiosus a comico hic notatur, quod identidem Hecates simulacrum consulere soleret. Falluntur ergo maxime interpretes, Fl. Chr. et Biset. qui τἀκάτιον hic *acatium* sive *lembum* significare putarunt. Sed de hoc sphalmate eruditos etiam ante nos monuit vir præstantissimus Bent. ad fragment. Callimach. ccxxvii. Obiter hic addo, doctissimum Jungerman. ad Polluc. vii. 93. existimare, Pollucem ad hunc locum comici respexisse, dum ἀκάτια genus calceamenti apud Aristoph., non addito tamen fabulæ nomine, significare affirmat. Sed et huic viro docto mendum antedictum errandi occasionem præbuit. Kust. Biset. legerat ἀνήρετο, quod

commode supplet versum, in quo alias una syllaba deest. Ut autem 60. vox κέλης erat ambigua, ita et hic ἀκάτιον, quæ et lembum significat et poculi genus quoddam. Itaque quum dicit ἀνῄρετο sive ᾔρετο, loquitur tanquam de *poculo:* ut Antiph. comicus apud Athen. p. 692. μεγάλην Διὸς σωτῆρος ἄκατον ᾖρέ τις. Nihil autem impedit, quod apud nostrum est ᾔρετο, hic autem ᾖρε. utrumque enim dicitur et αἴρειν et αἴρεσθαι in eadem significatione. Epicrates comicus in fragmento Athen. quod insertum est lib. xi. animadvers. Casaub.: κατάβαλλε τἀκάτια, κυλίκια αἶρου τὰ μείζω. De isto autem poculo Athen. ibi dicit: ἄκατος, ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. Lepide itaque comicus noster, quum de acato navigio tantum loqui videretur, intelligit simul acatum poculum; nempe ut notet bibacitatem mulierum, quod sæpe facit, et in hac ipsa comœdia. Sic, ni fallor, non absurde locum hunc explicasse videri possum; sed cave statuas aliquid parte altera inaudita. Kust. ad hunc locum: "Et sensus — soleret." Sic ille. Necesse autem est, hac stante emendatione, legi non ᾔρετο ab αἴρομαι, sed ἤρετο ab ἔρομαι, et præterea non τοὐκάτειον, sed θοὐκάτειον, aut θοὐκάταιον. Licet itaque satis multa hoc pacto mutentur, tamen adhuc amplecterer hanc emendationem propter auctoritatem Suid. nisi absurdum videretur, Theagenem tanta fuisse stoliditate, ut tanquam oraculum statuam interrogaret, quoties exiret, quæ responsa dare non poterat: nec prophetas habebat, ut oraculum Apollinis et alia. Non debent autem et Suid. verba tanquam oracula accipi, quem constat non pauca absurda habere. Berg. τἀκάτιον ἀνῄρετο. Aug. et vett. edd. ἤρετο: recentiores ᾔρετο, depravata lectione: deest enim syllaba ad integritatem versus. Biseti emendationem recepi utpote facillimam: præterea adblandiebatur mihi jocus ex ambigua significatione nominis ἀκάτιον *cymbam*, navigii genus, et *cymbium*, poculum notantis. Verbum ἀναίρεσθαι non minus quam ἀνάγεσθαι et ἀπαίρειν, nauticum esse possit. Quia supra 60. lusit in ambiguo comicus, cui vix alius magis placuit jocus, hic eadem ratione temulentiam mulierum perstringere mihi videbatur. Sed re attentius considerata jam nunc intelligo nihil istiusmodi hunc locum admittere. Nullus enim in ambiguitate nominis ἀκάτιον lepor est, nisi illud nomen utroque sensu accipi queat, unique sententiæ tam apte conveniat atque alteri, uti observare est in illis supra, ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι. Sine celocibus Salaminiæ mulieres Athenas venire non poterant. Primaria illa significatio est, unde bona oritur sententia, in qua acquiescit mens auditoris, tametsi statim non percipiat latentem alterum sensum, nec equum illum suspicetur, de quo Ovid. 'Thebais Hectoreo nupta resedit equo.' At hic nec poetæ nec spectatorum ulli venire quicquam in mentem de navigio potuit. Queritur Lysist. nullam sibi præsto esse ex Acharnis mulierem, unde, tanquam e propiore loco, primas adventuras esse sperabat. Erant autem Acharnæ χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, τῶν δήμων καλουμένων, mediterraneæ, ab urbe distantes lx. stadiis. (Thucyd. p. 111.) Cui Athenis Acharnas, vel Acharnis Athenas iter faciendum erat, ne, si vellet quidem, navigio uti poterat, quum nulla alia nisi terrestris esset via. Quis itaque credat tam ineptum responsum poetam Calonicæ tribuisse? *At venient profecto: nam Theagenis uxor tanquam horsum tendens cymbam in altum edidit.* Amplectenda est igitur primarii in arte critica viri Bent. emendatio proposita ad Callimachi fragm. 227. et Kust. merito probata, tam ad hunc locum, quam ad Suid. in Ἑκάτειον: ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θοὐκάτειον ἤρετο. Typothetæ tribuendus error τοὐκάτειον, cujus suspicio in Bent. non cadit. [Non est typothetæ error: nam Bent. ipse τοὐκάτειον in margine exemplaris sui scripsit. Dind.] Hanc lectionem, quam in textu legi vellem, in versione secutus sum, repudiata priori interpretatione, quam supra exhibui. Brunck. In homonyma significatione *rerum navalium* et *poculorum* lusit Epicrates comicus in Athen. fragmento quod retulit Casaub. Animadv. x. 4. p. 782. f.: κατάβαλλε τἀκάτια, κυλίκια αἶρου τὰ μείζω — quæ non item expedita sunt, ut proxima, adhibita Valck. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 235. Et in Aristoph. Lys. 64.: — ἡ γοῦν Θεαγένους ὡς δεῦρ' ἰοῦσα τἀκάτιον ᾔρετο· *Theagenis quidem uxor, tamquam huc abiens, acatium tollebat,* acumen sententiæ constabit, sive ἀκάτιον sumatur pro *velo* aut *malo navis*, sive pro *cymba* aut *poculo:* modo versui succurratur legendo vel ἐπῄρετο, vel cum Biset. ἀνῄρετο: et præferam vulgatam illi alteri lectioni, ut frigidæ, e Suid. in Ἑκάτειον, susceptæ a Bent. et probatæ Brunck.—ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θοὐκάτειον ἤρετο· *Attamen Theagenis uxor, tamquam horsum venire cupiens, Hecatæ simulacrum consuluit.* Et si usquam a tantorum judicio virorum dissentire licet, hoc mihi in loco dissentienti veniam haberi velim. Wyttenbach. ad Plutarch. t. vi. p. 177.

68. Ἀνάγυρος. Proverbium est, non

indictum Erasmo, κινήσω τὸν ἀνάγυρον. Hesych. ἀναγυράσιον scribit, non ἀνάγυρον, si non sunt mendosi Codd. et meminit proverbii Stephanus in ethnicis suis, quod dictum putant in eos, qui sibi malum, ut ait Plautus, arcessunt jumento suo. Scribitur ἀνάγυρος herbam esse vel florem ἀλεξίκακον, δριμὺν et δυσώδη, et crescere apud cognominem populum tribus Erechtheidos. Alii ὀνόγυρον vocant. Apud Suid. habes κίνησον τὸν ὀνόγυρον, facitque speciem λυγώδους φυτοῦ, et significare ait μάστιγα κίνησον. Fl. Chr. Alludit ad notum proverbium, de quo consulendi parœmiographi et Meurs. de Pop. Att. in Ἀνάγυρος. Brunck. Pro malo omine accipit Calonice, quod, quæ advenit prima, ex Anagyrunte est, quia parœmia ista in eos utebantur, qui sibimet ipsi malorum auctores essent. V. Erasm. Adag. Chil. i. c. i. 65. Hotib.

69. Ceteræ a diversis locis singulatim adventant mulieres, quibus Lysist. consilium suum aperit. Ac tandem post longam deliberationem, jurisjurandi formula concepta, ac verbis præeunte ipsa Lysist. omnes jurant sese facturas quidquid præscripserit. Fl. Chr.

74. ὀλίγου γ' οὕνεκα. Male vulgo εἵνεκα, qua forma nusquam usi sunt Attici poetæ. V. infra ad 491. 501. Ran. 189. Pl. 329. ne plures locos indicem, ubi ad Codd. fidem reposita fuit forma genuina Attica. Brunck. John Seager in Classical Journal iii. p. 497. scribi mavult ἀλλ' ἐπαναμείνωμεν ὀλίγον γ', οὕνεκα τάς τ' ἐκ B.— ἐλθεῖν. Hoc idem esse quod οὕνεκα τοῦ τάς τ' ἐκ B. — ἐλθεῖν. Dind.

79. Edd. ante Brunck. et Rav. ὃ γλυκυτάτη. Bent. " dele τοῦ, vel potius ὃ." Utramque conjecturam proposuit etiam Biset. Errarunt. Dind.

80. Citat Suid. in σφριγᾷν. Bent. ἀντὶ τοῦ εὐσωματεῖς Suid. Ms. σφριγ. Pors. τεῖς ed. Med. Dobr.

81. κἂν ταῦρον ἄγχοις. Ad Milonem fortissimum ex Crotone athletam hæc spectare videntur, qui tauros et strangulabat et vorabat, quæ animalia viribus, non celeritate pollent. Suspicor autem hoc fuisse proverbium, etsi indictum parœmiographis, quod quidem sciam. Hinc autem scire liquet, quod apud Xenoph. in Republ. Lacedæmoniorum [i. 4.] scriptum est, etiam puellis et virginibus sua fuisse gymnasia separata et ludos palæstræ. Itaque masculum inde colorem contrahebant virgines, ut videre est in Pallados lutris apud Callimach. εὐχροεῖν et σφριγᾷν verba propria athletis bene habitis. Æsch. in Prometh. Vinct. [388.] posteriore usus est, σφριγῶντα θυμὸν ἰσχαίνῃ βίᾳ, i. e. adolescentem et virescentem. Ceterum legerem οἷον τὸ κάλλος, γλυκυτάτη, etc., vel ὃ γλυκυτάτη φαίνεται. Fl. Chr. ναὶ σιώ. Feminarum proprium est jurare μὰ τὼ θεώ, qui sunt Dioscuri. Sic et apud Latinos non temere reperios Ecastor jurari, nisi a mulieribus, ut apud Terent. [Andr. iii. 2. 6.] illa: 'Perecastor, scitus puer natus est Pamphilo.' Nam Ædepol et Pol etiam a viris video usurpari. Hoc autem loco οἴω videtur per parenthesin dictum pro οἶμαι, ut inferius [998.] præco Lacedæmonius ait, ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἴω Λαμπιτώ: quæ verba corrupta habes apud Suid. Putabam aliquando οἰὼ intelligendum μόνω. Fl. Chr. ναὶ σιώ. Ad hæc verba Fl. Chr. ait feminarum proprium fuisse jurare μὰ τὼ θεὼ, qui sint Dioscuri; quod usquequaque verum esse dubito, et apud Athenienses credo verum fuisse, et id intelligi posse videtur ex Concionantibus. Sed per τὼ θεὼ intelligi Dioscuros, Athenis forte non est verum, ubi Δημήτηρ καὶ Κόρη eximie colebantur in Thesmophoriis et mysteriis. Itaque inclinat animus, ut credam Athenienses mulieres, quando jurabant μὰ τὼ θεὼ, intellexisse Cereris et Proserpinæ numina. Spartæ vero ναὶ τὼ σιὼ jurabant tam viri quam feminæ, et ibi Dioscuri, credo, intelligebantur, quorum numina a Lacedæmoniis multum cultum merebantur. Viros Laconas ea jurandi formula usos fuisse evincit locus Xenoph. lib. iv. [4. 10.], ubi Pausimachus Laco sic loquens inducitur: ναὶ τὼ σιὼ, Ἀργεῖοι, etc. Palmer. ναὶ τὼ σιώ. [Sic, cum articulo.] Pro νὴ τὼ θεώ. Loquitur autem Lampito Dorice et in sequentibus. Ceterum quum Lacones et Lacænæ jurant ναὶ τὼ σιὼ, intelliguntur Castor et Pollux. V. ad Acharn. 905. Berg. Reisig. in Syntag. Critico p. 18. corrigit: μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὼ σιὼ | γυμνάδδομαί γα —. Articulum enim non recte abesse. Dind.

82. γυμνάδδομαί γε κ. τ. λ. Pro γυμνάζομαί γε, καὶ πρὸς πυγὴν ἅλλομαι. Exercebantur autem in palæstris puellæ Laconicæ non minus atque adolescentes. Pythagoreus quidam, cui nomen creditur esse Mimas, αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως καὶ ἀχίτωνας παρέργεν, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν. Loquitur autem Dorice. Ovid. Epist. Paridis ad Helenam: 'More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra Ludis, et es nudis femina mixta viris.' Quæ loca citavit Barnes. ad Eurip. Androm. 595. Berg. γυμνάδδομαί γα —. Vulgo γε. Alterum ex usu dialecti reponi debuit, ut infra 105. 170. et alibi. καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι. De hac Laconica saltatione sic Pollux iv.

102. καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγὰς, καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. ὅθεν ἐπὶ μιᾶς ἦν καὶ ἐπίγραμμα· Χίλια πόκα βιβᾶντι· πλεῖστα δ' ἃ τῶν πήποκα. Sic Laconica scribenda esse existimo. E Pollucis autem verbis manifesto apparet, quam recte, licet frustra, monuerit Fl. πυγὰν, non, ut vulgo, πυγᾶν, scribi oportere. Brunck. γυμνάδδομαί τε ex Eustath. ad Hom. p. 1570. præfert Pors. in censura Arist. Brunck. p. 573. ed. Schæf. non probat Reisig. i. p. 253. Dind. ποτὶ πυγᾶν ἅλλομαι. Lego πυγὰν, pro πυγὴν, ut habet Suid. [πυγὰν Gry. Bent.]. Hoc autem dicit, quia in exercitatione solebant saltare, et pedes saltantis attingere uropygium. Hoc genus saltationis vel ἐμμελείας dicebatur apud Laconas βίβασις, ubi ita saltabatur, ut calce nates ferirentur. Proverbium est, ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷν καὶ τριῶν ἀλωπέκων, huc nihil pertinens, sed ὀφθαλμιῶντας tantum innuens. Recte autem principem matronam Laconicam vocat Lampito. Plato enim in Alcib. i. [p. 124. A. HSt.] ait Lampido, eamque facit filiam Leotychidæ, Archidami uxorem, Agidis matrem. Fl. Chr. Intelligendus est hic locus de saltatione Laconica, βίβασις dicta, de qua agit Pollux iv. c. 15. V. etiam Meurs. Miscell. Lacon. lib. ii. c. 2. et Suid. v. πυγή. Ceterum Fl. Chr. pro πυγᾶν hic legendum esse πυγὰν recte monuit. Kust. ἅλλομαι ex ed. Junt. Reisig. i. p. 253. Dind. πυγὰν Fl. Chr. Kust. ex Suid. v. πυγή. Lege præterea τε pro γε. Versus integre scriptus exstat apud Eustath. ad Odyss. H. p. 1570. lin. 12. =271, 40. * Sic apud Eurip. Dan. 16. lege, ὃς τῆσδέ τ' ἄρχει, χᾐτέρας (ita recte Heath.) πολλῆς χθονός. — γυμνάζομαι — πυγὴν Suid. in πυγή. Pors. Vide Opusc. pp. 30-1. Dobr.

83. Frob. [et Junt. et Rav.] τῶν τιτθίων: dele τῶν [ita Kust.] vel lege τῶν τιτθῶν. Bent. ὡς δὲ Schol. Pors.

84. ἅπερ ἱερεῖον· *velut hostiam*. Nam sacrificaturi et litaturi victimam contrectabant, explorantes num pinguis esset et nitida. Meminit Suid. voce ψηλαφῶν, et ἧπερ legit, non ᾇπερ: sed ᾇπερ melius, quia Spartana loquitur. Puto autem delendam vocem τῶν, et legendum ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τιτθίων ἔχεις. Nisi mavis τῶν τιτθῶν, ut τιτθὴ et τιτθίον eadem sint. Fl. Chr. ἅπερ. Scribendum ἅπερ, aut ἇπερ, aut ᾇπερ pro ἧπερ i. e. ὥσπερ. V. ad Acharn. 907. Berg. V. infra ad 1315. Dind. ἧπερ Suid. ed. Ms. Pors. ψαλ. ᾇπερ citat Pors. Adv. p. 296. Dobr. ὑποψαλάσσετε, pro ὑποψηλαφᾶτε. Berg. Citat hunc locum Suid. v. ψαλάσσετε. Kust. V. Reisig. Syntagm. Crit. iii.

86. πρέσβειρα. In Acharn. 883. Bœotius Dorice loquens etiam utitur hac voce. De ναὶ τὼ σιὼ paulo ante. Berg.

87. ἵκει ποθ' ὑμέ. Pro ἥκει, sive ἵκεται, aut ἀφίκεται πρὸς ὑμᾶς. Berg. νὴ Δί', ὦ Βοιωτία, καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. Vim non habet Bœotia invocata. Legendum arbitror ὡς Βοιωτία, ut quæ Bœotia sit, quia Bœotia εὐπεδιὰς, ut bene monet Schol. πεδίον, λειμῶνα, κῆπον, σῦκον. Hotib.

88. καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον. Eam rem circumlocutus Plautus vocavit *septum*: auctor obsceni carminis *hortum*: utrumque ἀντὶ τοῦ ἐφηβαίου. Ludit autem in voce βληχὼ, quod etiam γληχὼ vocatur, quasi desiderium dicas, et *pubem* omnino per pulegium designat, quo abundabant præcipue Bœoti, hortorum cultui vacantes. Fl. Chr. V. Schol. Berg. καὶ νὴ Δία. Hæc vulgo Lacænæ tribuuntur. Dicterium Atticæ mulieri magis convenire mihi videtur; ideo τὰν in τὴν mutavi. [Sic etiam Bent.] Si quis ne quidem in personarum distinctione ab edd. discedere vellet, majori mutatione sic oporteret Lampitonem loqui: καὶ, ναὶ σιὼ, | κομψότατα τὰν γλαχώ γα παρατετιλμένα. Notum est Laconas, aliosque Dorice loquentes, *pulegium*, quod Atticis βλήχων appellatur, γλάχωνα nominare. V. Acharn. 861. 869. 874. Ceterum in Aug. personarum nomina adscripta non sunt: interlocutorum mutatio transversa tantum lineola indicata. Brunck. τὰν γληχὼ Kœn. ad Greg. Corinth. p. 41. Dind.

89. τὰν βληχώ. Hic etiam τὸ αἰδοῖον, ut et Schol. Est autem alias βληχὼ pulegium, cujus ferax Bœotia. Hinc et in Acharn. Bœotius pulegium venale fert Athenas 861. 869. Berg. Quid sit βληχὼ, pulegium, hoc loco, si nescis, docebit te Fl. Chr. qui et recte annotat, ea planta Bœotios abundasse, hortorum cultui vacantes. Pilos aut adurere τῷ λύχνῳ aut etiam evellere sibi solebant, si qui elegantiæ studerent, tum feminæ, tum viri. Cf. infra 151. 825. seqq., Acharn. 31. quanquam ibi Schol. cogitat τῶν μυκτήρων τρίχας, ἢ τῶν μασχαλῶν. Huc pertinet ὁ λειμὼν παρεσκευασμένος Eurip. Cyclop. 170. Pro pœna est τὸ ἀποψιλοῦν τὸν χοῖρον Thesm. 544. Hotib. Ran. 513. ἡβυλλιῶσαι κἄρτι παρατετιλμέναι. Berg.

90. χαΐα μέν. Hic τὸ χαῖον generosum, nobile, et bonum valet, ut et usurpat Theocr. in viii. Idyl. Videtur autem antiqua nobilitas fuisse ab Athenis, quia αὐτόχθονες (propterea ait τἀντευθενὶ) et a

Corintho, ut idem Theocr. in 'Αδωνιαζούσαις ait Κορίνθιαι ἦμες ἄνωθεν. Fl. Chr. V. Schol. Biset. citat Æsch. Suppl., 865. βαθυχαῖος, ad quam vocem schol. ἡ μεγάλως εὐγενής. χαιοὶ γὰρ οἱ εὐγενεῖς. In Lys. 1162. οὔπα γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν. Berg. χαΐα μὲν, ναὶ σιώ. Male vulgo ναὶ τὼ σιώ. Vox χαΐα trisyllaba est, et pedem creticum facit, ut versu etiam seq. Apud Theocr. Idyll. vii. διυλλαβῶς effertur. Quæ vero mox subjicit Lysistrata e Bergl. versione haud facile intelligas: *Bonam profecto apparet esse hinc ex istis indiciis.* Sensus est: δήλη ἐστὶν οὖσα χαΐα κατά γε τὰ αὐτὰ ταῖς ἐντευθενί, vel οἷά ἐστι τὰ ἐντευθενί. Hanc ad sententiam versionem reformavi. Brunck. Recte Rav. et Bent. χαΐα, ναὶ τὼ σιώ. V. supra 81. Dind. ναὶ σιὼ Toup. Addend. in Theoc. vii. 4. μέν ἐστι K. Suid. χαΐα. Pors. V. Reisig. Syntagm. Crit. iii.

91. Κορινθία δ' αὖ. Quasi dicat, *est quidem bella, sed non casta:* quia Corinthi meretrices plurimæ. Berg. χαΐα, νὴ τὸν Δία, | δήλη 'στὶν οὖσα ταυταγὶ τἀντευθενί. These last words are translated by Brunck "*bona edepol videtur, ut illic esse solent.*" and he adds in his note, "Sensus—ἐντευθενί." Notwithstanding my deference for the opinions of so great a critic as Brunck, I shall venture to propose another interpretation; because it is much less strained than his, and agrees better with the remarks made by Lysist. from 79. to 92. ταῦτα in ταυταγί, and τὰ in τἀντευθενί, agree with μέρη, or some similar noun, understood, which is governed by κατὰ also understood; the sentence is pronounced δεικτικῶς, Lysist., with those words ταυταγὶ τἀντευθενί, pointing at some part of the Corinthian woman's person. I suppose χαιὸς is applicable to bodily as well as to moral excellence: and it must be observed, that ἐντευθενὶ has not always a signification of motion: not, for instance, in Aristoph. Vesp. 991. αὕτη 'ντευθενί. Budæus, moreover, has translated ἐντεῦθεν "*hic.*" John Seager in Classical Journal iii. p. 497.

92. Lege οὖσ' ἐνταυθαγὶ κἀντευθενί. Bent.

93. ξυναλίαξε. Dorice pro ξυνηλίαξε, ut patet ex voce 'Ηλιαία, *comitium:* unde et alibi apud comicum ἡλιάσασθαι. Berg. ξυναλίαξε. Duplex est in hoc verbo menda. Scribe συναλίαξε. Atticum ξὺν pro σὺν Dorica dialectus non admittit: tum ratio temporum *aoristum* flagitat, non *imperfectum*. Perspicue in Aug. quem etiamnum ad manum habeo, scriptum ξυναλίαξε, [Sic etiam Valck. in epist. ad Rœver. p. lxvii. Dind.] quod, ob eam quam dixi causam, scilicet minutissimis calami ductibus exaratum esse illum Cod. me fugerat, quum eum primum, nubilo forte die, aut vesperi ad lumen, excussi. Brunck.

94. μυσιδδέτω. Ed. Far. melius μύσιδδέ τω, quod est pro μύθιζέ τῳ, i. e. λέγε τινί· *dic alicui.* Aut potius τω est alia enclitica particula in dialecto Laconica, respondens particulæ τοι, ut μύσιδδέ τω sit pro μύθιζέ τοι i. e. λέγε τοίνυν· *dic igitur.* Nisi omnino τοι legendum pro τω. Berg. Puto legendum μυσίδδεο, pro μυθίζου, nisi mavis μύσιδδε τὸ ὅτι λῇς, pro μύθιζε ὅτι ποτὲ ἡμᾶς βούλει. Fl. Chr. μύσιδδε τὺ Toup. Add. in Theoc. i. 148. ultimum probante Valck. ad Theocr. Adoniaz. Digress. iv. p. 297. qui legit μούσιδδε. Pors. ἧδ' ἐγώ. Perperam vulgo ἅδ' — μύσιδδέ τοι [Sic Bent. Reisk. et Valck. in epist. ad Rœver. p. lxxii.]. Male vulgo μυσιδδέτω. μύσιδδε, vel si mavis μούσιδδε, Laconicum est pro μύθιζε. Hesych. μουσίδδει, λαλεῖ, ὁμιλεῖ. Præter illa, quæ ad hanc glossam notavit interpres, v. Valck. nostrum ad Theoc. selecta Idyllia p. 279. Quod autem vir ille doctissimus Toup. obsecutus censet τὺ scribendum pro τοι, in eo consentientem me sibi non habet. τοι hic consequentiam infert, et valet *ideo, ergo,* cujusmodi aliquid nexus sermonis et sententia omnino flagitant. V. versionem. Brunck. μύσιδδε γῶν Eldik. in Suspicion. Specim. p. 19. μυσιδδέτω ὅ τι λῇ — Wakefield. ad Eurip. Ion. 770. in delectu tragœdiar. t. ii. p. 76. Dind.

95. ὅτι λῇς ποθ' ἀμέ. Pro ὅτι scribendum ὅ τι. λῇς autem significat θέλεις, ut in Acharn. 772. πόθ' vero est ambiguum: aut enim pro ποτὲ, ut sit ὅ τι λῇς ποτε ἀμέ· *quidnam tandem nos velis:* aut pro πρὸς, ut sit, μύθιζε τοίνυν πρὸς ἡμᾶς. Berg. ὅ,τι λῇς πόθ' ἀμέ [ut legitur in Junt.] corrigendum monuit Scal. in eam sententiam, ut ποτ' ἄμε suaderet, fortassis ex Vet.: immo ποτ' ἀμέ: tenuis immutatæ auctores litteræ grammatici Brunckii similes exstiterunt. Reisig. Syntagm. Crit. iii. "G. ποτ' ἀμὲ. v. 10." Bent. ποθ' ἄμε Valck. ad Herodot. viii. 94. p. 168. ed. Schweigh. Dind.

97. πρὶν λέγειν δ' ed. Brub. et Elmsl. ad Acharn. p. 61. Vulgatam scripturam defendit Reisig. in Diariis Jenens. a. 1817. fol. 224. p. 402. Dind.

100. εὖ γὰρ οἶδ'. In Aug. ante hæc verba transversa lineola minio primum adpicta fuit, indicium mutatæ personæ, quam, deprehenso errore, lituris postea librarius induxit. Versu autem seq. scriptum πάσαισιν ὑμῶν. Recte omnia.

Sic locus hic constitui debet, deleta Myrrhinæ persona: τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων, | ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὖ γὰρ οἶδ', ὅτι | πάσαισιν ὑμῖν ἐστιν ἀποδημῶν ἀνήρ. Tum versus 102. 103. Calonicæ tribuendi, 104. Lysistratæ. Non aliter ista personis dividi posse inde manifestum est, quod ipsius dramatis series et œconomia non sinant versum 104. Myrrhinæ tribui, quæ maritum suum Cinesiam domi reliquerat, in scenam mox proditurum, eaque dicturum quæ ostendant eum peregre non abfuisse. BRUNCK. Dele MΥ. [sic etiam Tyrwhit.]—102. MΥ. ὅ γ'.—104. KA. ὁ δ' ἐμός—. BENT.

102. Simile quid habes apud Theoc. in idyl. feminarum Adonidis festum celebrantium. FL. CHR. ἐμὸς ἀνὴρ — Εὐκράτην. Thucyd. viii. post cladem Atheniensium ad Syracusas ait: οἱ τῶν 'Αθηναίων ὑπήκοοι ἕτοιμοι ἦσαν καὶ παρὰ δύναμιν αὐτῶν ἀφίστασθαι. Ideo dicit Lysistrate virum suum φυλάττειν Εὐκράτην, quod proverbialiter dicebatur de iis, qui servabant rem, quæ omnibus modis evadere tentabat, et tandem evasura erat, de Chalcidensibus Thraciæ intelligens, qui post illam cladem erecto erant ad rebellandum animo, ideoque eos observabant Athenienses, et decreverant, τὰ τῶν ξυμμάχων εἰς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι. PALMER.

103. Citat Suid. v. ἄπεστιν. KUST. Εὐκράτην. Hic dux aliquis fuit Atheniensis, et notatur tanquam muneribus corrumpi solitus, et proditor, et peregrinus. SCHOL. In Eqq. etiam 254. est ejus mentio Eucratis. BERG.

104. ὁ δ' ἐμός. Inde colligo, Pylum adhuc fuisse in Atheniensium potestate. Ergo ante Dioclem archontem et annum 23. belli hæc fabula prodiit: nam eo anno et archonte Pylum receperunt Lacedæmonii, teste Diodoro l. xiii. [c. 64.] PALMER.

105. ὁ δ' ἐμός — πόκα. Pro ὁ δ' ἐμός γε κἂν ἐκ τῆς ταγῆς ἔλθῃ ποτέ. BERG. ἐκ τᾶς ταγᾶς. Schol. ἐκ τῆς τάξεως. Forte etiam ἐκ τῆς παρατάξεως, ἀπὸ τῆς στρατιᾶς. Apud Æsch. significat *ducatum* in Agamem. 111. σύμφρονα ταγὰν, *concordem ducatum*. Loquitur autem de Agamemnone et Menelao ducibus Græcorum ad Trojam. BERG. ταγᾶς, priori correpta, quod notandum. Inde ταγοῦχος eadem prosodia. Æsch. Eumen. 296. θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ. sed ταγὸς priorem producit. Qua de re vide ad Eqq. 159. BRUNCK.

106. V. Suid. v. ἀλλ' ἐμός γε, et v. πόρπαξ. KUST. πορπακισάμενος. Ex Schol. ἀντὶ τοῦ ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα, ἅμα τῷ παρεῖναι ἄπεισιν. Est autem a πόρπαξ, quod manubrium clypei significat, ut in Eqq. 844. et per synec. accipitur pro ipso clypeo, ibid. 1366. et Pace 661. BERG. πορπατισάμενος. [Nam sic ed. Junt.] Pro πορπακισάμενος, ut in Pace μισοπορπακιστάτη. φεψάλυξ autem est scintilla et ζωπύρημα, et sic Milesii exagitantur tanquam mœchi. FL. CHR. Gry. et schol. πορπακι—. BENT. φροῦδος ἀμπτάμενος. Eurip. in Androm. 1219. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα. Est autem pro ἀναπτάμενος. ἔβα autem pro ἔβη. BERG.

105-6. Corrupte Suid. i. p. 102. v. ἀλλ' ἐμός γ' sc. ἀλλ' ἐμός γα Suid. πορπ. τῆς Ms. ἔλθῃ πόκα ed. Ms. πορπακησ. Ms. PORS.

108. Ex hoc versu manifestum est Milesiorum defectionem præcessisse hujus fabulæ διδασκαλίαν, qui quidem initio anni 20., suadente Alcibiade, defecerunt, ut Thucyd. l. viii. Ideo ex superiori nota concludimus, ante annum 23. prodiisse hoc drama; ex hac vero, post vigesimum. PALMER.

109. ὄλισβον. Scorteum erat veretrum, quo Milesiæ utebantur mulieres tribades et turpificæ, interdum etiam viduæ. Sunt qui pessaria vocent, non ego, qui sciam ista non ad libidinem, sed medelam fuisse in usu. Octodactylum autem quod vocat, puto esse sesquipedale, etsi sciam, quid sit pes antiquus, quid palmus, quid digitus: nam δάκτυλον hic pro pollice quem vocamus in architectonica accipio. Alludit tamen ad intestinum illud, quod dodecadactylum dicitur, et quod πυλωροῦ et ἐκφύσεως nomine meruit apud medicos. FL. CHR. Cratinus: μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρήσονται. apud Suid. et Hesych. in μισητή. V. Schol. BERG. ὀκτωδάκτυλον. Non memini aliter legere in Aug. Cod. At veram scripturam esse credo ὀκταδάκτυλον. BRUNCK. ὀκταδάκτυλον etiam Bent. scribi vult. ὀκτωδάκτυλον tuentur Elms. Med. p. 256. et Lobeck. ad Phryn. p. 415. DIND. ὀκταδ. Suid. ed. Ms. ὄλισβος. PORS.

110. σκυτίνη 'πικουρία. Alludit procul dubio ad συκίνην ἐπικουρίαν, cujus meminit Erasmus in adagio *Ficulnus* [c. 245.]: sed legit in hoc loco συκίνη, non σκυτίνη. Rectum tamen est σκυτίνη. Nam quia pessuli illi sive olisbi erant ex corio vel aluta, propterea σκυτίνη dixit per parodiam ad συκίνη. Itaque monitor Erasmus, quique illi hac in parte astipulantur monendi mihi sunt cum hoc interdicto, μὴ κακουργεῖν τὴν κριτικήν. Quod tamen cum bona ipsorum venia dictum velim: nam et Erasmi memoriam colo, et ejus ingenium magni facio. Sed imposuit illi Veneta editio hujus fabulæ, quæ hic ha-

beit σκύτη. Sane φαλλὸς, unde *follis*, veretrum erat, gestatum in pompa Liberi, quod primum ex ficu fiebat, deinde ex aluta rubra, et tunc dictum πολίων, unde polimenta, testiculi porcini, ut docuit Scal. ad Varron. [ad p. 42.]. Scal. inquam, alter Varro. Fl. Chr. Cf. Schweigh. Animadv. ad Athen. t. vi. p. 527. Dind. V. Schol. Sed apud Hesych. et σκυτίνη ἐπικουρία proverbium est. V. Erasmum in proverb. *coriaceum auxilium*. Berg.

113. εἴ με χρῇ, ἢ. Lege εἴ με χρείη, i. e. *etiamsi me oporteat*. χρείη enim hic idem significat quod δέῃ. Suid. χρείῃ· δέῃ. Forte ad locum hunc respexit. Apud Suid. v. ἔγκυκλον legitur χρεῖ ῇ. Kust. εἴ με χρείη. In Junt. unde in reliquas migravit εἴ με χρῇ, ἢ—. Nec aliter in Aug. scriptum, nisi quod inter duas voculas distinctio abest. Librariorum hoc σφάλμα frequentissimum esse, et ubique corrigendum χρείη, norunt jam tirones. Videndus Dawes. ad hunc locum in Miscell. Crit. [p. 324.]. Quod autem apud Suid. in ed. principe legitur χρεῖν, δέῃ, ex errore itidem librarii est, qui scribere debuit δέοι. Grammaticus paulo infra in χρῇ: χρείη δὲ, τὸ δέοι. Πλάτων Εὐθύφρονι· πευσόμενοι τοῦ ἐξηγητοῦ τί χρείη ποιεῖν. Brunck. V. Kiddii nota ad Dawes. Misc. p. 573. Dind. χρείη Dawes. Misc. Crit. p. 332. probante Piers. ad Mœrin p. 415. ἂν κἂν εἴ με χρεῖ ῇ Suid. Ms. ἔγκυκλον. Pors. Ed. Med. ἂν εἴ μοι χρεῖ ῇ. Dobr.

114. τουτὶ καταθεῖσαν. Lego καταθεῖσ' ἄν. Quod autem vocat τὸ ἔγκυκλον, Pylus est, ut et postea sub finem comœdiæ satis declarat, sic dicta propter ambitum murorum, per metaphoram τῶν περιβολαίων, id est ἣν ἔχομεν καὶ περιβαλλόμεθα. Neque de nihilo addit ἐκπιεῖν, quasi τὸ ἔγκυκλον sit poculum rotundum, quod exhaurire ipse velit ea lege, ut bellum desinat. Est etiam teste Polluce ἔγκυκλον vestis muliebris. Fl. Chr. ἐκτιεῖν, *in mulctam dare*. Reisk.

115. Fortasse legendum: ἐγὼ δὲ δὴ κἂν ὡσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ | δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρατεμοῦσα θἥμισυ. Ubi notanda crasis δοῦναι ἂν, ut οἰκεῖσθαι ἂν in Eqq. 1175. Elmsl. ad Soph. Œd. Tyr. 1227. ὥσπερ ἢ ψῆτταν. Lege ὥσπερ εἰ, deinde δοῦναι ἐμαυτῆς παρταμοῦσα θ' ἥμισυ, i. e. *etiamsi contingat scindi dimidium mei*. Nam θ' ἥμισυ est τὸ ἥμισυ, ut θαμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. Videndum autem, num rhombi mentionem fecerit propter sagas mulieres, quæ eo utuntur in maleficis cantationibus, unde Martialis: 'secto luna vapulat rhombo.' Nam psetta vel passer fere idem cum rhombo. De ea sic apud Suid. piscis est latus, nonnulli buglossum vocant, qui videtur quibusdam constare ex duabus pellibus, mediumque habere divisum ut vespæ. Sane ψῆτταν vocari a Romanis rhombum testatur Athenæus, ubi videbis ψήττας et βουγλώσσους differre. Fl. Chr. Legendum omnino ὡσπερεὶ, ut est in ed. Far. Berg. Gry. ὡσπερεί. Bent. δὲ κἂν ὡ. Suid. ed. Ms. ψῆττα. ὡσπερὶ Ms. Pors. Scribe ὥσπερ εἰ ψῆτταν. Kust. ὡσπερεί. Aug. ὥσπερ ἢ—, Junt. ὥσπερ ἢ. Recte in duabus edd. Venet. minoribus repositum ὡσπερεὶ e Suid. in ψῆττα, qui v. seq. habet δοῦναι ἐμαυτῆς, omisso ἂν, quod et abesse mallem. — παρταμοῦσα. Nescio an melius scriberetur παρατεμοῦσα, ut infra 132. ἔφησθα σαυτῆς κἂν παρατεμεῖν θἥμισυ. Sane ubi syncope versum non juvat, credibile est ab ea abstinuisse poetas Atticos. V. ad Nub. 754. et quæ notavi ad Eurip. Phœn. 1420. Brunck.

116. Gry. et Suid. omittunt ἂν: an δαίειν ἐμαυτὸν [--ήν]? Bent. δοῦναι μ', ἐμαυτῆς Reisig. i. p. 39. qui etiam παρταμοῦσα contra Brunck. defendit. — V. Schol. Dind. ἂν om. Ms. παρταμοῦσα θ' Suid. Pors.

117. ἐγὼ δὲ etc. Pro ἐγὼ δὲ καί κε (i. e. καὶ ἂν, unde κἂν) πρὸς τὸ Ταΰγετον ἔλθοιμι. Berg. Hic locus ita fortasse scribendus est: ἐγὼ δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετόν κ' ἄνω ἔλσοιμ', ὅπᾳ —. Elmsl. ad Eurip. Heracl. 710. p. 102. Dind.

118. ὅσα. [Sic Frob. Port. Kust.] Legendum ὅπα, ut est in ed. Far. [et Junt.], sive ὅπᾳ, quod communi dialecto ὅπῃ. Berg. Gry. ὀπὰ—. Bent. Hic et seq. v. quæ vulgo Calonicæ partes tribuuntur, eas in Myrrhinam transtuli, quæ prima patefactum Lysistratæ consilium rejecit 129. Facetum est eam omnium cupidissimam fuisse rei cognoscendæ. Eo etiam ducit personarum distinctio in Reg. Codd. quæ infra observabitur. Brunck.

124. ἡμὶν ἐστι. Sic partim ob metrum, partim ob euphoniam scribendum. Male vulgo ἡμῖν ἐστιν. Brunck. Lege ἐστὶν ἧμιν. Bent.

126. V. Suid. in μυᾶτε: qui habet μου μυᾶτε et mox κατείβετε. Bent. — κατείβεται. Sic Suid. ed. Ms. μυᾶτε. Pors.

128. Aug. et Junt. bis in hoc versu, et supra 122. ποήσετ'. Aug. v. seq. ποήσαιμ', ex inepta librariorum circa metrum sollicitudine, qui ne sibimet ipsi quidem in ea scriptura constant; nec magis cum codicibus concordant impressi libri. ποεῖν forma est Atticis incognita, quibus diphthongus οι multis in vocibus corripitur, ut οἴει infra 247. ποιητὴς 368. ποῖον Eq. 32. οἷοι 736. τοιοῦτος passim, ut αι in δεί-

λαιος Pl. 850. Schol. Ms. ad Plut. 14. τοῦ δὲ ποιεῖν ἡ παραλήγουσα κοινή, καὶ οὐ χρὴ ποεῖν γράφειν. Recte monenti veteri magistro nos ubique morem gessimus, et inauditum Atticis illud ποεῖν, in edd. tam frequenter obvium, e textu nostro prorsus ejecimus: quod semel monuisse satis esto. Brunck.

129. ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω. Aug. Cæsar in illo Fescenninæ licentiæ epigrammate et Romanæ simplicitatis, ut ait Martialis, in hanc sententiam dixit: 'quid quod mihi vita carior est mentula? Signa canant.' Mavult enim Marte decertare quam Fulviæ libidini obtemperare. Hic Myrrhina contra bellum mavult quam Venerem quietam. Fl. Chr. ὁ πόλεμος ἑρπέτω· *Bella pergant protinus*, ut recte vertit Fl. Suid. ἐῤῥέτω legisse videtur, et si ad hunc locum respexit, pessime eum interpretatus est. Brunck. ἐῤῥέτω pro ἑρπέτω Suid. v. ἐῤῥέτω, sed perperam. Hæc quidem scripseram, sed minus recte. Vide ad Eqq. 670. Pors.

130. οὐδ' ἔγωγ' ἄρ'—. Male vulgo ἐγὼ γάρ. Brunck.

132. ἴφεσθα. In marg. "Ms. Voss. hic iterum incipit." Ms. Trin. Dobr.

133. ἄλλ', ἄλλ'—id est ἄλλο, ἄλλο—vividius quam ut vulgo ἀλλὰ ἄλλο. κἄν με χρῇ. Male vulgo χρή. Impersonalis hujus verbi indicativus est χρή, optativus χρείη, subjunctivus χρῇ. Suid. supra laudatus ad 113. χρὴ ὀξυτόνως, ἤγουν δεῖ. χρῇ δὲ περισπωμένως, τὸ ὑποτακτικὸν, σημαίνει δὲ τὸ δέῃ. Brunck. χρῇ Ms. Trin. Dobr.

136. τί δαὶ σύ; Sic tres Codd. [et Bent. Ms. Trin. et Reisk.] quod, iis etiam nolentibus, reponi debuisset. Nam vulgatum δὲ in metrum peccat. κἀγὼ βούλομαι. Non ita credo scripsisse comicum. Rariori verbo Laconico substituerunt librarii glossam. Legebatur olim proculdubio, κἀγὼ δήλομαι διὰ τῶ πυρός. Verbum δήλεσθαι illustrat Valck. in Theoc. [ad Adoniaz.] p. 258. ad Brasidæ epistolam patria brevitate scriptam ad Ephoros: ὅσσ' ἂν δηλῶμαι πραξῶ ποττὸν πόλεμον, ἢ τεθναξοῦμαι. Brunck. Verba κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός Myrrhinæ tribuit Wakefield. in Silv. Crit. iii. p. 49. Sic etiam Bent. Dind. Ἄλλη. κἀγὼ Ms. Trin. Dobr.

137. ὦ παγκατάπυγον. Vulgo divisum πᾶν κατάπυγον. Eadem est compositionis ratio quam in παγκατάρατος 588. παμβδελυρὸς et παμμυσαρὸς 969. παγγλυκερὸς 970. παμμίαρος Ran. 466. παμπόνηρος 106. infinitisque hujus generis aliis. Idem etiam Reisk. placuisse video. Brunck.

138. Locum hunc exponit Suid. v. οὐκ ἐτῶς. Kust. οὐκ ἔτος ἀφ' ἡμῶν. [Sic Frob. Port.] Muta accentum et lege ἐτὸς, quod est pro ἐτώσιον, ut dicat, non frustra contra nos loquuntur tragici, innuens Eurip. μισογύναικα. Legendum autem paulo ante τί δαὶ, non τί δὲ, ut metro consulas. Fl. Chr. ἔτος Ms. Trin. Dobr.

139. πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη. Inter proverbia hanc sententiam Eurip. recenset Suid. et valere vult in eos, qui rem tantum unam exercent, neque aliud quicquam cogitare aut meditari norunt. Hic vero nihil aliud intelligit per hanc metaphoram quam τὸ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν. Neptunus enim, qui se junxit cum Tyro, procreavit Nelea et Peliam. Tamen ego arbitror per Neptunum designari naturam in femina humidissimam, per scapham autem veneream libidinem, quæ, ut dixit Augusti filia, tollit vectorem, etiam quum navis est plena. Fl. Chr. V. Schol. ubi scriptum est ἐκθεῖσαν pro ἐκθεῖναι· mallem præterea σκάφην. Sunt autem filii Tyronis sive Tyrus Neleus et Pelias, quos susceperat ex coitu Neptuni. Hinc Suid. in οὐκ ἐτὸς locum ita exponit: οὐδὲν ἐσμὲν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν· *nihil enim sumus, nisi tantum ad coeundum et pariendum aptæ*. Kust. in sua ed. Suid. scribit malle se ἴσμεν legere, i. e. *scimus*. Sed forte non est necesse, nam et comicus ita loquitur in Avv. 19. τὼ δ' οὐκ ἄρ' ᾔστην οὐδὲν ἄλλο πλὴν δάκνειν. Ceterum recte sensit Schol. ad tragœdiam hic respici: præcedit enim ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι. Berg.

141. Vulgo profligato metro legitur: μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι. Aug. τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτι. Regii, τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι. Genuinam ex indole linguæ restituimus lectionem, τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν. Brunck. [πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' Ms. Voss. ap. Bent.]. Scripsit Aristoph. opinor, τὸ πρᾶγμα σωσόμεσθ' ἔτι, quemadmodum Eccl. 209. ἢν οὖν ἐμοὶ πείθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι. Reisig. i. 248. ἀνασωσ. Ms. Trin. Dobr.

142. χαλεπὰ μὲν ναὶ τὼ σιώ. Pro χαλεπὸν μὲν νὴ τὼ θεώ. Berg.

143. ὑπνῶν etc. Pro ὑπνοῦν ἄνευ ψωλῆς μόνας. V. Æsch. in Agam. 870. τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα ἧσθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακόν. Berg. γυναῖκας ἐσθ' ὑπνῶν. Sic recte Dawes. Perperam vulgo transpositis vocibus, γυναῖκας ὑπνῶν ἐστ'—. V. ad Plut. 166. In indice Thesauri H. Stephani legitur: φωλὴ *affertur pro mentula, sed ἀμαρτύρως*. In tibi testem idoneum. V. infra 979. et

Av. 560. Brunck. Vulgatam verborum collocationem ὑπνῶν ἐστ' — defendit Reisig. i. p. 102. In ore Lacænæ nihil offensionis habet hæc productio. Dind.

144. ὅμως γέ μ' ἂν δεῖ. Lego ὅμως γε μὰν pro μήν. Paulo post lege per interrogationem (ὃ μὴ γένοιτο) μᾶλλον ἄν. Male autem in Venet. ed. habes ὅ μοι γένοιτο. Fl. Chr. Lege — — μὰν δεῖ. Lacæna enim hic loquitur, quibus μὰν dicebatur pro μήν. Kust. Vulgo absque ullo sensu sic legitur hic versus: ὅμως γέ μ' ἂν δεῖ· τὰς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ. Nil discrepant Codd. nisi quod omnes μὰν habent, quæ quidem facilis erat emendatio, nec cuiquam in eo aqua hæsit. Reliqua tentavit, sed infeliciter, Dawes.: non melius conjectura cessit Gisb. Kœn. quem vide ad Corinth. p. 110. Elegantissimum est et proculdubio verum, quod excogitavit Jo. Toup. ad Suid. ii. 164. quod nisi recepissemus, comico nostro fecissemus injuriam. Id tantum me fugit γα e dialecti usu pro γε reponi debere. εὖ autem me invito aut imprudente excusum fuit pro αὖ, quæ est Codd. lectio et edd. omnium. Integer versus sic scribendus: ὅμως γα μὰν δεῖ· δεῖ γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ. Brunck. Scal. γα μὰν δεῖ τᾶς: Ms. γε μάν. Bent. Tyrwhit. ad Toup. t. iv. p. 420. corrigit: ὅμως γε μάν· δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ. probante Elmsl. ad Acharn. p. 251. qui ὅμως γα μάν· scriptum citat. Dind. γεμᾶν Ms. Trin. Dobr. τὰς γὰρ εἰράνας. Leg. τᾶς pro τῆς γὰρ εἰρήνης, et subaudiendum ἕνεκα et ἀπὸ κοινοῦ, δεῖ, ut sit, τῆς γὰρ εἰρήνης ἕνεκα μάλα αὖ δεῖ ξυμψηφίσασθαί σοι. Aut subaudiendum ἐρῶ, vel simile, ut sit, τῆς γὰρ εἰρήνης μάλ' αὖ ἐρῶ. Berg. εἰράνας μέλει vel μέλω Dawes. Misc. Crit. p. 336. δεῖ γ. ε. μ. α. Toup. in Suid. ii. p. 164. ὅμως γά μαν· δεῖ τᾶς Kœn. ad Gregor. p. 110. Pors. Exemplari ed. Kust. in Bibl. Coll. Trin. ascripserat, μέλει Dawes. p. 336. recte. V. infra 502. Dobr.

146. Hic et infra sæpius, ubi Myrrhinæ partes tribuimus, quæ vulgo sunt Calonicæ, auctoritatem sequimur binorum Reg. Codd. Brunck. Ms. MΥ. εἰ δ' — δή συ [sic]. Bent. Μυρ. εἰδ'—δὴ σὺ Ms. Trin. Dobr.

147. Ms. τουτονί. Bent. Ms. Trin. Dobr.

149. ἔνδον ἐντετριμμέναι. Id est σμηχθεῖσαι, detersæ et lotæ, nisi mavis referre ad tritum ψιμμύθιον. Fl. Chr. εἰ γὰρ καθοίμεθ'—Vulgo καθήμεθ' contra syntaxin, siquidem sequentia verba, ab eadem particula εἰ pendentia, sunt in optativo. Legitur quidem in puerilibus linguæ institutionibus verbum κάθημαι optativo et subjunctivo carere. Sed ab his magistellis dissentit comicus noster. V. Ran. 910. et 1046. Quando in protasi verbum in imperfecto ponitur vel aoristo indicativo cum particula εἰ, alterum verbum in apodosi ponitur etiam in indicativo cum particula ἂν, et vice versa. Conc. 407. ἔγωγ' ἂν εἶπον, εἰ παρὼν ἐτύγχανον. Ran. 1195. Philemon in Floril. Grotii p. 127. εἰ μὴ τότ' ἐπόνουν, νῦν ἂν οὐκ εὐφραινόμην. Cf. quæ notavi ad Eurip. Hippol. 705. Sic etiam solutæ orationis scriptores: Andocides contra Alcibiadem in fine: καίτοι εἰ τῶν πρωτευόντων ἕκαστος τὰ αὐτὰ ἐποίησεν, ὀλίγους ἂν πολεμίους εἴχετε, καὶ πολλοὺς συμμάχους ἐκέκτησθε. Itaque καθήμεθ' in imperfecto hic legi non potest, nisi solœce. Brunck. At δέλτα dici sine articulo vix poterat. Quare adducor, ut non solum καθήμεθα veram lectionem putem, sed etiam πάριμεν, et τὸ δέλτα scribendum censeam. Herm. ad Vig. p. 813.

150. Meminit hujus loci Harpocr. v. ἀμοργός. Kust. κἂν, id est καὶ ἐν. Male ed. Burmanni κἂν, quod valet καὶ ἄν. τοῖς ἀμοργίνοις, e lino vel bysso, qui optimus in insula Amorgo, e Sporadibus una, proveniebat. Inde ἀμοργὸς pro quolibet bysso vel lino. Brunck. χιτωνίοισι τοῖς ἀμοργίνοις. Ex his patet vestem amorginam fuisse pellucidam, ut vestes sericæ, quando nudas se dicunt feminæ, quæ amorginis tunicis male coopertæ sunt. Palmer. Vel a materia, vel a colore, vel a loco. V. lexicographos Græcos. Berg.

151. V. Suid. v. δέλτα, ubi locus hic citatur. Kust. δέλτα. Quid sit δέλτα, neque ipsæ nesciunt Vestales: nam περίφρασις est τοῦ γυναικείου αἰδοίου, cui barbam vellere solent et volsellis utuntur non solum ad compescendam superciliorum luxuriem. Verbum autem στύειν omnino venereum est et tentiginosum, quo multus utitur Aristoph. sed sæpe accidit, ut pro ἑστυκὼς legatur ἑστηκώς, male, quamvis etiam sit stator libidinosus. Proverbiale dictum est οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἑστυκὼς ἀνήρ. Quam sententiam sapiens Hebræus videtur innuisse quum scripsit, adulteros propter cordis inopiam perdere animam suam. Lege autem ἀπεχοίμεθα, non ἀπεχόμεθα. Fl. Chr. V. Schol. et supra 89. Berg.

152. Citatur hic versus a Suid. v. πλεκοῦν. Ceterum pro πλεκοῦν etiam dicebatur σπλεκοῦν, ut notat Suid. dicto loco. V. etiam Plut. 1083. διεσπλεκωμένη. Kust. στύοιντ' ἂν ἄνδρες. Dubium non est, quin hic scripsisset Dawes. ἄνδρες,

pro οἱ ἄνδρες, quod nos ᾦνδρες scribimus. Sed quanam vi articulum intrusisset in præcedentem versum, ubi nomini δέλτα non minus necessario adjungi deberet, si comicis non licuisset substantivum sine articulo efferre? στύειν et στύεσθαι verba sunt comico nostro valde frequentata: Latinis *arrigere;* ut in isto Martialis disticho: 'Mentula tam magna est, tantus tibi, Papile, nasus, Ut possis, quoties arrigis, olfacere.' In nominibus quibusdam propriis, quorum significatio cum hoc verbo nihil habet commune, jocum quæsiverunt faceti nebulones, Ἀστυάνακτα vel Ἀστυάγην appellantes eum cui stare mentula desiit. Strato Epigr. x. ἀλλ' ἐμὲ μηκέτ' ἔχοιτε φίλοι φίλον, ἀλλ' ἀπὸ πύργου | βάλλετ', ἐπεὶ λίην Ἀστυάναξ γέγονα. Fronto in Epigr. quod infra explicabo: καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην. Brunck. στύοιντ' ἂν ἄνδρες. Hic rursus nugas egisse me video. Omnino scribendum στύοιντ' ἂν ᾦνδρες. Hanc aliasque similes crases negligere solemnis est librariorum mos. Ubi ὡ'γὼν ponendum erat, vel ὡὐτὸς, vel ὡ'νήρ, illi ἀγὼν, αὐτὸς, ἀνὴρ frequentant. Peccato in ultima voce vereor ne sæpius, quam oportuerat, pepercerim: quod, vineta ipse mea cædens, ingenue profitebor. οἱ α in ῳ coalescunt. Strattis apud Athen. p. 323. B. τίς δ' ἐστὶν ἡ σφύραινα; φησὶν ἅτερος, | κέστραν μὲν ὔμμες ᾠττικοὶ κικλήσκετε. Quod autem apud comicum exempla occurrant oppido pauca omissi in similibus articuli, id metri necessitate semper contigisse deprehendas, ut in super. v. δέλτα παρατετιλμένα. Regulariter enim scribere debuit τὸ δέλτα, ut supra τὴν βληχὼ, et Thesm. 538. 540. Conc. 724. τὸν χοῖρον. Eadem necessitate Conc. 624. τρύπημα sine articulo legitur. Id. Legendum hic, 157. et ubicunque non de singulis, sed de universo populo, agitur, ἅνδρες vel ᾦνδρες, i. e. οἱ ἄνδρες. V. 168. Hotib. στύοιέν τ' ἂν ἄνδρες. Reisk. πλεκοῦν. Ed. Far. σπεκλοῦν. ut Plut. 1083. ubi διεσπεκλωμένη. Berg. Scal. σπεκλοῦν. Hesych. σπλεκοῦν. Suid. πλεκοῦν καὶ τὸ αὐτὸ πεκλοῦν καὶ σπεκλοῦν. Bent. πλεκοῦν. Suid. ed. Ms. cet. om. Ms. Pors.

155. ὅ γ' ἂν etc. Pro ὅ γ' οὖν Μενέλαος τῆς Ἑλένης τὰ μῆλά πως (aut που) γυμνῆς. οἴω autem pro οἶμαι, et παρέλκει. Papillas autem vocat μᾶλα, ut in Acharn. 1298. κυδώνια. Quod ad historiam attinet, vide not. seq. Berg. ὁ γῶν. Sic Aug. Vulgo divisim ὅ γ' ὦν.—τὰ μᾶλά πα. Sic duo Reg. In Aug. ut in Junt. et aliis vett. πο. Doricum est πα, quod e Theocr. satis notum. Brunck. Frob. πο: Gry. που et Suid. in μῆλα. Ms. πᾶ. Bent. V. Schæf. ad Dionys. de composit. verb. p. 271. Lobeck. ad Phryn. p. 533. Dind. πᾶ Ms. Trin. Dobr.

156. παρεσιδών. Sic Aug. et B. cum vet. edd. recentiorum παρενιδὼν est in A. Respicit ad Eurip. Androm. ubi Peleus 628. sic Menelao exprobrat: οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών· | ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος, | φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα, | ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ. Brunck. Frob. παρεϋιδὼν: al. παρενιδὼν ut Suid. Gry. παρεσιδών. Bent. ἐξέβαλ', οἴω, τὸ ξίφος. Etiam ut supra οἴω per parenthesin lego pro οἶμαι. Fl. Chr. Schol. Vesp. 712. ad τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν scribit, ὥσπερ ὁ Μενέλαος. τοῦτον γάρ φασιν ὁρμήσαντα ἐπὶ τὴν Ἑλένην ἀποβαλεῖν τὸ ξίφος. ἡ δὲ ἱστορία παρ' Ἰβύκῳ καὶ Εὐριπίδῃ. V. Schol. ad h. l. Berg. παρενιδὼν (sic) — οἰῶ Ms. Trin. Dobr. γυμνα sine accentu Suid. Ms. cet. ut ed. Pors. Locus est v. μᾶλα, ubi edd. Med. Kust. ὁ γοῦν Μενέλαος τῆς Ἑλένης τὰ μῆλά που γυμνῆς παρενιδὼν ἐξέβαλ' οἰῶ τὸ ξίφος. Dobr.

157. Ms. Vat. P. abhinc usque ad 162. pro Κα. (i. e. Καλονίκη) semper ponit personam Μυ. (i. e. Μυῤῥίνη.) Ad sensum tamen nihil refert, utri personæ ista tribuantur. Ceterum ut versus hic sit ἀρτίπους, pro ἀφιῶσ' legendum est ἀφιῶσιν. Kust. τί δ', ἢν ἀφίωσ' ἄνδρες ἡμᾶς, ὦ μέλε; Sic libri omnes scripti et ante Kust. impressi. At ille: 'Ut versus hic sit ἀρτίπους, pro ἀφίωσ' legendum est ἀφίωσιν.' Quod non monuisse contentus, prava emendatione bonum versum corrupit. Ignorabat, ut qui prosodiæ non tam peritus esset, quam poetæ editorem oportebat, verbum ἵημι cum suis compositis omnibus primam producere. V. Nub. 397. 1214. 1426. 1494. Eqq. 430. 436. 522. 756. Centena e comico nostro proferri possent exempla, ne tragicos memorem. Cratinus apud Stob. p. 425. Floril. Grotii: αὐτόματα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά. Sic legendus iste senarius: male vulgo ἀνοίγει. Brunck. ἀφίωσ'. — 157. 159. 162. Μυρ. pro Κα. Ms. Trin. Dobr.

158. Φερεκράτους, κύνα δέρειν. Schema aiunt libidinosum, εἰς τὸ αἰδοῖον, et dictum proverbium in eos, qui præter mala quibus infestantur, novorum accessione torquentur. Est sane teste Hesych. etiam κύων pars illa, qua viri sumus. Puto autem per hæc Lysistratam innuere ὀλίσβους, de quibus antea dictum, et ficta illa veretra vel tribadum nequitias: ait enim postea ταῦτα τὰ μεμιμημένα. Fl. Chr. V. Schol. et Erasmi adagia. Ceterum in his scholiis ἄλλα scripsi pro vulgato ἄλλως. Berg. κύνα δέρειν δεδαρμένην. Quod eo

sensu dixerat Pherecrates, quo postea ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων in proverbium abiit, id aliorsum trahit faceta mulier. Penem coriaceum intelligit, cujus mentio supra 109. quique inter instrumenta muliebris mundi recensetur in Thesm. ii. BRUNCK.

159. Calonicæ: 160. Myr. tribuit BENT.

160. ἐὰν δὲ λαβόντες ἐς—. Sic concinne duo Regii. Vulgo ἐὰν λαβόντες δ' ἐς—. BRUNCK. Vulgata scriptura in Rav. esse videtur, præfertque eam Elmsl. ad Acharn. p. 61. DIND. εἰς sine δ' Ms. Trin. DOBR.

161. ἀντέχου. ἀντέχομαι, *retineo*, quasi contra teneo, adhæreo. ἀντέχου τῶν θυρῶν, hoc est, ita adhære foribus, ut ab eis te avelli non sinas. FL. CHR. V. Meibom. in præf. ad scriptores musicos, ubi locum hunc explicat. KUST. Meibomii verba hæc sunt: ἀντέχου σὺ τῶν θυρῶν· verto, *tu sta pro foribus*. Minus bene interpres, *ad fores obnitere*. DIND.

162. τύπτωσι. Sic duo Reg. [et Bent.]. Vulgo τύπτωσιν. παρέχειν verbum est palæstræ Veneriæ. V. Stratonis Epigr. xlii. Sic Latinis *præbere*. Ovid. de A. A. ii. 685. 'Odi quæ præbet, quia sit præbere necesse, Siccaque de lana cogitat ipsa sua.' BRUNCK. κακός. REISK. παρέχειν χρὴ κακῶς. Mirum est, interpretes non vidisse, versui huic aliquid deesse, qui ut sit integer et numeris omnibus absolutus, legi debet, ut recte legitur in Ms. Voss. et Vat. P., — — — παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς. KÜST. παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς. Quum ante abesset κακά, ex Mss. Voss. et Vat. P. ita reposuit Kust. nec tamen istam lectionem aut similibus scriptorum locis declarare cogitavit, aut, si cogitasset, operam non fuisset lusurus. Nam sive κακᾷ rem illam accipias, de qua nunc sermo est, dulcis Veneris fructus, ut ille ait, dici non debuit κακὸν, sive adjectivum intelligas tanquam pro adverbio positum, offendet additum ipsum κακῶς. Legendum: παρέχειν χρὴ κακὰ (i. e. κακῶς) κακοῖς· κακοῖς, ἀνδράσι κακοῖς, ἐὰν τύπτωσι ἡμᾶς. Sic componi haud ineleganter solent ejusdem originis adjectiva et adverbia. Eurip. Med. 1386. κατθανεῖ κακὸς κακῶς. Tr. 446. κακὸς κακῶς ταφήσει, et ibid. 1055. κακῶς κακὴ θανεῖται. Vide etiam ad 256. item Acharn. 253. Conc. 761. et ibi Brunck. HOTIB. Wakefield. in Silv. Crit. ii. p. 52. corrigit παρέχειν κακοῖς κακῶς. Ahlward. in Diariis Jenen. a. 1810. fol. 124. p. 390. παρέχειν χρεὼν κακῶς. Cf. v. 227. DIND.

165. Citat Suid. in ἀπεροῦσιν. BENT. ἀπεροῦσιν. Id est ἀπαγορεύουσι et παύσονται τοῦ πολέμου. Paulo post εἴ τοι δοκεῖ ταῦτα σφῷν, dele prius ταῦτα [quod habet ed. Junt.], ut recte deest in Venet. ed. FL. CHR. οὐδέποτε γὰρ εὐφρανθήσεται corrigendum censet Elmsl. ad Acharn. p. 61. DIND. ἀποροῦσιν in ἀπερ. mut. vel contra. Sed sch. præfix. ἀπεροῦσιν. — αται -θήσεται (sic) Ms. Trin. DOBR.

166. ξυμφέρῃ. Sic duo Reg. Ovid. ibidem: 'Quod juvet, ex æquo femina virque ferant: Odi concubitus, qui non utrumque resolvunt.' BRUNCK. ξυμ. Ms. Trin. DOBR.

167. Versui huic in Ms. Vat. P. rectius præfigitur persona Λα. i. e. Λαμπιτώ: quippe cui, ut Lacænæ, versus hic et quatuor sequentes optime conveniunt. Ceterum ne quid in versu hoc redundet, post δοκεῖ delendum est ταῦτα [vid. ad 165.]. KUST. In tribus Codd. hic versus eidem personæ tributus ac sequentes: præfixum est ei in duobus Reg. nomen Λαμπ. Hanc distinctionem primo admiseram, scribendo χ' ἁμῖν συνδοκεῖ. Sed vulgatum postea prætuli, quia necesse videtur, ut una etiam ex Atticis mulieribus Lysistratæ consilium approbet. BRUNCK. εἴ τοι δοκεῖ σφῷν etc. V. Avv. 1629. quem locum citavit et Biset. BERG. Interpunge post σφῷν: ταῦτα ad alterum membrum refer. REISIG. i. p. 132. Sic Rav. DIND. Λαμ. εἴτι δ. ταῦτα σ. ταῦτα χ' ἡ. σ. Ms. Trin. DOBR.

168. καὶ τὼς etc. Pro καὶ τοὺς μὲν ἡμῶν ἄνδρας ἡμεῖς πείσομεν. BERG. Recte Junt. ἁμῶν. V. ad 1300. ἁμὲς πείσ. Ms. Voss. apud Bent. DIND. μεναμῶν ἀ. ἀμὲς et om. Λα. Ms. Trin. DOBR.

169. πάντας. Ed. Far. πάντα per α longum pro πάντᾳ i. e. πάντη, ut et Fl. legerat, ut patet ex ejus versione, ubi reddit per *ubique*, ut et ego verti. Occurrit et 180. BERG. παντᾶ δικαίως. Vulgo πάντας relatum ad ἄνδρας, satis inficete. Aug. et B. πάντα. A. πάντως e gloss. E dialecti usu scribendum παντᾶ, quod apud Theoc. sæpius occurrit. BRUNCK. πάντα Ms. Trin. DOBR.

170. τὸν τῶν Ἀσαναίων γα μάν. Pro τὸν τῶν Ἀθηναίων γε μήν. BERG. Ms. γε μάν. BENT. ῥυγχάχετον. Lege ῥυγάχετον, vel potius ῥυάχετον cum Hesych. et Venet. ed. i. e. θόρυβον et συρφετὸν, quasi ῥέοντα ὀχετόν. FL. CHR. V. nos ad Suid. v. ῥυχάχετον. KUST. Scribitur diversimode hæc vox. Ed. Far. ῥυάχετον, at Suid. ῥυχάχετον. Schol. autem ad præsentem locum notat variantem lectionem ῥυάγχετον, et exponit, ut alii, per θόρυβον et συρφετόν. Itaque ὁ Ἀσαναίων ῥυάχετος est ὁ Ἀθηναίων συρφετός. Sic autem vocat plebem Atheniensem Vesp. 664. BERG. ῥυάχετον. Reg. ῥυχάχετον. Aug.

ut vulgo ῥυγχάχετον. Scripturam Hesych. probatam recepi. ῥυάχετον, θόρυβον, ἢ τὸν ῥέοντα ὀχετόν: quam ad glossam vide interpretes. Brunck. γεμὰν ῥυχάχετον Ms. Trin. Dobr.

171. πλαδδικῶ. Lego πλαδδιεῖν, quod est πλησιάζειν. Sunt tamen qui πολεμεῖν aut παραφρονεῖν intelligant, et Hesych. exponit ματαΐζειν et σοβαρεύεσθαι. Qui, inquit, aliter possumus facere ne Athenienses nos rursum turbatum veniant. Fl. Chr. Suid. v. ῥυχάχετον habet πλαδδιεῖν, quod præferendum est. Kust. Ed. Far. πλαδδιῶ. Sed legendum omnino videtur πλαδδιεῖν. Exponunt autem per παραφρονεῖν Schol. et Suid. πᾷ vero pro πῇ i. e. πῶς. Berg. Gry. πλαδδιεῖν: sed vid. 989. Bent. πᾶ καί τις ἂν πείσειεν αὖ μὴ πλαδδιῆν; Sic duo Reg. nisi quod in altero πλαδδιῇν, subscripto ι, quod in Doricis melius omittitur. Suid. πλαδδιεῖν, unde genuinam lectionem, Dorica restituta forma, indicavit et illustravit Gisb. Kœn. cujus erudita nota ad Corinth. p.104. [229.] omnino legenda. Vulgo corruptissime μὴ πλαδδικῶ. πλαδδιῆν significat nugari, delicias facere. Infra 990. in imperativo μηδ' αὖ πλαδδίη. Brunck. πλαδδικῶ illud inde natum, quod verum πλαδδιῆν, compendiose scriptum, perperam legeretur. Scilicet ῆ habuerunt pro κ̄, (quod ob harum litterarum in antiqua scriptura similitudinem facillime fieri potuit,) lineolamque finalem, quæ significat ν, confuderunt cum hoc signo (῀), quæ nota est tachygraphica litteræ ῶ. Bast. ad Gregor. p. 229. πλαδδικῶ. πλαδδιεῖν Suid. Ms. in v. ed. Ms. in ῥυχάχετον. Pors. Per δ simplex edd. Med. Kust. in πλαδ. duplex in ῥυχ. Vulgata orta est ex male intellecto nexu qui designat syllabam ην. Ita in Phot. Lex. Κοθωκίδαι δῆμος Οἰκώιδος quod edidit Hermann. provenit e stupore exscribentium. Nam ipse codex Galeanus οἰηνιδος (per nexum) i. e. ΟΙΝΗΙΔΟΣ. Simile est, quod υν compendio scriptum in ω abiit, et vice versa. Eurip. Troad. 114. νῦν τ' Ald. νῶτ' Musg. e Ms. Antiph. Athen. viii. p. 342. F. ὡς οὐ συντόν (per nexum) ἐστιν, οὐδ' ἀνασχετὸν ed. 1657. Ceteræ recte βιωτόν. Hunc locum indicat Pors. in schedis. Dobr. Ms. Trin. ut Kust. (πλαδδικῶ etiam sch. præfix.) Dobr.

173. οὐχ ἃς σπουδάς. Non est quin putem hæc verba aut mendosa esse, aut non suo loco posita, et fortassis σπονδὰς pro σπουδὰς legendum est. Fl. Chr. Ed. Genevensis habet οὐ λισπόπυγας, ex emendatione Biseti. At vett. edd. omnes itemque Mss. præferunt οὐχ ἃς σπουδάς: quæ lectio licet manifesto corrupta sit, revocare tamen eam maluimus, quam conjecturam Biseti, licet ea mihi non videatur aspernanda, in textu, ut vocant, retinere, ne lectori acuto facultas de hoc loco judicandi adimeretur. Kust. οὐχ ἃς σποδᾶς. Ita legerat Schol. h. l. Ed. Far. οὐχ ὡς σπουδὰς, unde bonà, ni fallor, lectio concinnatur οὐχ ὡς σποδᾶς. Exponit autem Schol. σποδᾶς ἀντὶ τοῦ σπουδῆς. Itaque οὐχ ὡς σποδᾶς ἔχοντι ταὶ τριήρεες erit, οὐχ ὡς σπουδῆς (τι) ἔχωσιν αἱ τριήρεις· non, ut studii et accelerationis (quicquam) habeant triremes. Quodsi σποδὰς legatur in accusativo, magis perspicua est oratio, et tunc non est τι subaudiendum. In aliis edd. est οὐχ ἃς σπουδάς. Ceterum quod hic Lampito vult fieri, nempe ut mulieres impediant ne viri classem instruere possint, id infra 421. factum queritur Probulus. Berg. Scal. σπουδάς. Al. οὐ λισπόπυγας. Ms. Voss. ἃς σποδᾶς. Lege αἱ et ἔχωντι. Bent. οὐκ ἀσπίδας. Reisk. V. infra 200. Dobr. οὐχ ἃς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες. (καὶ me imprudente et invito irrepsit oscitantia typothetæ, cui error eo minus condonandus est, quod plagula hæc iterum excusa fuit,) ἃς Doricum est pro ἕως, ὅπως, μέχρις οὗ. V. Hesych. Sic sine accentu scriptum est in Aug. et in B. in hoc σποδᾶς γ' ἔχοντι: in Aug. οὐχ' ἃς σπουδὰς ἔχοντι. A. οὐχ ὡς σποδὰς ἔχοντι. Viris doctissimis Kœn. et Valck. placuit etiam subjunctivus ἔχωντι, ideo reponendus, quia sequitur ᾖ in altero versu, ab eadem particula ἃς pendens. In ceteris interpretationem secutus sum Jo. Toup. Cur. Nov. in Suid. p. 2. [t. iii. p. 12.] ubi e Soph. Œd. Tyr. 709. ostendit verbum ἔχειν bene cum genitivo σποδᾶς, Dorico pro σπουδῆς, construi. καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι | βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης. Huic exemplo duo alia addo ex eodem dramate, 345. καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδὲν, ὡς ὀργῆς ἔχω. et 1477. juxta vulgatam lectionem, bonam illam quidem, sed vett. libris non comprobatam, ut olim declarabo: γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἥς εἶχες πάλαι. Hæc ad confirmandam nostram lectionem sufficiunt. Verumtamen debita laude non fraudanda est elegans Valck. conjectura in Eurip. diatribe p. 235. proposita, comici nostri ingenio quam maxime digna, quam si quis recipi debuisse contendat, ei non valde refragabor: οὐχ ἃς πόδας γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες. Brunck. Kœn. ad Greg. p. 189. scribit, οὐχ, ἃς σποδάς γ' ἔχωντι ταὶ τριήριες, — non persuadebis, quamdiu saltem triremes instru-

antur —. Apud Valck. non *οὐχ ἃς*, sed *οὐχ ἂς* scriptum est. Dind. Conf. Toup. Add. in Theocrit. p. 406. et Cur. Poster. in Theoc. p. 2. et 26. Brunck. in Aristoph. Lys. 173. ex aliquot Codd. ἀς sine accentu dedit: quod non imiter. Schæf. ad Greg. Cor. p. 180. σποδᾶς γ' Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 2. ἂς πόδας γ' ἔχωντι Valck. Diatrib. xxi. p. 235. Pors. οὐχ' ἂς σποδᾶς γ' ἔχον τι (σποδᾶς non σπουδᾶς P.) Ms. Trin. Dobr.

174. *καὶ τἀργύριον τἄβυσσον*. Ex antiquis grammaticis, qui apud Suid., hunc ex his verbis sensum elicio: quamdiu argenti copia abstrusa erit in templo deæ, nunquam de pace cogitabunt: nam in acropoli deposita erant millia talentum. Mox ait abyssum locum esse sacrum Proserpinæ, ubi magna auri copia ex omni tempore asservetur. χρυσὸς, inquit, ἄβυσσος, i. e. ἀόρατος et ἄθικτος, quia in terra alte defossum. Fl. Chr. V. Suid. v. ἄβυσσος et Meurs. Cecrop. c. 26. Cf. etiam Plut. 1194. Kust. Pro *καὶ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον*. Similiter autem apud Æsch. in Septemtheb. 957. *πλοῦτος ἄβυσσος, divitiæ immensæ*, ubi scholia utraque, πολύ. Est autem metaphora a locis profundis. Proprie usurpavit Eurip. in Phœn. 1599. Scholia ibi, τὰ ἄβυσσα, τὰ βαθύτατα. Berg. Ms. τᾷ σίῳ. Bent. πὰρ τᾷ Σιῷ Kœn. ad Greg. p. 189. Dind. ᾗ παρὰ τᾷ σιῷ. Pro ᾗ παρὰ τῇ θεῷ. Repetendum autem ἀπὸ κοινοῦ, ὡς, ut sit, *καὶ ὡς τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον ᾗ παρὰ τῇ θεῷ*, ut maneat intactum illud immensum argentum in arce Minervæ, nec ad usus bellicos adhibeatur. Erat autem gazophylacium in ὀπισθοδόμῳ templi Minervæ. V. Plut. 1194. Berg. ᾗ Ms. Trin. Dobr. ᾖ ed. Kust. ἕως ἂν ᾖ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον παρὰ τῇ θεῷ Suid. v. ἄβυσσος. Pors.

176. *καταληψόμεθα*. [Sic Reisk.] Hanc formam metrum omnino flagitat, vulgatamque respuit καταληψόμεσθα. Brunck. — μεσθα Ms. Trin. Dobr. L. καταληψόμεθα ob metrum. Pors.

178. *σκυτιθώμεθα*. In Venet. ed. melius σκυτιζώμεθα, quod tamen quid hic sibi velit nescio; nam grammatici σκυθίζειν exponunt σπαράττειν. Fortassis autem hic versus transferendus ante illum *καὶ τἀργύριον*. Quid si vero legamus σκύτη θώμεθα, duabus vocibus, ut sit, donec has pelles deponamus, vel potius scuta induamus, quia sequitur ἀσπίδα. Nisi σκυτιζώμεθα sit apparere, metaphora sumta a Scythis liturgis et servis apparitoribusque publicis, ut postea ἡ Σκύθαινα est ὑπηρέτις. Fl. Chr. Ed. Far. σκυτιζώμεθα, quod per metaphoram a sutoribus sumtam dicetur. Berg. *συντιθώμεθα*. Sic tres Codd. edd.que recentiores. Errore, ut puto, typothetæ, in Junt. excusum σκυτιθώμεθα, quod retinuerunt Cratander et Frob. Sed Veneti huic corruptelæ mederi cupientes inepte reposuerunt σκυτιζώμεθα. Notatu vix dignum hoc ideo observo, ut intelligant præclari illi doctores, qui nihil in veteris scriptoris textu mutari sustinent, quanti pretii sint, et quali plerumque nitantur auctoritate vulgatæ lectiones absurdissimæ, quas ipsi absurdioribus argumentis defendunt. V. not. infra 702. Brunck.

179. *δοκούσαις*. Sic Ms. Vat. P. et Voss. At priores edd. δοκούσας, quarum lectionum utram sequaris, parum vel nihil refert. Kust. δοκούσαις ed. Far. Aliæ edd. δοκούσας, perperam: pendet enim a ταῖς πρεσβυτάταις. Occupabunt autem arcem propterea mulieres, ut ærarium custodiant, ne viri bellum instruant deprompta inde pecunia. V. 492. Berg. δοκούσαις. Sic tres Codd. Junt. prior Basil. duæ Venet. Parisina Wech. Parum accurate Kust. ait in prioribus edd. legi δοκούσας. Id quidem reperio in Frob. ceteræ nullius sunt momenti. Sed verum est quod addit, parum vel nihil interesse utro modo legatur. V. quæ notavimus ad Eurip. Med. 56. Attamen, licet ad sensum nihil intersit, ea proculdubio præferenda est lectio, quam tuentur libri scripti omnes et impressi antiquissimi. Brunck.

180. Pro *πάντη* dicit πάντα Dorice et τᾶδε pro τῇδε, id est ὧδε. Paulo post lego distincte ἂν ἀῤῥήκτως. Fl. Chr. πάντα κ' ἔχοι, καὶ τᾶδε—. Pro πάντῃ ἂν ἔχοι, καὶ τῇδε γάρ—. Lego enim cum Biset. non τᾶδε, sed τᾷδε sive τᾷδε. Alias metrum non constat. Berg. παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾷδε —, id est πάντως ἂν ἔχοι—. Male vulgo contra metri præscriptum τάδε. Unus e Reg. πάντα γ' ἔχει— pejus alter πάντ' ἔχει. Jam supra observavi Doricum hoc adverbium accentu circumflexo notandum esse, quo tollitur lectoris hæsitatio. Perspicue in A. τᾶδε. Brunck. Ms. γ' ἔχοι. lege παντᾶ—καὶ τᾷδε. vid. 1012. Bent. Lys. 180. παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾷδε γὰρ λέγεις καλῶς, Brunck. quæ ipse non intelligeret verba, eorum suo arbitratu versionem finxit, *omnino fieri potest*. In suspicionem vocavit illa Gisb. Kœn. ad Greg. Corinth. atque emendare conatus est: Schæf. autem ad istum locum p. 214. si παντᾶ in πάντ' εὖ mutes, *nihil præterea* videri *requirendum* ait. Atqui non est opus tanta mutatione: ego nihil nisi interpunctionem corrigo: παντᾶ κ' ἔχοι, καὶ τᾷδε γὰρ λέγεις, καλῶς· *omnino bene se res habebit, nam isto modo*, id est, *bene, se habent ea quoque, quæ abs te dicta sunt.*

Afferri huc possunt ex 169. παντᾶ δικαίως, et 1013. κράτιστα γὰρ παντᾶ λέγεις. Significandi enim speciem, quæ est in τᾶδε, eandem videre licet in Eurip. Hec. 431. χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε. Reisig. in Syntagm. Crit. p. 8. 9. Kœn. verba hæc sunt: 'Hic versus non potest non gravi vitio laborare. Cum futurum dixisset Lysistrata, ut arx a mulieribus occuparetur, Lampito respondet: πάντα κ' ἔχοι, καὶ τάδε γὰρ λέγεις καλῶς. παντᾶ et τᾶδε corrigendum esse, alii perspexerunt: particulam γὰρ nemo suspectam habuit. Sed si jungantur λέγεις καλῶς, verbum ἔχοι omni fulcro destitutum erit, quod accedet scribendo, παντᾶ κ' ἔχοι κα τᾶδε, τᾶ λέγεις, καλῶς· profecto ista via, qua tu dicis, bene habebit res. Dind. πάντα γ' Schol. Pors. γ' ἔ Ms. Trin. Dobr.

181. Ms. τάχιστ' ὦ—. Bent. ὦ Λ. Ms. Trin. Dobr.

182. ἀναῤῥήκτως. Lege divisim ἂν ἀῤῥήκτως, ut recte Fl. Chr. monuit. Kust. Lege ἂν ἀῤῥήκτως ut et alii viderunt. Berg. ἀῤῥήκτως. Aug. ἀῤῥήτως. Haud infrequens in harum vocum permutatione librariorum lapsus, nobis observatus ad Apollonium i. 917. In sup. v. solius euphoniæ causa prætulerim lectionem Cod. B. ὡς τάχιστ', ὦ Λαμπιτοῖ. Brunck.

183. πάρφαινε μάν. Pro παράφαινε μήν. Hoc autem erit pro καὶ μὴν παράφαινε. Berg. ὡς ὁμιώμεθα. Dorica forma in tribus Codd. servata. Vulgo ὀμόμεθα. Brunck. Ms. et schol. ὁμιώμεθα. Bent. ὁμίω— Ms. Trin. Dobr.

184. Servi publici Athenis, magistratuum apparitores, τοξόται, quorum frequens in his fabulis mentio, peregrini erant et barbari, plerique e Scythia, ideo peculiari nomine Σκύθαι etiam vocati, ut infra videbitur. Facete nunc Lysistrata famulam compellat, tanquam publicam muliebris concilii ministram, Σκύθαιναν. Noli enim hoc cum Kust. pro nomine proprio accipere. Sic in Conc. habemus κηρύκαιναν. Brunck.

185. ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα. Thucyd. l. vii. non longe a fine: καὶ τὸ ἀργύριον, ὃ εἶχεν, ἅπαν κατέθεσαν ἐσβαλόντες ἐς ἀσπίδας ὑπτίας. Berg.

186. τομία. Sacræ sunt victimæ, ad quarum mactationem jusjurandum fieri solebat. Sic usus est Dion. Halicar. lib. vii. Historiarum. Fl. Chr. Ms. ΜΥ. Λυσιστράτη. Bent. In edd. ante Brunck. hæc Calonicæ tribuuntur. Dind.

186. 189. 191. 193. Μυρ. pro Κα. Μυ. 189. 191. 193. P. Ms. Trin. Dobr.

188. ὥσπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ. Mss. Vat. P. et Voss. ὥσπερ φασὶν Αἰσχύλος: recte, dummodo pro φασὶν legas φησίν. Kust. Frob. φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ: lege φασιν ἑπτ' ἐν Αἰσχύλῳ vel οἱ 'πτ' vel οὑπτ': i. e. οἱ ἑπτά. Ms. φάσιν Αἰσχύλος. Bent. εἰς ἀσπίδ'. Sic apud Xenophontem p. 164. Illud autem ἐν Αἰσχύλῳ est metonymia, ut Nub. 1375. ἐξ Εὐριπίδου. Kust. edidit φησὶν Αἰσχύλος. Berg. ὥσπερ, φασὶν, Αἰσχύλος ποτέ. Id est, ὥσπερ ποτὲ ἐποίησεν Αἰσχύλος, ὥς φασίν. Hanc lectionem, distinctione tantum juvandam, in duobus Codd. reperit, et, si quid recte judico, corrupit Kust. Eam exhibet etiam B. Vett. edd. lectionem ὥσπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτὲ habet Aug. Est quidem in A. quod ille volebat φησίν: sed e librarii emendatione putantis hoc verbum a sequenti nomine Αἰσχύλος pendere. Multo melius in ore mulieris, Æsch. dubitanter et ex aliorum sermone citantis, φασὶν, per parenthesin insertum. Respicit autem ad Septem ad Thebas 42. ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται, | ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος, | καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου | ὡρκωμότησαν—. Brunck. φασὶν Ms. Trin. Dobr.

189. μηλοσφαγούσας. Sic recte Mss. Vat. P. et Voss. At priores edd. male μηλοσφαγούσαις. Locum autem Æschyli, ad quem respexit Aristoph., jam indicavit Fl. Chr. in notis ad hunc locum, itemque Langbæn. ad Long. xv. 11. Kust. Frob. μηλοσφαγούσαις. Ms. et Gry. —σας. Bent. μηλοσφαγούσας. Sic duo Reg. In Aug. et in Junt. μηλοσφαγούσαις. Brunck.

η
190. ὁμόσεις Ms. Trin. Dobr.

191. 193. Ms. bis ΜΥ. pro ΚΑ. [ut in edd. ante Brunck.]. Bent. λευκὸν—ἵππον. V. Schol. Sed præterea sciendum, vocem κέλης et κελητίζειν esse in obscenis etiam et eo alludi. V. Vesp. 498. Berg. εὐλευκόν (sic) Ms. Trin. Dobr.

192. τόμιον. τόμια dicuntur prosecta victimæ, ad quæ jurabant. Demosthenes in Aristocr. εἶτ' οὐδὲ κατὰ τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. Berg. τόμιον ἐντεμοίμεθα. Sic bene Regii. ἔντομα, sicut et τόμια seu τομία (priori modo in Codd. positus accentus) sunt τὰ ἱερὰ ἃ σφάζοντες ὀμνύουσιν: unde ἔντομοι, ἔνορκοι. V. Hesych. in his vocibus. Perperam vulgo ἐκτεμοίμεθα. ἐντέμνεσθαι verbum est ad sacra pertinens, et hic valet *sacrificare*. Diversa significatio alterius compositi, quæ hujus loci non est. λευκὸν ἵππον opponit Æsch. *tauro*. Sed nolit faceta mulier hoc de quadrupede intelligi: mentulam innuit, quam

mox abjuratura est. V. Schol. Brunck. ἐκτεμοίμεθα. De castratione præter exspectationem pro τεμοίμεθα. Dicitur autem τόμια τέμνειν apud Æsch. de Falsa Legatione. Berg. ἐντ. ut Kust. Ms. Trin. Dobr.

194. ἢν βούλῃ. Sic bene Regii. Solœce vulgo ἢν βούλει. Terminatio illa Attica 2. pers. formæ passivæ locum habet η tantum in indicativo. Brunck. βούλει (et Αν. ut Kust.) Ms. Trin. Dobr.

195. μέλαιναν. Allusio ad μελάνδετον σάκος in Æsch. loco supra adducto 188. Berg. θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑπτίαν. Parodia est Æsch. versus, μέλαιναν μεγάλην κύλικα pro μελάνδετον σάκος: et ὑπτίαν, quia sic clypei humi ponebantur: supra 185. θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα: et Acharn. 583. παράθες νῦν ὑπτίαν αὐτὴν ἐμοί. Brunck.

196. Θάσιον οἴνου σταμνίον. V. Albertium ad Hesych. t. ii. c. 1257. Dind.

197. ὀμόσωμεν. Sic recte emendavit Dawes. Misc. Crit. p. 337. mendose vulgo ὀμόσομεν. Quod reposuimus, perspicue scriptum reperimus in Aug. Brunck. μὴ ᾽πιχεῖν ὕδωρ. Notat mulieres tanquam merobibas. Præter exspectationem autem hoc pro καταλύειν τὸν πόλεμον. Berg.

198. Male in Germanica ed. hic apposita est persona Calonicæ, quum loquatur Lampito et verba meram Spartam oleant ex dialecto Dorica. Fl. Chr. Mss. Vat. P. et Voss. rectius huic versui præfigunt personam Lampitonis. Kust. φεῦ δᾶ. Eurip. in Phœn. 1304. φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ, ubi Schol. dicit secundum quosdam has duas syllabas esse unam vocem, secundum quosdam abundare δᾶ, alios autem φεῦ δᾶ accipere pro φεῦ δή, alios pro φεῦ γῆ, mutato γ in δ, ut in Δημήτηρ et aliis quibusdam. Apud Æsch. in Prometh. 570. legitur ἆ δᾶ, ubi Schol. τὸ δὲ ἆ δᾶ ἀντὶ τοῦ ἆ γῆ, Δωρικῶς. οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν φασι καὶ τὸν γνόφον δνόφον. Loquitur autem apud comicum Dorica femina Lampito, ut recte habet ed. Far. In quibusdam autem edd. persona Calonicæ est præfixa. Berg. ἐπαινιῶ. Pro ἐπαινῶ. Berg. φεῦδα Ms. Trin. Dobr. Versus 199. tribuendus est Lysistratæ: versus 200. 201. alteri mulieri, vel Calonicæ, vel Myrrhinæ: 202—204. rursus Lysistratæ. Reisig. i. p. 245. V. 199. Lysistratæ tribuunt etiam Bent. et Reisk. Dind. Λυσ., φερέτω. Post σταμνίον in marg. "Desunt reliqua in Ms. Voss." Ms. Trin. Dobr.

200. κεραμέων ὅσος. Est locus obscurus. Ms. Voss. pro ὅσος habet ὄχλος: an sensu meliore? Ego sane hic caligo. Kust. Et sensus et metrum melius constabit, si legas, ὦ φίλταται γυναῖκες, ὦ κεράμων ὅσος. Dicit autem hoc, quia poculum est magnum et, ut ait Schol. ὡς μεγάλης οὔσης τῆς κύλικος παίζει. Ed. Far. non κεραμέων habet, i. e. *figulorum*, sed κεραμεῶν, nempe a κεραμεοῦν, i. e. *testaceum, fictile*. Quodsi scribatur κεραμεῶν ὅσον, sensus est idem, qui in κεράμων ὅσος, quod ita dicitur ut τῆς γῆς πολλή in Pace 167. Est autem κέραμος substantivum et de omni figlino opere dicitur. Berg. γυναῖκες, ὁ κεραμὼν, *urna, testa, seria*, in genitivo κεραμῶνος, ut πιθὼν, πυλὼν, μυλὼν, θυρὼν, πορνὼν etc. Reisk. Vulgo sic legitur hic versus, ὦ φίλταται γυναῖκες, κεραμέων ὅσος, sine ullo sensu et jugulato metro. Nihil discrepat Aug. nisi in accentu κεραμεῶν. Iterum hic nos destituunt duo Regg. in quibus post 199. lacuna est usque ad 268. Continuati hi versus in A. vacuum in altero relictum spatium quatuor paginarum et dimidiæ. Sed deficientium Codd. quos vix credo melius quid adlaturos fuisse, si integri essent, vicem explet Toup. sagacitas, cujus integra legatur nota Emend. in Suid. t. ii. p. 21. Ducta emendatio e Cod. Voss. unde eam eruere non erat τοῦ τυχόντος, quod Kust. expertus est. Brunck. Lege ΚΑ. ὦ φιλτάτη γυναιξὶ κεραμέων ὅσον: i. e. ὦ κύλιξ· *Omnium, quotquot sunt, vasorum fictilium gratissima mulieribus*. Bent. Ego quidem sic potius Aristoph. scripsisse credam: ὦ φίλταται γυναῖκες, ὁ κεραμῶν ὄχλος. Herm. In Scal. Excerp. scriptum est γυναῖκες, ὄχλος κεραμέων. In ed. Brub. ὦ φίλταται γυναῖκες κεραμεῶν ὅσον. Dind. ὄχλος κεραμῶν ὅσος Toup. in Suid. ii. p. 22. vide Plut. 750. et ita Ms. Trin. Pors. ὦ φ. γυναῖκες κεραμεῶν ὅσος octo edd. antiquæ; κεραμεῶν ὅσον Brub. 1544. κεραμέων ὅσος Port. et edd. 1624. 1670. sed illæ in v. ll. γυναῖκες, ὄχλος κεραμέων, e Scal. notis Mss. scilicet. [E Scal. ὄχλος derivasse videntur suas emendationes, æque illas infelices, Bent. et Toup. in Plut. 800. et Philetæro Suid. v. ἀμπαλίνωρος, de quo Pors. Adv. p. 295. Dobr. in Add.] Jam quod ait Kust. "Ms. Voss. pro ὅσος habet ὄχλος," bis falsum est. Primum in apographo Voss., sive Msto Trin. quo ille usus est, notatur deficere Voss. a σταμνίον 199. usque ad ὅσαι 268. Deinde Trin. in textu habet, ὦ φ. γ. ὄχλος (sic) κεραμέων ὅσος, et scholio præfigit κεραμέων ὅσος tantum, ibi quoque monens hiulcum esse Voss. Et scholia quidem resarcit Trin. e "Ms. Brunck." sed istum Cod. nunquam citat ad textum. Quin ad 61. diserte ait, textus lacunam ex edit. Basil. suppleri. Neque prorsus constat quis fuerit "Ms. Brunck." quum in

Trin. vocetur "Ms. D. Browne;" in Kust. Præfatione, "Baroc." Et sane, inspecta collatione Baroc. ab Alberto vulgata, (Miscell. Obs. t. vii. pp. 125—32.) planissime comperi scholia "Brunck." indidem provenisse. [Leidæ, in libris Voss. In quarto, 194, 23. exstare Baroc. apographum a Burgesio didici. Dobr. in Add.] An igitur Dominus vel Doctor quidam Browne scholia habuit e Ms. Baroc. 38. descripta? Utut hæc sunt, cave putes Kust. aliunde cognitum codicem, quam e Trin. Equidem persuasum habeo ὄχλος meram esse conjecturam Scal., cujus lectiones alibi citat Trin. sive ex edit. 1624. sive potius ex ejus notis Mss. desumtas. Scholia etiam nonnulla exhibet addito nomine Scal., quem igitur Cod. usum esse constat; [diligentius inspectis Scal. scholiis, comperi omnia fere e Suid. Hesych. Harpocratione ducta esse. Quare de Ms. non cogitandum. Dobr. in Add.] sed illud quæritur, an ejus Cod. habuerit Lysistratæ textum, an. scholia tantum. Hæc expediant alii; interim legendum ex emendatione Tyrwhitti, App. ad Toup. Emend. p. 420. ὁ κεραμεὼν ὅσος, quod probare memini Pors. vertentem, "what a cupboard!" Notissima est illa nominum forma; proxime ad nostrum accedit πιθεὼν, Diodor. Sic. xiii. 83. Dobr. Burgesii beneficio licebit Collationem meam ex ipso Voss. corrigere. Ms. igitur Voss. in duas columnas, ut aiunt, distribuitur, ut primus versus sit a sinistra, secundus a dextra, tertius infra primum, quartus infra secundum, etc. Schol. textum circumdant. 46, 7, 8. Ms. β' γ' α'. — 171. πλαδδιῆν an πλαδδικῷ incertum, quum syllaba per nexum scribatur. —186. 191. 193. ΜΤ. — 136. δαὶ. — 192. ἐντεμ. — 277. ὤχετο θ' ὅπλα—. 289. inter lin. γρ. ἐξιπώκειτον—. 296. δεινὸν—. 316. λαμπαθ'—. 356. bis habet. In altero loco, ταύτας ἐάσομεν λ. —. 361. εὗρε, et inter l. γρ. εἶχον—. 367. πλεύμονας—. 375. τοὐμ" i. e. τοὐμὸν—. 399. αὐταῖν—. 479. οὐ γὰρ ἔτ'—. 488. μοχλοῖσι—. 499. ὡς, non χὼς—. 500. ἄδικον. A m. pr. em. ἄδοκον—. 507. ἠνειχόμεσθα—. 514. ἤδ' ἐὼς, si Burgesii mentem capio—. 531. περὶ τῆς κεφαλῆς—. 555. ποσύσαις—. 564. δρυπέπεις—. 580. κᾆτα μ.—. 610. προβούλοις ἅπασι et supr. γρ. ἄντικρυς—. 631. ἡμῖν habet Voss.—. 650. φθονεῖτε με—. 733. —νυ—. 761. —βαζουσῶν—. 811. —νος, non —νον, ut ait Bent.—. 909. Bent. "Ms. ὦ τάλαν." Imo sine ὦ.—. 926. οὐδ' ἔγωγ'—. 929. Μυ. ἄπ. Κι. δεῦρο—. 950, 1. βουλεύσομαι. Κι. ἀπολ. — Ita Ms. παλεοσ, ubi ρ merum est signum, quo scholion huc pertinere indicatur. (V. ad Plut. 1194.) — 1000. ὀσσάκων ex emendatione. Primo erant duæ literæ loco ῡ—. 1029. ἐκσκαλ. Dobr.

201. "Citat Suid. vv. ἠσθείη. πλέα." Toup. in Suid. ii. p. 21. Cur. Noviss. p. 117. εὐθὺς om. Suid. Ms. πλέα. Pors. non ed. Med. neque in ἠσθ. 204. Dobr.

202. Lege ΛΥ. κατα—. Bent. προσλαβοῦ μου τοῦ κάπρου. Obscurus mihi est hic locus, et quamvis sciam κάπρον pro parte obscena accipi plerumque, non puto tamen hic locum habere. Porcum tamen verti, sive ad illas partes referre vis, sive ad animal, quod fortassis Lysistrata habuit velut τόμιον et ἱερεῖον. Nam sacres vocabant porcos. Miror tantum sub voce μηλοσφαγεῖν contineri etiam sues, qui sive castrati sive secti, post mactationem recte τομίαι vel τόμιοι dicuntur. Sane incedo hic tanquam per tenebras aut ignes suppositos cineri doloso. Non enim mihi lucet aut liquet. Fl. Chr. Urceum illum nunc vocat aprum, quem supra 194. dicebat se velle mactare ut pecudem ridiculi causa, ut in comœdia. Mox etiam vinum vocat sanguinem et 238. de exhauriendo poculo dicit καθαγίσω. Tangebant autem victimam, quum jurarent: unde ἅπτεσθαι τῶν σφαγίων apud Antiphontem de cæde Herodis [p. 710.]. Infra 209. λάζοισθε τῆς κύλικος. Et erat victima illa aper, aut aries, aut taurus. V. et 192. Berg. προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου. [Hanc mutationem retinuit Invernizz. Dind.] Male vulgo προσλαβοῦ μου. Eleganter hic μοι abundat, quod centies in his fabulis, utpote in familiari sermone, observabitur, et sæpe commutatum a librariis vel editoribus pronominis casum restituimus. V. infra 1074. Ran. 1119. 1200. Sic *mihi, tibi* frequenter comici Latini. Ter. Phorm. v. 9. 21. 'Qui mi, ubi ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.' ad quem locum Donatus versum citat ex Heautont. ii. 1. 8. 'Perii! is mi ubi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora!' Pleni sunt exemplorum. Per κάπρον *verrem*, quod animal in sacris maxime mactabatur, quibus fœdera sancienda, ut discere est ab exemplis in Steph. Thesauro prolatis v. τομίον: urceum illum innuit vini Thasii, qui pro victima in scenam illatus. Juraturi autem prosecta tangebant, ut apud Æsch.: καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου. Ideo mulieres jubet Lysistrata manum urceo admovere. Ineptit Schol. per κάπρον muliebre pudendum intelligi existimans. Satis facetus est jocus ex allusione perpetua ad sacrorum ritum, ut nihil quæratur obsceni Brunck.

203. κύλιξ φιλοτησία. Calicem qui in conviviis mutuo dabatur, amoris et bene-

volentiæ ergo, vocabant φιλοτησίαν, quæ proprie erat δεξίωσις, ut dixit Homerus δειδέχατ' ἀλλήλους. Sic usus Hyperides, Alexis, Ælian. et alii. Unde scriptum est ab historico quodam, teste Suid. Ætolos quondam vinum Athenas deportasse, quum vellent, ut ait ille, φιλοτησίας τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ κοινωνῆσαι καὶ τοῖς τῆς Ἀθηνᾶς τροφίμοις, significans φιλικὴν δεξίωσιν. Si Hesych. credimus, videtur fuisse poculum illud secundæ mensæ, quod quidem placuit servatori nostro domino Jesu Christo, quum libatum calicem præbemus amico assidenti. Ait enim esse πρόποσιν μετὰ δεῖπνον φιλίας ἕνεκα. Fl. Chr. V. Athen. t. iv. p. 366. Dind.

204. δέξαι ταῖς γυναιξὶν εὐμενής. Pors. ad Hec. 539. ed. Cant. (533. ed. Lond. ubi hæc verba desunt) "ταῖς γυναιξὶ non minus regitur a δέξαι quam ab εὐμενής." Vide Schæf. in ed. Lips. Dobr.

205. κἀποπυττίζει. In Venet. ed. melius ἀποπιττίζει, et videtur πιττίζειν sonum facere, quem πίτυλον dicunt, et esse πιτυλίζειν quod inter exercitationum genera retulit Galenus in libro de servanda bona valetudine, ut et ἀκροχειρίζειν. Unde Juvenalem suum pitylisma nobis obtrusisse censet D. Jul. Scal. exclusis grammaticorum nugis jactabundis. Hoc loco Aristoph. jocatur et vere χαριεντίζεται, quum tanquam de animali, sanguinem εὔχρουν et sonum e recenti cæde edente, sic de vino loquitur. Fl. Chr. Schol. exponit ἀποῤῥεῖ. Ed. Far. habet κἀποπιττίζει, quod videtur posse deduci a πίττα, i. e. πίσσα, pix, ut sit sensus, postquam relevimus seriam pice illitam, belle defluit inde vinum. Est et verbum πιτίζειν. Alexis apud Athen. p. 124. καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκπιτίζομεν· vinum acescens pitissamus. Sed hoc nihil huc facit. Berg. Al. κἀποπισσίζει. Bent. κἀποπυττίζει. Sic etiam in Aug. scriptum, sed minus bene. Scribi debet per unicum τ, ut apud Etymol. est. V. Salmas. ad H. A. p. 150. A Græco πυτίζειν derivatum Latinum pytisma, prima etiam longa. Juven. xi. 173. 'Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.' Brunck.

206. καὶ μὰν etc. Pro καὶ μὴν προσόζει γ' ἡδὺ νὴ τὸν Κάστορα. Sic ille in Cycl. Eurip. 153., quum vinum funderetur, dicit, παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει. Berg.

209. λάζυσθε. Sic bene Aug. [et Reisk.]. Vulgo λάζοισθε. Brunck. Cf. Pors. ad Eurip. Med. 1213. Dind.

212. οὐκ ἔστιν οὐδείς. Veri est simile, comicum non solum ad antiquum jusjurandum, sed ad veteris poetæ versus παρῳδεῖν. Fl. Chr.

214. ἐστυκώς. [Sic ed. Junt.] Lege ubique ἐστυκώς [sic]. Est enim, ut ante diximus, στύω verbum tentiginis pruriențis. Fl. Chr.

217. ἀταυρώτη. Id est ἄμικτος et, ut ait Aristot. in Politico primo, ἄζυξ. Nam ταῦρον hic pro jugo arbitror positum, quamvis non ignorem, per hanc vocem notari sæpe τὸ μόριον sive ἀνδρεῖον sive γυναικεῖον, unde λασταύροι mœchi dicebantur. Male enim apud Hesych. habes λαστάρνοι. Fl. Chr. Æsch. Agam. 252. ἁγνὰ δ' ἀταύρωτος· casta autem viri expers. ubi Schol. ἄζευκτος, παρθενική. Comici Schol. et Suid. ad præsentem locum, ἁγνὴ καὶ ἄμικτος. ταῦρον γὰρ τὸ αἰδοῖον λέγουσι. V. Polluc. ii. 173. Berg. Lobeck. fefellit opinio, ἀταυρωτεὶ scriptum fuisse conjicientem ad Soph. Aj. p. 242., vulgatamque formam præter Suid. Eustath. commemorat, quum alibi [ad Od. p. 1554, 29.], tum ad Il. B. p. 259. 8. Rom. Reisig. i. p. 80. Cf. Pors. ad Eurip. p. 461. Dind. οἴκαδ' Suid. Ms. ἀταυρ. ed. Ms. ταῦρος. Pors. οἴκαδ' utroque l. ed. Med. Dobr.

221. ὅπως ἂν ὡ'νήρ. Vulgo ἀνήρ. Articulus hic omnino requiritur, ut significetur vir meus: alias ἀνὴρ sine articulo esset vir quilibet. Brunck.

225. Suid. in κύλιξ habet εἰ δέ μ—βιάζεται—προσκυνήσομαι et τυῤῥοκνηστίδος. Bent. βιάσεται Suid. ἤπερον. Pors. Ed. Med. οὐδέ μ' ἄκουσαν βιάσεται βίαν. Dobr.

227. κακῶς παρέξω. Ovid. Am. i. 4. 'Verum invita dato, potes hoc, similisque coactæ; Blanditiæ taceant, sitque maligna Venus.' Mulierum mobilitas concinniorem, ut ait Lucret. 'Venerem facit viris.' Hinc apud Plaut. Asin. iv. 1. quum in syngrapho de meretrice in annum conducenda caveret parasitus ne illi liceret noctu quicquam membri sui commovere, adolescens excipit his verbis: 'optumum est; Ita scilicet facturam: verum in cubiculo Deme istuc: equidem illam moveri gestio.' Brunck. κοὐχὶ προσκυνήσομαι. Sic in Pace [901.] dicit metaphorice ἅρματα φυσῶντα καὶ πνέοντα προσκυνήσεται, proculdubio innuens τὸ συνουσιάζειν. Sic Martialis dixit, 'nec motu dignatur opus.' Neque alio respexisse putem Horat. quum dixit, 'motus doceri gaudet Ionicos,' ut taceam illud ex jocoso carmine sive Albii Tibulli, sive Val. Catulli, 'verset arte mobilem natem.' Plura pudet addere, et ex fumo isto dare lucem pudentis hominis non est, nedum Christiani. Fl. Chr. προσκυν. Suid. Ms. Pors. Per ' ed. Med. in ἠπεροπεύειν et in προσκυνήσομαι. Dobr.

229. ἀνατενῶ τὰ Περσικά. Intelligit

pedes cum Persicis calceis. ‘Tollunturque pedes,’ inquit Martialis de ea re. Et in Avv. 1254. vir ad puellam: τῆς διακόνου πρώτης ἀνατείνας τὼ σκέλη. Berg. ἀνατενῶ τὰ Περσικά. In Conc. 265. εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη. Mendosum est, ut reor, τὰ Περσικά. Aliis in locis ubi nomen hoc occurrit, forma feminina legitur: Thesm. 734. Conc. 319. Nub. 151. Pollux vii. 92. ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα, Περσικαί. Sic in Mss. scriptum. Repone itaque τὰς Περσικάς. Brunck. Vulgatam defendas his Pollucis l. c. Τυῤῥηνικὰ, Τυῤῥηνουργῆ, Σικυώνια. Schæf. ad Bos. Ellips. p. 146. τὰ Περσικὰ agnoscit Schol. ad Nub. 173. p. 293. ed. Hermann. τὰ Περσικὰ numerum dualem esse monuit Reisig. præf. ad Nub. Dind. ὄροφον. om. Suid. Ms. Pors. i. e. locum Aristoph. omittit in voce ὀροφὴ, fortasse totam glossam. Dobr.

231. οὐ στήσομαι λέαινα. Spurcam aiunt esse figuram meretricii concubitus, quales credo fuisse in Elephantidos illius libellis, quam Catalecta Vergilii memorant, neque arbitror ignotam Aretino, qui omnes has nequitias describens, etiam cum charta omnia, ut ait ille, monstra facit. Sciendum autem, pingi olim solitos in manubriis gladiorum elephantes et leones ingeniculatos, ne, si recti pedes essent, comminuerentur et frangerentur. Itaque ait, non stabo mœcha ad placitum viri, ut leæna ad ensem vel machæram, quam vocat τυροκνήστιδα. Hunc autem versum pro parœmia laudat Suid. ex cujus farragine hæc conglutinavi, et meminit Erasm. in Adagiis. Fuit autem hoc nomine Leæna meretrix Attica, quam amavit Demetrius, de qua Macho comicus dixit in Chriis, ὑπερβαλῆ δὲ τῆς Λεαίνης σχήματι. Quumque Lamiam agitasset idem rex Demetrius et suprà modum laudasset, respondit ipsa Lamia, πρὸς ταῦτα καὶ Λέαιναν, εἰ βούλει, κράτει. Laudatur et Leæna meretrix amata Harmodio tyrannicidæ, quia contumacem adversus Hippiæ tormenta fidem habuerit. Fl. Chr. Synecdoche speciei est, pro οὐ στήσομαι τετραποδηδὸν, qua phrasi comicus de eadem re utitur in Pac. 897. est figura quædam coitus. V. Suid. et Schol. Ceterum fuerunt etiam meretrices Leænæ duæ diversa ætate. Berg. οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος. Id est, οὐ τετραποδηδὸν στήσομαι, ut est in Pac. 996. Est autem σχῆμα συνουσίας, quod nebulones nostri nomine e canino genere sumto indigetant. Adluditur ad morem summa cultellorum manubria leænæ figura ornandi submissis genibus subsidentis. De meretrice Λέαινα dicta ne cogitandum quidem. Brunck. Cf. Schweighæus. Animadv. in Athen. t. vii. p. 119. Dind.

231-2. τυροκνήστιδι Suid. v. λέαινα. Ceterum per λέαιναν intellige modum quendam Venereum. Unde explicandus Macho apud Athen. xiii. 5. p. 577. πρὸς ταῦτα καὶ Λέαιναν, εἰ βούλει, κάλει. Ita lege pro κράτει. Versus enim desumtus est ex Eurip. Med. 1369. quod non vidit Fl. Chr. (Vide ad Med. 1355. Dobr.) τυροκνήστιδος. -στυ- Ms. -δι Suid. ed. Ms. λέαινα. Pors. Ed. Med. τυροκνίστιδι (sed paulo post -κνησ.) in λέαινα. τυροκνήστιδος in τυρόκνηστις. Dobr.

233. ταῦτ' ἐμπεδοῦσα. Eurip. in Iph. Taur. 790. τὸν δ', ὅρκον, ὃν κατώμοσ', ἐμπεδώσομεν. Ibid. 758. τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον. Berg.

235. ὕδατος ἐμπλῇθ' ἡ κύλιξ. Certissimam Dawesii emendationem recepi. Vulgo corrupte legitur ἐμπλησθῇ κύλιξ. Græcum verbum est ἔμπλημι. Passivum ἔμπλημαι, ἐμπλήμενος: optativus ἐμπλήμην, ἐμπλῇο, ἐμπλῇτο. Acharn. 236. ὡς ἐγὼ βάλλων ἐκεῖνον οὐκ ἂν ἐμπλήμην λίθοις. ubi vulgo legitur ἐμπλείμην. Sic βλῆμι, βλῆμαι, βλήμην, βλῇο, βλῇτο. Hom. Il. N. 288. εἴπερ γάρ κε βλῇο πονεύμενος ἠὲ τυπείης. ibi etiam vulgatum βλεῖο. Sed alterum invitis grammaticis e scripto libro reponendum. Brunck.

235-6. ἐμπλῇθ' ἡ κύλιξ Dawes. Misc. Crit. p. 338. citans Eq. 931. Vesp. 422. 601. 906. Pors.

237. ξυνεπόμνυθ' ὑμεῖς [sic etiam Bent.] Corrige typothetæ errorem. Brunck. συνεπόμνυσθ' edd. ante Brunck. quod in συνεπόμνυθ' mutavit Reisk. In Brunck. ed. excusum est ξυνεπόμνυσθ'. Dind. In schedis, συνεπόμνυθ'. Dobr.

238. καθαγίσω τήνδε. Eadem sunt ἁγίζειν et ἁγιάζειν, quæ Suid. interpretatur, καίειν, καθιερῶσαι, καρπῶσαι. Sed et τὰ ἱερεῖα ἐσθίειν exponit Hesych. Hic libare est exhaurire. Fl. Chr. Schol. καύσω, καθιερώσω. adhuc metaphora, ut supra v. 202. ubi vide notam. Berg.

240. τίς ἁ ὀλολυγά; Proprie mulierum clamor, ut Homer. αἱ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον. Sallust. vocat supplicia muliebria. Fl. Chr. τίς ἅδ' ὀλολυγά; Male vulgo τίς ἁ ὀλ—. Brunck. τίς ἁ 'λολυγά. Bent. ἐκεῖν' οὐκ ἐγὼ 'λεγον. Scribe levissima mutatione ἐκεῖν' οὔγὼ 'λεγον, pro—ὃ ἐγὼ ἔλεγον. Kust. Prædixit hæc fore supra 179. Sic in Acharn. 41. οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐ 'γὼ 'λεγον. Scribendum autem hic in Lys. metri causa ταῦτ' ἐκεῖν', ἃ'γὼ 'λεγον, aut τοῦτ' ἐκεῖν' οὔγὼ 'λεγον. Berg. τοῦτ' ἐκεῖνο probant Elmsl. ad Acharn. p. 39. Reisig. i. p. 279. Dind.

243. τὰ παρ' ὑμῶν εὖ τίθει. Eurip. Iph. T. 1003. σὺ δ' ἂν τὸ σαυτοῦ εὖ θέμενος, νόστου τύχοις· *tu autem re tua bene constituta redibis domum.* Id. in Herc. F. 605. πρὶν τόδ' εὖ θέσθαι· *prius hoc bene confeceris.* Id. in Elect. 648. καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' ἡ τύχη θήσει καλῶς· *atqui fortuna illa quidem recte faciet.* DIND.

244. κατάλιφ' ἡμῖν. Male vulgo κατάλειφ'—. BRUNCK. κατάλιφ' ob metrum. PORS.

245. ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει· *cum ceteris quæ sunt in arce.* Ad intelligentiam hujus fabulæ sciendum est, antiquitus πόλιν appellatam fuisse Athenarum arcem, qua de re videndus Meurs. in Cecropia cap. 3. et Hemsterh. ad Plut. p. 260. Sæpissime in hac fabula πόλις eo sensu accipi debet, ut 266. 302. 317. 487. 754. 758. 912. 1183. et aliis. BRUNCK.

247. ἐφ' ἡμᾶς ξυμβοηθήσειν οἴει. Suid. ed. Ms. sed hic εἴη. PORS. Voce ἐφ' ἡμᾶς, ubi οἴει ed. Med. DOBR.

250. ὡς schol. PORS.

253. μιαραὶ κεκλύμεθ' ἄν. In ed. Veneta habes κεκλήμεθα, melius, ut puto, quamvis et istud κεκλύμεθα non male. Nam ut Latinis dicitur *talis audio* et *vocor*, sic κλύειν et κεκλῆσθαι. FL. CHR. κεκλῄμεθ' ἄν. Male vulgo κεκλήμεθ', tanquam si esset præteriti indicativi; est autem optativi. Sic a κέκλημαι κεκλῄμην. Soph. Phil. 119. σοφός τ' ἂν αὑτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ ἅμα. a μέμνημαι μεμνῄμην. Pl. 991. ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν μεμνῇτό μου. BRUNCK. Frob. κεκλύμεθ': lege κεκλῄμεθ' ut Gry. vel κλυοίμεθ'. BENT. Δράκης. Draces unus est ex choro in Eccl. 293. ubi itidem chorus procedit. Vocativus a Δράκης est Δράκη. BERG. βάδην. Sopipater comicus apud Athen. p. 378. πότε δεῖ πυκνότερον ἐπαγαγεῖν, καὶ πότε βάδην. BERG.

255. ἐλάας. Attice: vulgo ἐλαίας. Sed laborat metrum gravi vulnere, quod nescio qua mala fortuna me fugit, quum textum describerem. Facilis est medela: abige spondeum e sexta sede, et transpositis vocibus scribe [cum Bent.]: κορμοῦ τοσουτονὶ βάρος χλωρᾶς φέρων ἐλάας. BRUNCK. κορμοῦ—ἐλαίας. Eurip. in Herc. F. 241. 242. δρυὸς κορμούς. Apparebit autem v. 269. locum Eurip. ante oculos habuisse comicum. BERG.

256. et sqq. στρ. α'.

271. et sqq. ἀντιστρ. α'.

286. et sqq. στρ. β'.

296. et sqq. ἀντιστρ. β'. Hæc antistrophica dispescuerunt Bent. et Brunck. Ibi leviter errata sic corrige: Μοχλοῖσι κλῇσιν καὶ θύρησι, vice Μοχλοῖσιν δὲ καὶ κλῄθροισιν. Sic enim Rav. at vulgo μοχλοῖς δὲ καὶ κλῄθροισι: quocum confer Androm. 943. Κλείθροισι καὶ μοχλοῖσι: sed κλῇσι, ni fallor, tuebitur Lys. 487. Ὅτι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς: modo suppleas, collato Vesp. 154. Καὶ τῆς κατακλεῖδος ἐπιμελοῦ καὶ τοῦ μοχλοῦ defectum versus legendo κλῇσι μοχλοῖς τε. Certe ibi voces ἀκρόπολιν, τοῖς et οὕτως sunt ex interpolatoribus, non e comici manu. Probe quidem scio Reisig. in Conject. p. 210. tueri τοῖσι μοχλοῖσι ex τοῖς λίθοις in Vesp. 222. sed et ille ipse contulit in meas partes opportune Vesp. 114. Μοχλοῖσιν ἐγκλείσαντες, omisso τοῖς. Mox vice ὤχεθ' ὅπλα παράδους [sic] ἐμοὶ Σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον, lege (ωχ)ηεν θ' ὅπλα παράδους [sic] ἐμοὶ Σμικρόν τι πάνυ τριβώνιον. Cui conjecturæ eximie favet Ms. lectio apud Bent., ωχηεν θ' ὅπλα—. Etenim ωχ compendiose scriptum est pro ὤχετο, quod exhibent Mss. alii, e gl. pro ᾖεν: id verbum, comicis fere proprium, sæpe depravari monet Elmsl. ad Suppl. 752. in Classical Journal, No. xvii. p. 51. et ibi allegato Plut. 696. Ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσῄειν; Οὐδέπω· emendat προσῄειν propter 678. μετὰ τοῦτο δὲ Περιῄε τοὺς βωμούς: quomodo et Antiphanem apud Athen. p. 15. A. Φαινίνδα παίζων ᾔεις ἐν Φαινεστίου emendaverat Valck. ad Phœn. 1082. legendo ᾖεν εἰς Φαινεστίου. Dein, quum TI exciderit ob Π in Πάνυ, propter metrum nescio quis intulit ἔχων: at longe facetius, omisso ἔχων, dicitur Cleomenes nihil aliud habuisse, quod traderet, præter pallium, vere Laconicum. In hac re etenim mores Spartanos tetigit comicus, ut Plato apud Aspasium, ad Ethic. Nicomach. iv. 7. p. 58. a. Οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς εὐτελὴς ἄγαν ἱστορεῖται Ξενοφῶντι· διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδόποιοι [sic], ὡς Πλάτων ἐν Πρέσβεσι. Χαίροις οἶμαι μεταπεττεύσας αὐτὸν διακλιμακίσας τε Τὸν ὑπηνόβιον σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον ἑλκετρίβωνα. Ubi corrige χαῖρ', ὦ, ζῶμον [sic] μεταπεττεύσας σκότιον: et lege Toupiana ad Suid. iii. p. 79. de jure nigro Laconum: at quid sit illud nigrum jus in loco, ubi commemoratur aliquis τινὰ διακλιμάκισαι [sic], intelligas ope Pac. 886. Verum hæc obiter. Ad nostrum redeo. De formula σμικρόν τι v. Pors. Adv. p. 109. Denique post τινῶν ῥυπῶν, vix subjungi potest ἀπαράτιλτος sine ὤν: vide Pors. ad Hec. 786. lege igitur τινῶν ῥυπῶν ὤν τ' ἀπαράτιλτος Ἓξ ἐτῶν τ' ἄλουτος: adeo ut ἓξ ἐτῶν bis repetatur. G. BURGES in Classical Journal xxx. p. 287.

256. ἦ πόλλ' ἄελπτα. Ex Eurip. omnino sumptum, qui multas hac sententia fabulas clausit. FL. CHR. Senum chorus apud Æsch. Persis 262. ἦ μακροβίοτος ὅδε γέ τις αἰὼν ἐφάνθη γεραιοῖς, ἀκούειν τόδε πῆμ'

ἄελπτον. Archilochus apud Stob. Serm. cix. Berg. ἢ πόλλ' ἄελπτά γ' ἔστιν ἐν. Dimeter est iambicus. Vulgo soluto metro, ἢ πόλλ' ἄελπτ' ἐστὶν ἐν. Brunck. Lege ἄελπτά γ': ut Ms. Bent. Scribo: ἢ πόλλ' ἄελπτ' ἔνεστιν ἐν | τῷ μακρῷ βίῳ· φεῦ. Reisig. i. p. 249. Suid. v. ἄελπτον. Pors.

258. Æsch. Suppl. 334. ἐπεὶ τίς ηὔχει τήνδ' ἀνέλπιστον φυγήν; Eurip. in Hel. 662. τίς ἂν τάδ' ἤλπισε βροτῶν ποτε; ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς τοῖς στέρνοις. Berg.

259. ὦ Στρυμμόδωρε. Etiam unus ex choro, ut Draces paulo ante. Vesp. 233. itidem ut hic in senum choro, ὦ Στρυμόδωρε Κονθυλεῦ. Sine ρ et simplici μ etiam in Acharn. 272. Berg. Στυμμόδωρ'. Aberrasse credo in hujus nominis scriptura librarium. Reponenda videtur forma, quæ occurrit Vesp. 233. Acharn. 273. Στρυμόδωρ'. Brunck. In ed. 1532. notat legendum Στρυμόδωρ'. Dobr.

262. κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν. Tmesis pro κατέχειν, ut Ach. 294. κατά σε χώσομεν τοῖς λίθοις. et alibi sæpe. ἅγιον—βρέτας. Minervæ; τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, inquit Schol. Berg.

265. Loci hujus meminit Pollux vii. 113. et x. 27. [et, quem Bent. addit, Suid. v. πακτοῦν]. Kust. Leg. metri causa Τά γε προπύλαια πακτοῦν; Elegans usus τοῦ γὲ post articulum. Xenophon opere ipsius curiosissime scripto, Cyropæd. dico, lib. ii. cap. 1.: ἀλλ' ὅ γε σὸς πατὴρ πέπονθε μὲν οὐδοτιοῦν οὕπω κακὸν, φοβεῖταί γε μέντοι, μὴ πάντα πάθῃ. Etiam hic versus anacreonteus, sicut antecedens. Hotib. Suid. Ms. om. γὰρ in πακτοῦν. Pors. Ed. Med. μοχλοῖσι γὰρ τὰ π. π. Dobr.

266. ὦ Φιλοῦργε. Philurgus prodigus quum esset, tamen deprehensus est in sacrilegio et Gorgonem Palladis abstulit, ut ait Isocrates. Hujus etiam meminit Æsch. Fl. Chr. V. Schol. Berg. Margo, "Incip. Ms. Voss." Ms. Trin. Dobr.

267. ἐν κύκλῳ. Eurip. πέριξ. V. not. seq. Berg.

268. Suid. v. ἐνεστήσαντο. Pors.

269. V. Eurip. Herc. F. 243. Berg.

270. ὑπὸ μιᾶς ψήφου. V. Schol. Berg.

272. ἐγχανοῦνται. Id est καταγελάσουσι. Quasi dicas *inhiabunt*, quod in cachinno usu venit. Est autem ἀψάλακτος idem quod ἀτιμώρητος vel ἄθικτος. Fl. Chr.

273. ἐπεὶ οὐ pes est iambus, duabus ultimis syllabis in unam coalescentibus, ut fieri solet in η ου, ω ει, ω ου. Soph. Œd. Col. 1436. θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἕξετον. Infra 284. ἐγὼ οὐκ est etiam disyllabum et pes iambus. Sic rursus 876. 1171. Ran. 33. Eq. 340. Vesp. 416. Exemplorum pleni sunt tragici. Brunck. Κλεομένης. Iste fuit rex Lacedæmoniorum, et cum Isagora Atheniensi, senatus auctoritatem Athenis abrogare cupiente ac tyrannidem affectante, arcem occupavit, sed mox ab Atheniensibus est obsessus. V. Herodot. in Terpsich. quem locum citavit et Bisetus. Solet autem comicus choro senum tribuere etiam quæ antecesserunt ætatem hominum tunc viventium. Berg.

275. V. Suid. v. ψαλάσσετε, ubi loci hujus mentio fit. Kust. ἀψάλακτος· *intactus*. V. supra 84. Berg.

277. ἐμοί. Illud ἐμοὶ non ita accipiendum, quasi de persona ipsius senis, qui loquitur, debeat intelligi: sed loquitur in persona populi Atheniensis: aliter vaniloquus est hic senex. Nam acropolis capta fuit a Cleomene centum vel circiter annis ante hujus fabulæ didascaliam. Palmer. ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί. Vulgo legitur ᾤχετ' ὅπλα, articulo male omisso: paulo emendatius Aug. ᾤχεθ' ὅπλα. [Ms. ὤχηεν θ' ὧπλα. Bent.] Sed duo Reg. dant ᾤχετο θὦπλα. Hoc per crasin factum est ex τὰ ὅπλα. Quum aspiratio transierit in literam θ, necesse non est ut spiritus asper adpingatur: scribo itaque θὤπλα, quod in aliis similibus observatum. [Conf. Wolfii Analecta ii. p. 439. In commentariis in Avv. p. 436. v. 449. Brunck. notæ non θὤπλ', quod est in Invern. ed. præfigi debebat, sed θὤπλ'. Dind.] Crasis autem vocalium ο α in ω Atticis est solennis. Sic Nub. 1247. ὡ'παιτῶν pro ὁ ἀπαιτῶν. Vesp. 304. ὤ'ρχων pro ὁ ἄρχων, ὤ'νδρες pro οἱ ἄνδρες passim. Sed totus hic locus male sanus est metris corruptis. Versus omnes hujus virorum cantici a 254. usque ad 318. sunt iambici, paucis insertis trochaicis. Rescribe itaque: θὤπλ' ᾤχετο παραδοὺς ἐμοί, | τρίβων' ἔχων πάνυ σμικρὸν, | πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλ- | τος, ἐξ ἐτῶν ἄλουτος. Tres Codd. [et Voss.] habent πεινῶν pro πινῶν, quæ voces facile permutantur, ut contigit etiam Plut. 297. ubi pro πινῶντα male vulgo legebatur πεινῶντα. Brunck. Congruent omnino stropha et antistropha, ubi sic reposueris, expulso ἐμοὶ, quod facile subauditur: Θὤπλ' ᾤχετο παραδοὺς, ἔχων | Σμικρὸν πάνυ τριβώνιον, | Πινῶν, ῥυπῶν ἀπάρτιλ- | τος, ἐξ ἐτῶν ἄλουτος. Hotib. Brunck. scripturam, ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοὶ, | σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον, probat Reisig. i. p. xxv. qui et hos versus et 262. 263. pro glyconeis habet. Dind. ὤχηεν θ' ὧπλα Ms. Trin. V. supr. 200. Dobr.

278. Censui legendum esse τρίβων' ἔχων πάνυ σμικρόν. Sic emendanti mihi

nondum satis constiterat de prosodia nominis *μικρὸς*, cujus apud comicum nostrum prima semper longa est, quod, præter observata ad Plut. 147. evincunt exempla in indice enotata. Scribendum itaque, *τρίβων' ἔχων σμικρὸν πάνυ*. Nec obstat alia, quam sæpe inculcavi, lex metrica, ultimam in dimetris non esse indifferentem, sed, si brevis sit, metro longam requirente, adjuvari eam debere consonantibus sequentem versum inchoantibus. Id enim in regularibus systematibus modo locum habet; non vero in iis, quæ ex diversi generis metris commixta sunt. Brunck.

279. *πεινῶν* Ms. Trin. Dobr.

279-80. Suid. ἀπαράτιλτος. Pors.

280. Suid. ἄλουτος. Pors.

281. *τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον.* Hanc vocum collocationem metrum requirit. Male vulgo *τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως*. Brunck. *τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως*. Transponerem, *τὸν ἄνδρ' ὅμως ἐκεῖνον*, vel in *ὅμως* prima producitur, quia liquida, ut in *μέλος*. Fl. Chr. *οὕτως ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὅμως*. Iambum pro spondeo vel trochæo regione extrema habet versus, quod vitium correcturus Brunck. transpositis vocibus scribebat *ο. ἐ. ἐ. τ. ἄ. ὅμως ἐκεῖνον*. Sed in metris usitatioribus, quale est horum iambicorum, transpositione haud temere utendum arbitror, causa quippe non apparente, cur in tam plana via titubaverint librarii. cf. 1215. Accedit, quod nimis abjecti atque ignavi animi esset gloriari senes Athenienses, se Cleomenem non ad incitas redegisse, ut in suas conditiones accepta pace abiret, sed obsidere tantum ausos esse virum Lacedæmonium. Legam equidem [in *ὠμῶς* etiam Bent. incidit], *οὕτω δ' ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὠμῶς. οὕτω δὲ ὠμῶς· tam sæve*. *ο* pro *ω* positum, et bis quidem, habes etiam Xenoph. loco illo, de quo monui ad Av. 507. *οὕτω δὲ* pro vulgato *οὕτως* præbuit Rav. Hotib.

282. *ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδων.* Recte Schol. observat, *ὅτι τὰς τάξεις ἀσπίδας ἔλεγον*· nam *ἀσπίδες* hic sunt ordines militum. Sic apud Thucyd. l. vii. *τὴν πεζὴν στρατιὰν παρατεταγμένην οὐκ ἐπ' ὀλίγων ἀσπίδων*. Et apud Xenoph. p. 277. Berg. *καθεύδων*. Præter exspectationem, pro *φρουρῶν* aut simili. Id. Lege *ἀσπίδας* ex schol. Pors.

283. *Εὐριπίδῃ*. Eurip. *μισογύνης*, de qua re in Thesm. præcipue comicus. Berg. *Εὐριπίδι* Ms. Trin. Dobr.

284. *τολμήματος τοσούτου.* Puto hic notam interrogationis apponendam, ut sit a majori ad minus: Si viros superavi, non compescerem audaciam scelestarum feminarum? Vel quia conscius est sibi suæ imbelliæ, ait, Nolo ego ipse præsens hoc facinus ulcisci, ne de me trophæum erigam. Fl. Chr.

285. *ἐν τετραπόλει.* Ne, inquit, in tetrapoli sit mihi trophæum, *μή νυν* pro *μὴ δὴ* vel *οὐδαμῶς*. Est autem Tetrapolis urbs in Attica ex duodecim illis quas primus Cecrops condidit, ut Cariam et Bœotiam disterminaret, ut ait Strabo l. ix. Huic Stephanus tribuit quatuor populos vel *δήμους* sive *πόλεις*, nempe *Οἰνόην*, *Προβάλινθον*, *Τρικόρυθον*, *Μαραθῶνα*. Alia est Tetrapolis Seleucia puto. Fl. Chr. V. Schol. Berg. Secunda in *τετραπόλει* contra analogiam hic producitur, quæ in *τετράμετρον*, *τετραπήχεις*, *τετράποδα*, *τετραποδηδὸν* apud nostrum corripitur. Scribendum *τετραπτόλει*, ut apud Euripid. Heracl. 81. 88'; *ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν | ξύνοικον ἤλθες λαόν*. Ad quem locum videnda desideratissimi Musgravii nota. Brunck. Sic apud Æsch. S. Th. 503. in senario *ἀγχίπτολις*. Id.

288. *τὸ σιμόν.* Locus acclivis *σιμὸς* dicitur, etiam neutro genere *τὸ σιμὸν*, ut hic noster comicus in Babyloniis: *μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σιμὸν καὶ πλατὺ*, et in alia fabula, Victoriis, *τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν αἰεί*. Fl. Chr. V. Schol. Citat locum Aristoph. ex comœdia quadam deperdita, quem et Suid. *τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σιμὸν αἐί*. Berg.

289. Locum hunc explicat Suid. v. *ἀμπρεύοντες*. Kust. *ἐξαμπρεύσωμεν*. Lege in futuro *ἐξαμπρεύσομεν* i. e. *ἕλξομεν ζυγὸν ἄνευ ὄνου*, *protelo ducamus* Latine dici potest, ut hoc loquendi genus observavit Josephus Scaligerorum principum *δαιμόνιον σκυλάκευμα*, in catalectis Virgilianis. Fl. Chr. *ἐξαμπρεύσομεν*. Sic scribendum esse metrum evincit, quod et flagitat Atticismi usus *ὅπως* cum futuro indicativi construentis, neutiquam vero cum aor. 1. subjunct. Meminisse debuerat Kust. Suid. sui, apud quem in *ἀμπρεύοντες* recte legitur *ἐξαμπρεύσομεν*, ad quem locum ipse comici verba emendate protulerat: in hoc autem mendosum *ἐξαμπρεύσωμεν* reliquit. Brunck. Ms. *ἐξαμπρεύσομεν* et Suid. in *ἀμπρεύοντες*. Scal. *χὡς τόδ' ἐξαμπρεύσομεν*. Bent. Lege *ἐξαμπρεύσομεν* ex Schol. atque ita citat Kust. ad Suid. v. *ἀμπρεύοντες*, qui et hanc lectionem recte exhibet. Pors. *ἐξαμπρεύσομεν γρ. ἐξιπώκατον* Ms. Trin. V. supra 200. Dobr.

291. *τὼ ξύλω.* Lege *τῷ ξύλῳ*, non *τὼ* in duali. At *ἐξεπιώκατον* est *ἐθλίψατε* vel *θλίβουσι*. Fl. Chr. Vulgo legitur *τὸν ὦμον ἐξεπιώκατον*: monstrum verbi, quod nemo procuraverat. Id quidem agnos-

cunt Codd. et Suid., qui e Schol. exponit θλίβουσιν, ἢ ἔθλιψαν. Sic enim apud eum legendum pro ἐθλίψατε. Emendaveram primo literarum insistens ductibus, sicque scriptum est in priori meo apographo, ἐξεπιάκατον, quod postea repudiavi, tum quia Atticis forma πιάζω pro πιέζω inusitata, tum quia præteritum carebat augmento. Quod autem reposui, genuinum est ἐξιπώκατον. Verbum ἰπόω luculenter illustravit Hemsterh. ad Plut. p. 279. ubi inter alia ostendit ἰπνοῦν ab ἰπνὸς Græcum non esse, et ἰπνεύειν dici; at ab ἶπος esse ἰπόω, quo verbo utitur noster Eqq. 924. ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Quæ quidem jamdudum mihi lecta et probata e memoria mihi exciderant, quando Æsch. Prom. edidi, ubi 365. invitis etiam librariis, legendum, ἰπούμενος ῥίζησιν Αἰτναίαις ὕπο. Istud autem ἐξιπώκατον tam aptum videbitur cuilibet Græce docto, ut emendationem hanc ne *Puteanum* quidem ipsum carpere posse arbitrer. Sed ecce alteri illi lectioni, quo me conjectura parum meditata duxerat, quamque despectui habui, ἐξεπιάκατον, aliud agens, forte fortuna fidejussorem reperi. Eustath. is est, qui multa antiqua et bona e grammaticorum scriptis veteribusque lexicis collegit. Sic autem ille ad Il. I. p. 759. l. 41. τὸ δὲ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἐστι καὶ αὐτὸ, καὶ Ἰωνικὸν δὲ, ἀποβληθέντος τοῦ συμφώνου τῆς αὐξήσεως. τοιοῦτον καὶ τὸ ἐβούλευκε, καὶ τὸ ἐξεπίακε, καὶ τὸ τυρὸς ἐξεγλυμμένος, καὶ ἄλλα μυρία. Sed si verum est, quod ipse ait p. 1573. l. 63. Doricum esse πιάζω pro πιέζω, probabile non est eum huc respexisse, nec in scripta quam habuit Lysistrata, ἐξεπιάκατον legisse: nam Aristoph. Dorice loquentes non inducit populares suos; nec sic absque augmento præteritum adhibuisset, sed dixisset ἐκπεπιάκατον. Nihil huc faciunt exempla ab Eustath. adducta ἐκτῆσθαι, ἐξεγλυμμένος. Negligunt Attici augmentum in verbis a duplici consonante incipientibus, ut βλακεύω, γλύφω, γλωττίζω, κτάομαι, πτήσσω, σπείρω: unde κατεβλακευμένως, ἐγλυμμένος, κατεγλωττισμένος, ἔκτημαι, ἔπτηχα, ἐσπαρμένος, et similia. Vide Taylor. ad Lycurgum edit. Lips. p. 166. et Orvill. ad Charit. p. 577. At in verbis a simplici consonante incipientibus præteritum nunquam sine augmento efferunt. Sunt ergo ἐβούλευκε, ἐγύμνασμαι, ἐξεπίακε nihil aliud, quam librariorum sordes ex emendatis libris ejiciendæ. Hic ut infra 307. et 313. τὼ ξύλω instrumentum est bajulorum, quo suspensa onera ferunt, quod alibi appellatur τὸ ἄφορον. Brunck. ἐξεπιώκατον. Sic Suid. ed. Ms. v. Pors. Ita quoque Ms. Trin. text. et Schol. levi errore pro ἐξ-ΕΙΠώκατον sive ἐξιπ. quod pro v. l. habet Trin. Vide VV. DD. ad Plut. 816. Dobr.

293. Est hic versus etiam tetrameter trochaicus, cui pes deficiebat cum syllaba catalectica. Voces τῆς ὁδοῦ reposuimus e duobus Reg. [Voss. ap. Bent. et Schol.] Brunck.

294. Lege ex Schol. πρὸς τῇ τελευτῇ τῆς ὁδοῦ, ut habet Ms. Trin. Pors.

296. δεινὸν et mox προσπεσὸν relata ad πῦρ: vulgo δεινὸς et προσπεσὼν relata ad καπνοῦ, utique non pejus. Sed alterum prætuli, quia in eo consentiunt tres Codd. cum priscis edd. Brunck. Ridicula erga vett. libros superstitione pravam lectionem bonæ nescio cujus emendationi prætuli. Reponendum δεινὸς et προσπεσὼν, ut jam ediderat Gelenius. Signate δάκνειν de *fumo* dicitur, non vero de *igne*. Pl. 822. ὁ καπνὸς ἔδακνε τὰ βλέφαρά μου. Pac. 610. τῷ καπνῷ πάντας Ἕλληνας δακρῦσαι. Id. V. supra 200. Dobr.

297. προσπεσών μ' ἐκ τῆς χύτρας. Quia lacryma seniorum magnas lemas facit, in Nub. dixit λημᾷν κολοκύνθαις, et Lucianus satis audacter χύτραις λημᾷν in opusculo πρὸς ἀπαίδευτον. Quod autem ait κύων λυττῶσα, notandum est λύτταν vermiculum esse in lingua canum vel Plinio teste. Fl. Chr. προσπεσόν μ' Ms. Trin. Dobr.

299. κἄστιν. Lege κἄστι, ut sit trochæus. Mox ἀρήξαμεν, non autem ἀρήξομεν. Fl. Chr. κἄστι Λήμνιον τὸ πῦρ. Perperam vulgo κἄστιν pessumdato metro. Satis mirari nequeo tam parum ad ista adtendisse Kust. Brunck. Lege κἄστιν γε. Ms. κἄστι γε. Bent. L. κᾆστι. Pors. κἄστι γε Λέμνιον. Ms. Trin. Dobr. Λήμνιον τὸ πῦρ. Tria sunt, ad quæ respicit. Primo ad fornaces ignis et officinam Vulcani in Lemno; unde et Soph. nominatur ignis Lemnius in Philoc. 797. aut 814. τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ ἔμπρησον: deinde ad proverbium Λήμνια κακὰ, de quo videri potest Stanleius ad Æsch. Choeph. 631.: tertio alludit ad vocem λήμη, ut patet, quum dicit, οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. Berg.

301. Vulgo legitur οὐδὲ γάρ ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. Vertit Berg. *Nunquam enim sic mordicus prehendisset glamas meas*. Sed, o bone, non ita Græca sonant: sensum quidem adsecutus es; sed quid in phrasi deesset non vidisti. ἔβρυκε valet *prehendit*, non *prehendisset*. Ad hunc sensum requiritur particula ἂν, quæ omnino hic esse debet. Præterea οὐδέποτε semper verbo *futuri* temporis, nunquam *præteriti*, adjungitur. In duob.

Reg. scriptum, οὐ γάρ ποθ' ᾧδ' ὀδάξ. Insere particulam, quam sensus flagitat, et genuinam habebis lectionem: οὐ γὰρ ἄν ποθ' ᾧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ. Potentialem illam particulam sæpissime librarii omiserunt: infinita occurrent in his notis exempla. V. modo, ne plures excitem locos, ad Thesm. 593. Ran. 81. 468. Pl. 374. Brunck. οὐ γάρ ποθ' Ms. Trin. Pors.

304. εἴ ποτ' αὐτῇ—cum interrogatione. εἰ hic valet ἐπεί. V. quæ notavi ad Eurip. Andr. 205. et ad Med. 679. Absurde vulgo εἶπον' αὐτῇ. Sensum frustra quæsivit Berg. qui nihil sani e vulgata scriptura elicere potuit. Sequenti interjectioni φῦ, φῦ, additæ sunt in Regiis duæ voces e glossa in textum illatæ, φυσᾷ πάλιν. Est παρεπιγραφὴ, seu grammatici admonitio. Brunck. ἤ ποτε; *etiamne unquam?* est interrogatio. Reisk. Vi sententiæ reponendum ἢ πότ' etc. Aut quando potius ei succurremus? Turbavit iotacismus. Hotib. ἀρήξωμεν Ms. Trin. Dobr.

306. ἕκατι. In Venet. ed. legitur ἔτι, non ἕκατι. Sic autem dixit Plautus: 'Si vivit ignis, tu exstingue extempulo.' Fl. Chr. θεῶν ἕκατι καὶ ζῇ. Sic versum hunc supplevimus ex Ms. Vat. P., in quo levi mendo θεὸν legitur pro θεῶν, et Voss. In prioribus enim edd. vox θεῶν desideratur, sine qua nec sensus nec metrum salva esse possunt. Kust. In ed. Far. etiam deest θεῶν, sed ibi pro ἕκατι legitur ἔτι, *adhuc*, sensu bono. Berg. Ante ἕκατι Ms. θεῶν. Scal. πνοαῖς. Fo. χύτρας vel σπυρίδος: v. Acharn. 452. Bent. Regii ἕκητι. Vulgatum tuetur Aug. ἕκατι licet formæ Doricæ frequentant poetæ Attici. Brunck. θεῶν ἕκητι Ms. Trin. Dobr.

307. τῷ μὲν ξύλῳ. In eadem ed. melius τὼ μὲν ξύλω θώμεσθα πρῶτον αὐτοῦ. Sed vel cum stipite vult fumum compescere, vel uterque stipitem suum deponere, quod magis arridet, quia postea habes θώμεσθα τὸ φορτίον. Fl. Chr. οὐκοῦν ἂν εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα. Sic versum hunc rescripsimus auctoritate Mss. Vat. P. et Voss. Priores enim edd. minus recte habent, οὐκοῦν ἂν οὖν τῷ μὲν ξύλῳ θώμεσθα πρῶτον αὐτόν: in ed. tamen Veneta recte legitur τὼ μὲν ξύλω et αὐτοῦ. Kust. Quum Rav. et vett. edd. οὖν—θώμεσθα teneant, Reisig. i. p. 255. veri videtur similius esse ἦν — θώμεσθα. Dind. αὐτοῦ. Lege αὐτώ. Bent.

308. τῆς ἀμπέλου δ' ἐς χύτραν. [Sic Frob.] Lege ἐς τὴν χύτραν carminis gratia, ut et habes in ed. Venet. Est autem φανὸς ἀμπέλου fax et lampas ex palmitibus viteis, ut solebant olim faces componere. Sic Cicero dixit, malleolos ad incendendam urbem facesque comparare, sumpsitque ex Thucyd. ut puto, qui libr. vii. ait ὁλκάδα παλαιὰν κληματίδων καὶ δᾳδὸς γεμίσαντες. Sunt enim κληματίδες malleoli et fasces ex palmite veteri. Est etiam ἄμπελος machina obsidionalis, quæ etiam dicta vinea. Sed hic nihil ad rem. Fl. Chr. ἐγκαταθέντες. Sic Mss. Vat. et Voss. [etiam Schol.] pro ἐγκαθέντες quod priores edd. habent. Conf. etiam Suid. v. φανὸς, ubi locum hunc exponit. Kust. τὴν χ. Mss. [scil. P. et Voss. i. e. Trin. in Kust. notis Mss. citati.] Dobr.

309. κριηδόν. [Sic ed. Frob.] Legendum proculdubio κριηδὸν, id est arietis more, quæ machina est etiam obsidionalis. καλούντων. Vel lege καλόντων, ut funes intelligas, qui κάλως dicuntur, vel intellige vocantes senes. Mox ubi habes καὶ τῷ καπιέζειν, lege καὶ τῷ καπνῷ πιέζειν. Nam et sic sensus rectus et integer versus. Fl. Chr. Sic κυνηδὸν Nub. 491. ubi v. not. Berg.

311. ἐμπιμπράναι ut infra 341. πιμπραμένας, et 348. ὑποτίμπρησιν. Vulgo ἐμπιπράναι secunda brevi contra metri legem. Thesm. 749. ubi vulgo ἐμπίπρατε, ad Cod. fidem edidi: ἐμπρήσομεν τοίνυν σε—πάνυ γ' ἐμπίμπρατε. Brunck. Vid. Lobeck. ad Phryn. p. 96. Dind. καπνῷ πιέζειν. Sic recte Mss. At priores edd. καπιέζειν, cujus loco scribendum esse καπνῷ πιέζειν, Fl. Chr. ex ingenio jam ante etiam recte divinaverat. Kust. καπνῷ πιέζειν ed. Far. Berg.

313. Ex hoc loco colligere licet hoc drama prodiisse anno belli Peloponn. vigesimo primo, quo præcipue calebant Sami negotia, statu populari ibi instaurato, et quadringentorum statu ibi abolito, et electis Thrasybulo et Thrasyllo ducibus democratiæ faventibus. Invocat igitur et invitat eos reipublicæ amatores et status popularis, ut capessant negotia. De iis Thuc. libro viii. Palmer. τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῖν ξύλοιν, id est τοῦ ἀναφόρου, ut supra 291. et 307. Male vulgo τοῦ ξύλου. Nostram lectionem habet Reg. A. Brunck.

314. Lege ταυτὶ μὲν ἤδη τὴν ῥάχιν—. Vocula τὴν typothetæ culpa excidit. Brunck.

315. Nub. 1497. σὸν ἔργον, ὦ δᾴς, ἱέναι πολλὴν φλόγα. Berg. ἔργον ἐστὶν Ms. Trin. Dobr.

316. Edd. ante Kust. τὴν λαμπάδ' ἡμμένην, quod revocandum esse monuerunt Hotib. et Reisig. i. p. 125. Dind. λαμπάδ' ἡμμένην — προσοίσεις. Nub. 1493. ἐμοὶ δὲ δᾷδ' ἐνεγκάτω τις ἡμμένην. Berg. πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις. Ut constet versus, lege ἐμοὶ πρῶτον vel πρώτην ἐμοί.

Fl. Chr. [Assentitur Dorvill. ad Char. p. 390.] Vulgo legitur ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις labante metro. In A. πρώτως ὅπως ἐμοὶ προσοίσεις. Eadem in B. vocum collocatio, sed perperam scriptum πρῶτος. Inde proclive fuit emendare, ὅπως πρώτως ἐμοὶ προσοίσεις. Brunck. Ms. πρῶτος ὅπως ἐμοὶ συνοίσεις: lege ὅπως ἐμοὶ πρῶτον. Bent. Aristoph. adverbio πρώτως usum esse, id quod Brunck. statuebat, non facile credam. Lobeck. ad Phrynich. p. 312. ὅπως πρόφρων ἐμοὶ προσοίσεις tacite emendavit Reisig. i. p. 125. Dind. λαμπάδ' ἤ. πρῶτος ὅπως ἐμοὶ συνοίσεις Ms. Trin. [λαμπάδα θ' e Mss. notat Kust. et reliqua ut Trin.] V. supra 200. Dobr.

318. Soph. Œd. Col. 1024. aut 1084. τόλμης τῆς παρεστώσης ταυῦν. Berg. θέσθαι τρόπαιον. de hac phrasi consule Jer. Markland. ad Eurip. Suppl. 647. Pors.

319. Versus hic [320.] in Mss. Vat. et Voss. [et Ms. Trin. Dobr.] rectius postponitur sequenti [319.], et pro ὡς in iisdem Mss. legitur ὥσπερ, quam lectionem metrum requirit. Metrum autem duorum horum versuum a Sotadico, sic dicto, non aliter differt, quam quod in sede secunda iambum habeat pro anapæsto. Versibus porro hisce in seqq. respondent 340. 341. Kust. Hic versus vulgo sequenti postponitur ordine præpostero: quem exhibemus agnoscunt duo Reg. Sunt autem hi versus, et qui sequuntur usque ad 350. omnes choriambici mixti. Brunck

321-334. His respondent 335-349. Dind.

323. Copula τε initio hujus versus, quam habent libri omnes scripti et impressi, quamque male omisi, omnino reponenda est, metro jubente. Quia particula illa ad sensum non erat necessaria, et initio versus male posita videbatur, eam, non satis considerata metri natura, expunxi. Sed etsi τε rite versum non inchoet, tamen, ut recte observat summus Valck. ad Phœn. p. 259. 'in choricis celeriter et continuo ductu decantatis data hæc poetis licentia.' [Cf. Erfurdt. ad Soph. Antig. p. 117. ed. min.] τε και Κριτυλ | λαν περιφυ | σητω choriambicus est trimeter brachycatal. Hujus metri lex est, ut in secunda sede sit choriambus, si ultra dimetrum excrescit; in alterutra vero, si sit dimeter. Masculinum περιφυσήτω ad feminina nomina pertinens nihil habet, quod tironem offendat: id enim Atticis in duali solemne est. Luculentum exemplum est in Soph. Elect. 977. Id tamen forte librarium impulit ad mutandam lectionem. In A. post Κριτύλλαν, majori posita distinctione, scriptum περιφυσῶνται. Brunck. Κριτύλλαν. Etiam Thesm. 924. est mulier hujus nominis. Berg. περιφρυγήτω, *undecunque ambustas, tostas*. Reisk.

324. ὑπό τε νέων ἀργ—. Reisk.

326. Dele Ἡμιχ—. Bent. "Citat Suid. v. μῶν." Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 99. Pors.

327. τὴν οἰκίαν. Lege ὑδρίαν, ut in Venet. ed. Mox ὠστιζομένη est στενοχωρουμένη. Fl. Chr. ὑδρίαν. Sic etiam Mss. Vat. et Voss. At quædam ex prioribus edd. male præferunt οἰκίαν. Kust. ὑδρίαν. Berg.

328. Fontem intelligo in pede montis, prope antrum Panis. Puteus Neptuni erat in ipsa arce, sed prælatus ad bibendum videtur fons. V. Itinerar. Anachars. 2, 212. ed. Bipont. Strophica hæc esse agnovit G. Herman. libri de metris p. 313. Hotib. μόλις Mss. P. et Voss. in Kust. notis. Dobr.

329. V. Suid. qui hunc locum explicat v. πατάγου. Berg. πατάγου χυτρείου. Suid. ed. Ms. Pors.—τρι—Ms. in πατ. χ. ubi χύτριον ed. Med. χυτρείου Kust. e Ms. Pors.

331. στιγματίαις. Sic Aug. Schol. et vett. edd. In recentioribus, ut in duobus Reg. μαστιγίαις. Brunck. Ms. μαστιγίαις: sed Schol. ut editum [scil. στιγματίαις.]. Bent. Herman. de metris p. 313. scribit: δούλῃσιν ὠστιζομένη, | μαστιγίαις . . . . . . | στιγματίαις θ', ἀρπαλέως—. Dind. μαστιγίαις θ' Mss. Dobr.

332. ἀραμένη. In activa significatione, ut exponit Schol. ἐπάρασα τὴν ὑδρίαν. Berg.

333-349. Legendum metri causa καομέναισι. — — — βαλανεύσοντάς | γ', ὡς τριτάλαντον τὸ βάρος, | Δείματ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν, | — — — — | — — — —ἴδοιμ', ἀλ- | λὰ πτολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας Ἑλλάδα καὶ πολίτας, delendumque in antistropha extrema voces ὑποτίμπρησιν ἀνήρ, ut quibus nihil est quod respondeat in stropha. Aposiopesi ad jocum composita chorus: ἥν τις ἐκείνας —. Cf. Nub. 325. Δείματ' ἐπῶν, ut apud Eurip. Herc. Fur. 700. δείματα θηρῶν, similiaque passim alibi. Hotib. καουμέναις Ms. Trin. Dobr.

335. ηκουσα γαρ | τυφογερον- | τας ανδρας ερ ‖ ρειν στελεχη. Dimetri sunt choriambici, quorum metrum perit nisi ita distinguantur, quam divisionem exhibent duo Regii. Brunck. Om. γὰρ Ms. Trin. Dobr.

337. ὥσπερ βαλανεύσοντας. Usitatum est βαλανεύειν pro διακονεῖν, ut in Irena [1106.]. Hic puto esse τὴν βάλανον, i. e.

μοχλὸν, ἀνοῖξαι. Est quidem in epigrammate βαλανίζειν glandem decutere, ἄλλην δρῦν βαλάνιζε. Sed Hesych. interpretatio notanda est, qui ait esse *clara voce uti* τὸ βαλανεύειν, quia balnearii aquam ferentes vocales sunt et clamosi. Fl. Chr.

338. Hunc versum Herman. de metris p. 314. sic corrigit: τριταλαντιαῖ' ὡς, ἐς πόλιν, —. Bent. corrigit, deletis verbis ἐς πόλιν: ὡς τριταλανταῖα βάρος | δεινά τ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν. Idem refert, in Ms. Voss. esse ἐς τριτάλαντον. Dind. ἐς τρ. Ms. Trin. Dobr. τριτάλαντον. Suid. Pors.

339. δειλότατ' —. Casu, meque imprudente vel oscitante menda hæc irrepsit. Repone δεινότατ' —. Brunck. Ceterum recte habet vulgata scriptura δεινόταταπειλοῦντας ἐπῶν. V. Herman. Elem. Doctr. Metr. p. 429. Dind.

340. ἀνθρακεύειν. Ed. Far. ἀνδρακεύειν. Quod verbum quidem non est bonum, sed tamen rejici non debet: nam data opera fictum videtur confusione vocum ἄνδρες et ἄνθρακες. V. ad Nub. 97. Berg. κάνθρ. Ms. Trin. Dobr.

344. ὦ χρυσολόφα. Vocativus similis nominativo. Sic Γοργολόφα de eadem Pallade in Eqq. 1178. Berg.

345. πολιοῦχε amphibrachum statuo, metro choriambico, πολιοῦχε, σὰς ἔσχον ἕδρας: anapæstum enim in hoc metro loco iambi videtur respuisse Aristoph. Reisig. i. p. xxiv. Disyllabam anacrusin suspectam habeo. Scribendum videtur, σὰς, πολιοῦχ', ἔσχον ἕδρας. Herm. Epitom. doctr. metr. p. 156. Lege σᾶς Πολιοῦχ'. Bent.

346. ξύμμαχον. Sic uterque Reg. [et Mss. Trin. et Voss.]. Brunck. Legebatur σύμμαχον.

347. Ut ὑποτίμπρησιν alienus ab Attico conjunctivus a Brunck. in locum indicativi Rav. quoque comprobati immissus expellatur, scribo, εἴ τις ἐκεί — νας ὑποτίμπρησιν ἀνήρ. Reisig. i. p. 255.

349. Dixi supra ad 319. hos versus omnes esse choriambicos, quod utique verum est ex poetæ animo. Si ab hujus metri norma versus aliquot recedunt, librariorum imperitiæ id tribuendum. Ad hunc modum erant distinguendi: ἀλλὰ φοβοῦμαι τόδε. μῶν ὑστερόπους βοηθῶ; | νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν κνεφαία, | μόγις ἀπὸ κρήνης, ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου | καὶ πατάγου χυτρείου, | δούλησιν ὠστιζομένη | στιγματίαις θ', ἁρπαλέως | ἀραμένη, ταῖσιν ἐμαῖς | δημότισιν καομέναις φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ. | ἤκουσα γὰρ τυφογέρον- | τας ἄνδρας ἔρρειν στελέχη | φέροντας, ὥσπερ βαλανεύσοντας, | εἰς ἀκρόπολιν, ὡς τριτάλαντον βάρος, | δεινόταταπειλοῦντας ἐπῶν, | ὡς πυρὶ χρὴ τὰς μυσαρὰς γυναῖκας ἀνθρακεύειν | ἅς, ὦ θεὰ, μήποτ' ἐγὼ πιμπραμένας ἴδοιμι· | ἀλλὰ πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας | Ἑλλάδα καὶ πολίτας· | ἐφ' οἷσπερ, ὦ χρυσολόφα | πολιοῦχε, σὰς ἔσχον ἕδρας. | καί σε καλῶ ξύμμαχον, ὦ | Τριτογένει', ἤν τις ἐκεί- | νας ὑποτίμπρησιν ἀνὴρ, φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν. Vides in unum coaluisse versus 333. 4. item versus 348. 9. Versum 347. qui erat hypercatalectus, dimetrum esse acatalecticum, ut tres præcedentes, ultimoque nihil amplius ad integritatem deesse. Sunt autem ejusdem mensuræ horum versuum octavus et ultimus ac decimus quartus, qui sic dimetiendi sunt: δημοτισιν | καομεναις | φερουσ' ὑδωρ | βοηθω || ὡς πυρι χρη | τας μυσαρας | γυναικας αν | θρακευειν || νας ὑποτιμ | πρησιν ανηρ | φερειν ὑδωρ | μεθ' ἡμῶν. In verbis nihil prorsus immutatum præterquam v. 338. ubi manifestum est scriptum olim fuisse εἰς ἀκρόπολιν. Nomina illa πόλις et ἀκρόπολις promiscue eodem sensu usurpata vides in tota hac fabula. Plane vigilans somniabat Kust., quando de metro sotadeo cogitavit, cujus hic nec vola nec vestigium. Brunck. φέρει Ms. Trin. Dobr.

350. πονωπόνηροι. Usus est hac voce in Vesp. fabula, ὦ πονωπόνηρε καὶ κύμηταμυνία, ubi Schol. monet esse, ἀσκήσει καὶ μελέτῃ πεπονημένε, i. e. usu et meditatione facte ad nequitiam et tyrannidis affectationem. Fl. Chr. πονωπόνηροι edd. ante Brunck. πόνῳ πόνηροι Brunck. ex Reg. B. et Aug. V. not. ad Vesp. 466. p. 409. Dind. Στρατυλλὶς præf. ut K. tum πόνῳ π. Ms. Trin. Dobr.

352. τουτὶ τί τὸ πρᾶγμα. [Sic Frob.] In Venet. ed. habes τουτί σο. Putem legendum τουτὶ τὸ πρᾶγμ' ἡμῖν. Sed erit versus trimeter et hypercatalecticus, non similis ceteris: similem habes paulo post θώμεσθα δὴ, nisi et hic et illic aliquid desit ad supplendum tetrametrum catalecticum. Est autem hic θύρασιν vel ad portas vel ἐξ ἑτοίμου. Et βοηθεῖν, quod primigenia notione fuit currere ad clamorem et tumultum, hic etiam videtur idem notare. Postea dixerunt succurrere. Fl. Chr. [τι delet Ms. Bent.] τὸ πρᾶγμ' — ἀπροσδόκητον. Eurip. Med. 225. ἐμοὶ δ' ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε. Berg. Om. τὶ Ms. Trin. Dobr. ἡμῖν ἰδεῖν. Versus hic ante claudicabat, quem ex Mss. Vat. et Voss. addita voce ἰδεῖν supplevimus. Kust. Fo. Δράκης: vid. 254. et mox [v. 356.] ὦ Φαιδρία. Sed Ms. ἰδεῖν. Bent.

353. Scribe οὖ'σμὸς pro ἑσμός. Reisig. i. p. 178. θύρασιν, *foris*, adverbialiter. Quæ enim in arcem ingressæ erant mulieres (v. supra 246.) postquam chorus accessit senum cum igne, rursus egressæ

sunt. Integrum choriambicum systema in arcis mœnibus recitatur: tum patefactis foribus prodeunt in scenam 350. Perperam post Berg. verti *foribus succurrit*. In Aug. scriptum θύρασιν, frequenti librariorum errore. V. ad Thesm. 69. Brunck. βοηθῆ Ms. Trin. θύραισιν Mss. (v. ad 308.). Dobr. θύρασι βοηθεῖ Suid. ed. Ms. in βοήθεον. Pors.

354. τί βδύλλεθ' ἡμᾶς. Hoc verbi accipiunt pro εὐτελίζειν et κακύνειν, tum pro terrefacere. Sed video etiam cum terminatione deponentis, ut aiunt minutuli grammatistæ, passivam sumere significationem. Hoc si esset, legendum esset ἡμεῖς, non ἡμᾶς. Sed nulla opus est mutatione, tantum legendum βδύλλεθ' ἡμᾶς, non βδύλλεσθε, et rectus est sensus: quid nos spernitis et terrefacere putatis nostram paucitatem? Fl. Chr. τί βδύλλεθ' ἡμᾶς. Hesych. βδύλλειν, δεδιέναι, τρέμειν. ἢ βδεῖν. V. Suid. in βδύλλεσθε, qui ex hoc loco emendandus, quod nec Kust. animadvertit, nec Hesychii interpres. βδύλλεσθ' [ut in Junt.] in metri legem offendit. Eqq. 224. ὃ τε πένης βδύλλει λεώς. Brunck. βδύλλεσθ'. Scal. βδύλλεθ' ἡμεῖς; Ms. βδύλλεθ'. Bent. βδύλλεθ' Schol. ed. Kust. βδύλλεθ' quoque restituendum Suid. in v. cum in ed. Med. βδύλλετε præfixum articulo legatur. βδύλλετε Suid. Ms. in v. sed βδύλλεσθ' in loco. Pors. βθύλ. (sic) sed βδ. præf. sch. Ms. Trin. Dobr.

356. τοσαυτὶ Ms. Trin. v. ad supra 200. Dobr.

357. τύπτοντα χρῆν. Sic Regii. Vulgo τύπτοντ' ἐχρῆν. Brunck. Ms. τοσαυτί. — Ms. τύπτοντα χρῆν. Bent. τύπτον ἐχρῆν. [Sic Frob.] Legendum τύπτοντ' ἐχρῆν pro τύπτοντα, ut referat ad Phædriam. Sic etiam rectum esse postea probavi ex exemplari Venet. edd. Fl. Chr. —τα χρῆν Mss. Dobr.

358. ἡμεῖς χαμᾶζ'. Et huic versui, qui in prioribus edd. mancus est, ex Mss. opem tulimus, inserta voce χαμᾶζ'. Kust. Adde ἡμῖν: sed Ms. χἠμεῖς χαμᾶζ' ὅπως ἄν. Bent. χρώμεσθα — ὅπερ Ms. Trin. Dobr.

359. Ms. τοῦτ' ἐμποδίζῃ. Bent. Sic Ms. Trin. Dobr.

360. εἰ νὴ Δία τὰς γνάθους. [Sic edd. ante Kust.] Hic etiam versus laborat a defectu pedis, ut sit tetrameter catalecticus. Itaque trimetrum ut alios duos supra puto esse hypercatalecticum, si tantum legas εἰ νὴ Δία γνάθους, delendo τὰς, vel εἰ νὴ Δία τὰς γνάθους, ut unica sit syllaba τοῦ Δία, quod tamen et durum et insolens mihi semper videbitur. Fl. Chr. Frob. εἰ νὴ Δία τάς: fo. εἰ νὴ Δία γέ τις τὰς γνάθους τούτων ἂν ἢ δὶς ἢ τρὶς vel καὶ νὴ Δί' ἥν γε τάς: vel forte pro νὴ Δία lege νὴ τὸν Ἀπόλλω vel simile νὴ Ποσειδῶ vel νὴ Διόνυσον: sed Ms. εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γν. recte. Bent. δί' ἤδη Mss. Dobr.

361. ὥσπερ Βουπάλου. Bupalum pro asino vel mulo dixerunt antiqui, ut Hipponax λάβετέ μου θοἰμάτιον, κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν. Eupolis ὄνου γνάθον dixit de edacitate et πολυφαγίᾳ. Nam particula βου Græcis semper significavit τὸ πολὺ, ut Hercules βουθοίνας et βουπείνας, non quia boves, sed quia multum aut esuriret aut ederet. Apud glossographum Hesych. habes βούπαλον μέγα καὶ ὄνομα. Putem corrigendum μέγαν ὄνον, καὶ ὄνομα, ut et grandem asinum notet et Bupali nomen, qui hostis dicitur Hipponactis, sed hosti illi existimo Hipponacta Bupali nomen indidisse, ut asinum et ἀπαίδευτον argueret. Paulo post ubi habes πατάξατω τις, deleo τὸ τις ut noxium mensuræ versus, præsertim quum modo dixerit τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρίς. Quod autem ait παρέξω in eodem versu, puto sane valere idem atque os præbere, ut ait Martialis, et morigerum esse, Gallico idiotismo *enfler*. Herodot. de hac pusilli animi nota dixit: κρεῖσσον γὰρ ποιεῦνται καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι, ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. Fl. Chr. Nomen hominis est Bupalus, quem Hipponax perstrinxit carmine, in quo ei verbera minatus est poeta. Eo respicit comicus. Breviter Schol. totum locum exponit: εἴ τις ἠπείλήσεν τύπτειν αὐτὰς, καθάπερ Ἱππώναξ τὸν Βούπαλον. Berg. Suid. in Βούπαλος et κόπτω citat versus Hipponactis λάβετέ μου θοἰμάτιον κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν. V. Hadrian. Junii Animadv. i. xvi. Bent. ἂν εἶχον. Fo. ἀνεῖχον. Id. φωνὴν ἄν. γὰρ Suid. Ms. Pors. et ἂν 2. om. i. e. habet φ. γὰρ οὐκ εἶχον. Locum exscribam ex ed. Med. Βούπαλος. ὄνος. Ἀριστοφάνης. εἰ νὴ Δία τίς τὰς γνάθους τούτων δὶς ἢ τρὶς ἔκοψεν ὥσπερ Βουπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ εἶχον παρὰ τῷ Ἱππώνακτι. λάβετέ μου θοιμάτιον. κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν. Postrema vertit interpres: "*Asini* enim oculum elidam." Porsonus, Verte, *Bupali*, et vide infra v. κόπτω. ubi εἰ νὴ Δία τὰς γ. αὐτῶν, cetera ut in Βούπ. Annotat autem Porsonus: Inepte interpres. Verte, *Bupalo*. Fragmentum Hipponactis est. Eadem chorda oberravit interpres supra v. Βούπαλος, quamvis ibi nomen istius *acris hostis Bupalo* (Horat. Epod. vi. 14.) ante oculos haberet. Nempe in Βούπαλος legendum ὄνομα pro ὄνος cum Kust. ad Hesych. v. Βούπ. Ὄνομα pro ὄνομα κύριον, ut in vv. Ἰούνιος, Ἰὼ, Οὐράνιος. In v. Κροῖσος t. ii. p. 381. prop.

fin. ἦν δέ τις Κροίσῳ φίλος ἰωνάνος ed. Med. ἰωνόνος Ald. ἦν δέ τις Κροίσῳ φίλος, ἀνὴρ Ἴων, ὄνομα Παμφάης Nicolaus Damascenus Exc. Vales. p. 454. a Kust. citatus. De confusione vocum ὄνος et ὄνομα vide notas ad Hesych. l.c. V. ad 200. Dobr.

362. Vulgo παταξάτω τις· καὶ σπασ' ἐγὼ παρέξω, syllaba ultra numerum excurrente. Quis non videt inutilem et languidam copulam a mala manu insertam fuisse? eam non agnoscit Regius A. Brunck. τις cum Fl. Chr. delet Bent. Dind. Dele τις. Vide ad Pac. 649. Pors.

363. κύων τῶν ὄρχεων λάβηται. Puto alludi ad proverbium *canis corio gustato metuendus*, atque haud scio an huc respexerit Horat. satyra quinta libri ii. *quæ si semel uno de sene gustarit*, deinde, *ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.* Fl. Chr. Nunquam alius canis poterit tibi prehendere ore testiculos; nam ego, ut canis, tibi prius eos evellam. Berg.

364. ἐκκοκκιῶ. V. Pac. 63. Berg. τὸ γῆράς σου. Ita Suid. in ἐκκοκιῶ: et Ms. Fo. τρίχας σοῦ: vid. 449. et 1224. Bent. Delendum puto τὸ σοῦ, vel hic loqui chorum mulierum, vel, si virorum, hunc esse sensum: ego meum senium consumam potius quam te patiar sic loquentem. Fl. Chr. Vulgo ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς σου. Manifesta interpolatio. Illud σου mensuram versus excedit, huc forte illatum e 448. contra sententiam. Si enim per metrum licuisset pronomen quodpiam addi, scripsisset poeta ἐκκοκκιῶ τὸ γῆράς μου, quod postremum hic subintelligitur. Brunck. Retraho pronomen ab ora lineæ ante ἐκκοκκιῶ: εἰ μὴ σιωπήσει, θένων σου 'κκοκκιῶ τὸ γῆρας. Reisig. i. p. 245.

365. ἅψαι μόνον. Sic Regii. Vulgo ἅπτου. Brunck. ἅψαι Ms. Trin. Dobr.

366. τί δ' ἢ σποδῶ τοῖς δακτύλοις. Non est quin alludat ad libidinem spurcæ contrectationis. Nam σποδεῖσθαι est βινεῖσθαι, et senes quibus Venus est quieta digitis potius rem peragunt. Hesych. leviter videtur emendandus: σποδεῖν· σπαίειν, συγγίνεσθαι, lege παίειν. Nam id est pavire et concutere. Fl. Chr. τί δ' ἦν σποδῶ τοῖς κονδύλοις. Sic auctoritate Ms. Voss. rescripsimus. Priores enim edd. minus recte, τί δ' ἢ σποδῶ τοῖς δακτύλοις. Kust. Ms. τί δ' ἦν— κονδύλοις — ἐργάσει. Bent. Ed. tamen Far. τί δ' εἰ σποδῶ τοῖς δακτύλοις. Quæ lectio tolerari potest. Berg. τί μ' ἐργάσει. Perperam vulgo, neglecto Atticismo, ἐργάσῃ. Illud, quod Codd. etiam nolentibus reponendum erat, præstat Reg. B. Pro κονδύλοις male Aug. δακτύλοις. Brunck. —σει Ms. Trin. Dobr. Comparabat me audiente Porsonus Euripidem Bacch. 492. εἴφ' ὅ,τι παθεῖν δεῖ· τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει; Ergo in Herc. F. 149. defensurus erat vulgatam τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει; In Adversariis p. 271. proposuerat τί δῆτα σ. quod ex Reiskii conjectura edidit Herman. Soph. Œd. Col. 598. τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς; Dobr. Herc. Furentis locum verte, *Quid est illud egregium facinus, quod de marito prædicas?* Similis usus articuli, Phœn. 184. ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει, Iph. T. 617. καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται. Chrysostomus Orat. i. de Paulo, p. 32. ed. Valck. τί οὖν ἐστιν ἐκείνων τὸ μέγα; optime vertitur, *Quid ergo esse in angelis magnificum judicamus?* Id.

367. πλεύμονας Attice. Vulgo πνεύμονας. Illud dat uterque Reg. mendose tamen B. πλέμονας. Brunck. πλεύμονας Ms. et Suid. in βρύκουσα: at πνεύμονας in ἐξαμήσω. Bent. πλεύμονας Ms. Trin. πλεύμονας Suid. Ms. v. βρυκ. cetera corrupte. πνεύμονας in ἐξαμήσω. Ed. Med. τοὺς πλεύμονας — ἐξαλμήσω in βρύκουσα, τοὺς πνεύμονας καὶ τάρταρ' ἐξαμήσω in ἐξαμήσω. Dobr. τἄντερ' ἐξαμήσω. Eurip. Cycl. 235. τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσασθαι βίᾳ. Berg. ἐξαλμήσω Suid. in βρ— et τάρταρ' in ἐξαμ—. Bent.

368. οὐκ ἔστιν ἀνὴρ, mollius quam vulgatum οὐκ ἔστ' ἀνὴρ, præstant duo Reg. Brunck. Eadem scriptura [οὐκ ἔστ' ἀνὴρ] in Rav. reperitur, et est verissima, illa autem Brunck. prava est et prorsus abjicienda. Reisig. i. p. 121. Ms. ἐστίν: fo. ἐστὶν ἄρ' Εὐριπίδου: [ita Elmsl. in Edinburgh Review, No. xxxvii. p. 87.] sed Schol. ut editum. Bent. ἔστιν Ms. Trin. Dobr. Εὐριπίδου. Propterea sapientissimum dicit Eurip. quia is est osor mulierum maximus. Cujus rei documenta plurima exstant in ejus tragœdiis. Schol. hic unum versum adducit, credo propter vocem σοφώτερος, qui est ex Medea 409. Berg.

369. ὡδί. Sic Aug. Vulgo οὕτω. Brunck. Quid hoc est *vulgo?* οὕτω intulit Kust. tacite, et inde recepit Burman. ὡδὶ retinuit Port. adhuc, et est in antiquis exemplaribus, Junt. Basil. Crat. Venet. Zanet. Wech. Brub. Itaque item est in Rav. repertum. Reisig. i. p. 94. V. Præf. Hec. p. xli. Dobr. οὕτω Mss. Id. θρέμμ' ἀναιδές. Hæc verba forte ex Eurip. sunt; ego ea etiam in Soph. Elec. 624. aut 625. observavi, ubi ad ipsam Electram dicitur, ὦ θρέμμ' ἀναιδές. Berg. Mutato accentu scribas ἀναιδὲς ἔστιν. Reisig. i. p. 118.

370. τοὔδατος. Sic recte Mss. Vat. et Voss. pro ὕδατος, quod priores edd. habent vacillante metro. Kust. θ' οὔδατος.

Ita Kust. [in textu] ex Mss. propter metrum; alias ὕδατος legitur; quod hic stare non potest, si prima syllaba in ὕδωρ semper est brevis, ut quidem apud comicum observavi. Invenitur tamen etiam producta, ut in Batrachomyomachia: ὕδατι τερπόμενος —. Si ergo et longa haberi potest illa syllaba, lectio vulgata bene habet. Berg. Frob. ὕδατος: fo. ὕδατος αὖ vel θοὔδατος ut Ms. Bent. θοὔδατος. Sic una voce cum apostropho et accentu scriptum in A. pro τοῦ ὕδατος. V. not. supra 277. Brunck. Cf. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 221. Dind. ῥοδίππη Ms. Trin. Dobr.

371. ὦ θεοῖς ἐχθρά. Sic recte A. [et Ms. Voss. apud Bent.] Vulgo redundante syllaba θεοῖσιν. Brunck. βλέπυρος. ἅι δ' Ms. Trin. Dobr. ὦ θεοῖσιν ἐχθρά. In schedis, θεοῖς. Id.

372. τί δὲ δὴ σὺ πῦρ. Vulgo omisso δὴ claudicat versus, in prima sede pyrrichium habens. Ran. 158. οὗτοι δὲ δὴ τίνες εἰσίν; — οἱ μεμυημένοι. Thesm. 608. ἤδη δὲ δὴ τίς ἐστιν, ἡ τὸ παιδίον. Harum particularum aliquoties altera excidit, ut Thesm. 889. τί δὲ δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἕδρας; Male vulgo, ut hic, τί δὲ σύ—. Quæ sequuntur ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων; Plauti verbis melius vertissem, *an ut humanum exuras tibi?* Brunck. Atqui particulis τί δὲ δὴ nihil nisi vehementius interrogatur et intentius. Requiritur autem adversantis particula, qua hæc ad superiorem interrogationem tanquam contraria referatur. Inde scriptum efficitur ab Aristophane esse, τί δ' αὖ σὺ πῦρ, ὦ τύμβ', ἔχων;—. Reisig. i. p. 121. Lege τί δαὶ [ita Fl. Chr. et Elmsl. in Edinb. Review, No. xxxvii. p. 87.] — σαυτόν. Bent. τί δὲ σὺ πῦρ. Legerem τί δαὶ σὺ πῦρ ὦ τύμβ' ἔχων etc. Est autem ὦ τύμβε quasi silicernium. Sed et versu proxime præcedenti, si constare vis suis numeris, qui tetrametrum efficiant catalecticum, deleam σὺ et legam ὦ θεοῖσιν ἐχθρὰ δεῦρ'. Fl. Chr. τύμβοι vocantur senes, quia morti sunt vicini et sepulturæ. Eurip. in Med. 1209. τὸν γέροντα τύμβον. ubi Schol. τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου. V. ibi not. Barnesii. Berg. ὦ τύμβ', ἔχων. Fo. ὦ τυμβόγερον. Bent. Στρυμοδώρα. τί δὲ—ἐμπυρέσων (sic) Ms. Trin. Dobr.

373. ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας. Lego ἐγὼ μίαν νήσας πυρὰν, et versu proxime sequenti ἐγὼ δὲ μίαν τὴν σὴν etc. quia antea [supra 270. Berg.] sic locutus est, μίαν πυρὰν νήσαντες. Fl. Chr.

374. δέ κ' Ms. Trin. Dobr.

375. Frob. τοῦ μή: Ms. τοῦ μέν: lege τοὔμὸν ut Gry. Bent. τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει. Eurip. Androm. 264. τὸ δ' ἔργον αὐτὸ σημανεῖ τάχα. In Or. 1129. εἶτ' αὐτὸ δηλοῖ τοὔργον. Ita enim ibi scriptum cum circumflexo τοὔργον, etiam in Ald. ed. Berg. τοὐμὲν (sic) Ms. Trin. V. ad 200. Dobr.

376. Ms. et Schol. οἶδά σ'. ibid. Ms. (et Trin.) σταθεύσων. Schol. σταθεύσω. Bent. τῇ λαμπάδι σταθεύσω. Eadem sententia aliter infra 1219. μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι ὑμᾶς κατακαύσω, et in Vesp. 1328. ταύτῃ τῇ δαδὶ φρυκτοὺς σκευάσω. De verbo σταθεύειν, *ustulare*, citat Schol. hic in Lys. locum ex Ach. 1040. τὰς σηπίας στάθευε. ubi v. not. Æsch. vocem σταθευτὸς de eo, qui ardore solis torretur, usurpavit in Prometh. 22. Berg. οὐκ οἶδας εἰ — σταθεύσω. Legendum οἶδά, σ' εἰ me monebat Pors. e Msti Trin. textu et Schol. Dobr.

377. ῥύμμα. Sordes per hanc vocem intelligit, quæ etiam σμήγματα, τρίμματα, et καθάρματα. Sed in hoc versu transponerem verba ultima et legerem ἐγὼ λουτρὸν παρέξω. Neque mihi dubium est quin λουτρὸν hic sit lotium, seu puellare seu virgineum, quod vocat νυμφικόν. Fl. Chr. λουτρὸν ἐγὼ παρέξω. Claudicat versus, nec magis recto stabit talo, si cum Fl. Chr. scribas ἐγὼ λουτρὸν παρέξω. Quod excidit pronomen repone, σοὶ λουτρὸν ἐγὼ παρέξω. Brunck. λουτρὸν, adde γ': at Gry. σ'. Bent. Leg. λουτρόν γ' ἐγὼ παρέξω. Hotib. Recte Reisig. i. p. 125. εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρόν γέ σοι παρέξω. Dind. In schedis: Trochæum in quinta sede versus mensura odit cane pejus et angue. Ocyus repone, εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων ΣΥ, λουτρὸν ἘΓΩ παρέξω. Sic infra: [387.] οὐκοῦν ἐπειδὴ πῦρ ἔχεις ΣΥ, συγχλιανεῖς σεαυτόν; Ita legendum e Schol. v. et 316. Pors.

380. Ms. ἔτ' ἡλιάζεις: sed Schol. ἡλιάζεις. δικάσεις: recte tamen ἡλιάζεις: nam futurum est ἡλιάσεις, πρὸς ἥλιον. [Vesp. 772. ibi editum est ἡλιάσει: sed Schol. habet ἡλιάσεις. Dind.] Bent. ἡλιάζει, medium, reponendum esse censet Buttman. Gr. Gr. t. i. p. 383. Dind. ἔτ' ἡλιάζεις Ms. Trin. Dobr.

381. σὸν ἔργον, ὦ 'χελῷε. Hæc dicens perfundit aqua senes. Ponitur enim Achelous fluvius pro aqua synecdochice, ut apud Eurip. in Bacc. 625. δμωσὶν Ἀχελῷον φέρειν ἐννέπων. Achæus tragicus apud Athen. p. 427. μῶν Ἀχελῷος ἦν κεκραμένος πολύς; Berg. V. Servium ad Virg. Georg. i. 9. Dind. Altera [Eumeli] Musa [quæ apud Tzetzam et Eudociam Ἀπολλωνὶς dicitur], ut conjecimus, Ἀχελωῒς appellata fuit, quod nomen cognatum est cum vocabulis χέλυς et χελώνη·

quæ quum testam significent, indicari ille nomine videtur aqua viva, quæ fit soluto tegmine glaciei. Atque hinc intelligitur etiam, qui factum sit, ut Ἀχελῷος apud Græcos de omni fluviorum et fontium aqua dici soleat: cujus rei qui hanc rationem reddunt, quod ante alios insignis hic fluvius sit, ipsi fateantur necesse est, aptæ explicationis desperatione hoc commentum sibi extortum esse. Multi enim sunt alii longe majores atque illustriores fluvii, a quibus aqua, si claritas fluviorum respicienda esset, appellari potuisset. Et vel sic ejusmodi appellatio non minus fuisset inepta, quam si quis, quod inter homines Hercules excelluisset, quemvis hominem Herculem dicere vellet. HERMAN. in dissertat. de Musis fluvialibus Epicharmi et Eumeli p. 17.

384. ἄρδω σ' ὅπως ἀναβλαστάνῃς. Si nullam exceptionem admittit Dawes. canon, vocales breves produci semper ante consonantes medias β, γ, δ, sequente quavis liquida, præter unicam ρ, eamque regulam tragicis cum comœdiæ scriptoribus communem esse. Hoc, inquam, si usquequaque verum est, versus hic, quem ille non adtigit, aliter scribendus est. Nam ex isto canone αναβλαστ pes est bacchius, quem metrum iambicum non admittit: rescribendum est igitur ὅπως ἂν βλαστάνῃς, nec amplius vertere licet, ut *regermines*. Sed ego tam severas leges poetis non statuo. Quantum id fieri potuit, certum est ad prosodiæ regulas, quas Dawes. sagaciter observavit, data opera comicum nostrum versus suos tornasse: sed ubi eum vis metri coegit, aliaque defuerunt verba, quibus sensus suos exprimeret, eadem licentia usus est, quam Atheniensium aures tam benigne concedebant tragicis, qui alterum e Dawes. canonibus susque deque habuerunt; illum autem de consonantibus mediis non adeo, ut ille rebatur, religiose observarunt. De his alio loco agam. Hic tria exempla satis erit produxisse. Æsch. Prom. 172. dimetrum hunc habet anapæsticum: καίτοι μ' οὐ μελιγλώσσοις πειθοῦς. Noster in simili metro Avv. 216. πρὸς Διὸς ἕδρας ἵν' ὁ χρυσοκόμας. Plato comicus apud Grot. in Excerptis p. 478. νοεῖ μὲν ἕτερ', ἕτερα δὲ γλώττῃ φθέγγεται. (Sed vide quæ ad Schol. in Aves 168. dicentur. DIND.) Vides hic secundam in μελιγλώσσοις corripi, quæ juxta canonem Dawes. produci deberet: primam in ἕδρας produci, quæ deberet corripi: δὲ in quarta senarii sede corripi ante γλ, quum produci debuisset. Non obstabit ergo canon ille, quin maneat ὅπως ἀναβλαστάνῃς. Aliam ob causam mihi minus placuerat vulgata lectio: scilicet quia rarissime comicus particula ὅπως, ut, causam finalem notante, nuda sic utitur, eique fere semper adjungit ἄν. V. 182. 221. 239. 267. 358. 419. 425. 539. ne plures excitem locos. Alterius tamen constructionis dantur exempla, licet multo pauciora: ut Conc. 117. ξυνελέγημεν Ὅπως προμελετήσωμεν ἅκεῖ δεῖ λέγειν. BRUNCK. Scribo ἀμβλαστάνῃς pro ἀναβλαστάνῃς, non ἂν βλαστάνῃς, quod proposuit Brunck. annotatione ad Plut. 453. Anapæstus enim durus est in illis Lys. versibus, in quibus omnibus tanquam ex tragœdia pedum quædam tarditas versatur. REISIG. i. p. 39.

386. χλιανεῖς primam hic producit, quæ corripitur in Conc. 64. ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον. Putavi aliquamdiu scribendum esse ἔχεις, σύ γε χλιανεῖς σεαυτόν. Sed revera in χλιαίνω et derivatis incerti moduli est litera ι et poetarum arbitrio permissa. Producitur in χλιαρὸς Ach. 975. χρήσιμα· τάδ' αὖ πρέπει χλιαρὰ κατεσθίειν. BRUNCK. Ms. [et Schol.] συγχλιανεῖς. BENT. ἔχεις, συγχλ. Ms. Trin. DOBR.

387. Πρόβουλος. Hic erat cum pluribus aliis ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου. Herodot. vocat eo nomine quos *Provisores* dicimus. Hi videbant ne quid ipsi novem magistratus contra rempublicam facerent. Eosdem fuisse νομοφύλακας etiam putavit magnus Budæus. *Principes Senati* vocare possumus. Suid. in illa sua collectaneorum farragine viginti primum fuisse, deinde plures creatos scribit post cladem Siciliæ, qui caverent, ne quid res publica caperet detrimenti. Eos maximus magister Aristoteles convenire magis scribit in dominatu paucorum quam in statu multitudinis, cujus rei publicæ proprius ordo est βουλὴ, non προβουλή. V. ipsum libr. iv. Politicon. Meminit idem τῶν προβούλων libr. iii. Rhetoricorum, ubi Soph. πρόβουλον censuisse ait cum aliis προβούλοις, constituendos 400. archontas. Ibi Græcus interpres προβούλους esse vult eos, qui de rerum eventis consulunt et deliberant. FL. CHR. Ex hac etiam Probuli persona concludimus hoc drama prodiisse post cladem Siculam. Nam Probulus magistratus fuit extraordinarius, qui in rebus dubiis reipublicæ creabatur: post infortunium vero Siculæ cladis id factum est Athenis, teste Thucyd. initio libr. viii. καὶ ἀρχήν τινα πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἑλέσθαι, οἵτινες περὶ τῶν παρόντων, ὡς ἂν καιρὸς ᾖ, προβουλεύσουσιν. Sic etiam Herodot. libr. vii. ait, imminente a Xerxe bello, Probulos fuisse congregatos in Isthmo, electos ex Græciæ civitatibus quæ melius affectæ erant. PALMER.

388. χοὐ τυμπανοί. Sic Reg. A. [et Bent.]. Vulgo τυμπανοί. Brunck. Σαβάζιοι. Schol. οἱ ὀργιασμοὶ τοῦ Σαβαζίου. Est autem Sabazius, ut Schol. docet, idem qui Bacchus, a σαβάζειν dictus barbaris, quod Græce est εὐάζειν, Evohe, ut solent in Bacchi sacris. V. ad Vesp. 9. Berg.

389. ὅ τ' Ἀδωνισμός. [Sic Junt.] Legendum omnino Ἀδωνιασμός. Sic enim vel Hesych. teste dicitur lugubris nenia, quæ super Adonide celebratur. Mox ubi habes ὥρασι, in Venet. ed. legitur ὥραισι. Utrovis modo legas, ciccum, ut ait ille, non interduim. Fl. Chr. Gry. Ἀδωνιασμός. Ms. Ἀδωνισμός. Bent. ἀδωνισμὸς Mss. Dobr.

390. οὐ 'γὼ Ms. Trin. Dobr.

391. Exagitat Demostratum utpote Niciæ ἀντιπολιτευθέντα, cujus amicus fuerat Aristoph. et ob Niciæ flebilem casum illum insectatur, nec patitur oblivioni dari illius pessimum consilium et infaustum rei publicæ Atheniensium. Proposuerat autem Demostratus rogationem de bello Siculo die infausto, quo publice lugebatur Adonis, quod erat mali ominis. Plutarch. in Nicia lucidam facem præfert ad hunc locum intelligendum. Palmer. ὁ μὴ ὥρασι. ἔλεγε δὲ μὴ 'ν ὥρασι. Reisk. Puto respici ad illam formulam, qua exitium alicui imprecaturi dicebant: μὴ ὥρασιν ἵκοιτο. De qua Casaub. Animadv. ad Athen. libr. ii. cap. 14. Posset autem sic suppleri oratio, ὁ μὴ ὥραισιν ἱκέσθαι ὀφείλων, aut ἄξιος ὤν, aut simili modo. Dicebant etiam ὥρας ἱκέσθαι in accusativo, quod occurrit infra 1038. qui locus non latuit virum summum. Ceterum Biset. et Flor. μὴ ὥραισι referunt ad πλεῖν, ut sit μὴ ὥραισι πλεῖν· haud tempori navigare. Sed sic transpositionem fecisset comicus vix tolerabilem. Berg. ὁ μὴ ὥραισι. Elliptica locutio, in qua verbum supplendum e trita vulgi sermone imprecatione. Ordo est sic instituendus: ἔλεγε δ' ὁ μὲν Δημόστρατος (μὴ ὥραισιν ἵκοιτο) πλεῖν ἐς Σικελίαν. Formulam hanc illustravit Casaub. ad Athen. p. 112. Variata constructione occurrit infra 1037. ἀλλὰ μὴ ὥρας ἵκοισθ'· ὡς ἐστὲ θωπικαὶ φύσει. In Aug. scriptum ὥρασι, eodem errore, quo sæpe θύρασι pro θύραισι. Brunck. Ms. ὥρας ἴμεν: an forte μὴ 'σ ὥρας: quia μὴ utrobique longum est: vid. 1036. Bent. De hac formula v. præclaram Herman. disputationem in præf. ad Epitomen doctrinæ metricæ p. xvi. sqq. ex qua ea tantum afferamus, quæ ad hunc locum spectant (p. xx.): Aristoph. illud, ὁ μὴ ὥραισι Δημόστρατος, in quo ἱκέσθαι ὀφείλων, vel ἱκέσθαι ἄξιος ὢν intelligi putant, propter miram hanc ellipsin, quam quidem leniorem reddas ἴξόμενος intelligendo, nonnihil mihi suspectum est. Itaque quum edd. vett. ὥρασι præbeant, quæ terminatio solet loco significando adhiberi, (vide Hemst. ad Lucian. t. i. p. 196.) videndum puto, ne ita scribendus sit versus iste: ἔλεγεν δ', ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος. Id videri poterit in eandem sententiam sic dictum esse, quasi quis Latine dicat, 'iste Non tempestatibus habitans Demostratus.' Dind. ὥρας ἴμεν Mss. Dobr.

392. v. l. in marg. ἡ ἐν γεννήσων. Ms. Trin. Dobr.

395. ὑποπεπωκυῖα. Id est probe appota, ut loquitur Latinitatis eligentissimus M. Plautus. Male autem Venet. ed. ὑποπεπτωκυῖα, qui error occupavit Irenam fabulam, neque a me animadversus fuit, etsi monitori Leopardo, doctissimo viro, jamdudum auscultandum fuerat, qui cap. xxiii. libr. ix. Emendationum suarum totus est in hujus vocis explicatione. Quod paulo post ait de Cholozyge, nondum liquido mihi constat de sensu recto hujus loci. Fl. Chr. ὑποπεπωκυῖα. Hanc lectionem recte defendit Fl. Chr. Nam non solum edd. vetustiores, sed etiam Mss. corrupte hic habent ὑποπεπτωκυῖα. Kust. ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ'. In binis Reg. ὑποπεπτωκυῖ'. Sic etiam in Aug. scripserat librarius: sed τ induxit. Hæ voces alibi commutatæ. Pac. 874. male vulgo legitur ὑποπεπτωκότες, ubi edidimus, ἐπαίομεν Βραυρῶνάδ' ὑποπεπωκότες. Brunck. ὑποπεπτωκυῖ' Ms. Trin. Dobr.

396. κόπτεσθαι. Notum in hac significatione verbum, etiam in sacris literis. V. Eurip. Troad. 623. V. Schol. Berg.

397. Χολοζύγης. Ita vocat eum διὰ τὸ μελαγχολᾶν, ut Schol. quum alias Βουζύγης diceretur. Forte etiam fuit Χολαργεὺς τὸν δῆμον, ut Lys. in Acharn. 855. nisi forte et hic pro Δημόστρατος legendum Λυσίστρατος. Sane Schol. non videtur legisse Δημόστρατος, apud quem legitur Φιλόστρατος· corrupte, vel metro id arguente. Berg. Schol. Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο· ὃν Χολοζύγην εἶπε, διὰ τὸ μελαγχολᾶν. καὶ Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει· τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος; καὶ ἄλλοι. Brunck.

398. τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν. Sic duo Reg. mendose tamen B. ἀπαντῶν, errore librarii, qui utique ob oculos habuit ἀπ' αὐτῶν. Vulgo τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν. Brunck. Ms. τοιαῦτα 'π' αὐτῶν: lege τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν. vid. 407. mox ἀκολαστήματα. Bent. ἀπ' αὐτῶν Brunck. e Mss. sed lectio orta videtur e 407. Obiter moneo

junctim legendum ἀκολαστάσματα, collato Bekk. Lex. S. G. p. 367, 21. vel saltem ἀκολαστήματα cum Bent. Dobr. τοιαῦτα 'π' (sic) Ms. Trin. v. ad 200. Id.

399. Vulgo personam huic versui præfigunt nuntii, qui nullus in hac fabula est. Ineptorum librariorum commentum est. In Aug. adscripta persona est ἄγγελος γερόντων: in B. [et Ms. Voss. ap. Bent.] χορὸς γερόντων ἢ ἄγγελος. Vere A. id quod jam ante reposueram, exhibet nude χορὸς γερόντων. Brunck. Χορ. Γερ. ἢ Ἄγγελος. Ms. Trin. Dobr. V. Nub. 154. Berg.

401. θ' αἱματίδα. [Sic Frob.] Lege θ' αἱματίδια, pro τὰ ἱματίδια, qua ratione θοιμάτιον dicitur τὸ ἱμάτιον, et ille jocus sive adlusio apud Laert. ἐπ' ἀλειμμάτιον et ἐπ' ἀλλοιμάτιον, hinc fluxit. Paulo post pro ὃν ἐσκεύασας legerem ὅν τ' vel ὡς. Fl. Chr. θοιματίδια. Ed. Far. [et Junt.] θ' αἱματίδια, et ita quidem oportebat in plurali numero, sive θαιματίδια· occurrit tamen in Pl. etiam θοιμάτια, ut in Vesp. 407. Berg. θ' αἱματ. Ms. Trin. Dobr. θαιματίδια. Sic recte tres Codd. et vett. edd. Perperam Kust. edidit θοἱματίδια. Brunck.

403. ἁλυκόν. Sic rescripsimus fide Mss. Vat. et Voss. pro ἁλυκῷ, quod priores edd. habent. Est autem ἁλυκὸς marinus, quod epithetum apte hic Neptuno tribuitur. Kust. ἁλυκόν. Sic recte rescripsit Kust. fide Mss. pro ἁλυκῷ, quod quædam editt. habent. Ed. Far. tantum alio spiritu ἀλυκόν. Est autem ἁλυκὸς Ποσειδῶν, ὁ θαλάσσιος. V. ad Nub. 83. Berg. Frob. Ἁλύκω. Ms. et Schol. Ἁλυκόν. Hesych. Ἁλικούων, ὁ Ποσειδῶν. Σώφρων: ubi Gyraldus Ἁλικλύων. Bent. ἁλυκὸν Ms. Trin. Dobr.

407. ἐκ τῶν δημιουργῶν. Ms. uterque recte et eleganter ἐν τῶν δημιουργῶν, i. e. *in opificum officinis* vel *ædibus*, subintellecta nimirum voce οἶκος vel ἐργαστήριον etc., quam ellipsin in Atticis esse frequentissimam, vel mediocriter in his literis versati non ignorant. Cf. comicum nostrum Eccl. 420. ubi simile loquendi genus, ἐς τῶν σκυλοδεψῶν, occurrit. Longe ergo a vero hujus loci sensu diversa abit doctissimi Fl. Chr. versio, quæ sic habet: *nam sic opifices sæpe compellant viri.* Mox in versu seq. pro ἐσκεύασας Ms. Voss. rectius habet ἐπεσκεύασας. Eam enim lectionem metrum requirit. Kust. Retinui tamen ἐκ, quod in ceteris est edd. præter Kust. quia etiam stare potest: aut enim dicitur pro τοῖς sive τισὶν ἐκ τῶν δημιουργῶν aut potius λέγομεν. ἐκ τῶν δημιουργῶν dicitur, ut in Eqq. 462. σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις; Berg. ἐν τῶν δημιουργῶν. Nihil frequentius apud quosvis scriptores hac ellipsi nominis οἶκος, vel ναὸς, quando de diis agitur. Sic infra 622. εἰς Κλεισθένους. 1064. εἰς ἐμοῦ. Conc. 420. ἐς τῶν σκυλοδεψῶν. Ran. 69. et 118. εἰς Ἅιδου. Plato initio libri i. de Republica, ἦμεν οὖν οἴκαδε εἰς τοῦ Πολεμάρχου: ad quem locum in editione Cantabrigiensi hominis parum Attici legitur hæc annotatiuncula: 'ΑΤΤΙΚΩΤΕΡΟΝ legas ΤΟΝ ΤΟΥ.' Ceterum tres mei Codd. habent ἐν τῶν, ut recte Kust. e duobus aliis edidit, quorum, in formula pueris etiam notissima, ne quidem requirenda erat auctoritas. Berg. tamen mendosum veterum edd. ἐκ retineri voluit, absurdissimis argumentis, ut sunt ejus alia permulta. Brunck. Imitatur Æsch. Theb. 600. ubi ἀφ' ἧς legendum ex hoc loco et Plutarcho ii. p. 186. c. p. 32. e. i. p. 320. c. (sed ἐξ ἧς ii. p. 88. b.) Pors.

408. τὸν ὅρμον, ὃν ἐσκεύασας. Pro τοῦ ὅρμου, ὃν ἐσκεύασας, Attice, ut ait Schol. Ceterum pro ἐσκεύασας lege ἐπεσκεύασας, metri causa, ut in Ms. Voss. invenit Kust. Berg. Lege ὅν γ': sed Ms. [et Schol.] ὃν ἐπεσκεύασας. Bent. ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον, ὃν ἐπεσκεύασας. Sic duo Reg. vulgo, claudicante metro, ἐσκεύασας. Sincera lectio Kust. innotuerat e Cod. Voss. eamque in eadem nota commendat, qua dicit se e duobus Codd. superiori versu ἐν pro ἐκ reposuisse. Quidni ergo etiam ἐπεσκεύασας in textu reponebat? Hoc non minus quam illud certum est. Aug. pravam exhibet edd. lectionem. Scilicet observasse operæ pretium erit ridiculum multorum librariorum morem, qui compendii ergo præpositiones verbis adhærentes, maxime si eas ad sensum nihil conferre arbitrarentur, omittere solebant: quod quidem in solutæ orationis scriptoribus haud permagni momenti est; at in poetis multos bonos versus perdidit hæc socordia. Infra 613. ubi recte edidi, ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐπεσκευασμένα. Ex eadem causa atque hic legitur vulgo cum metri labe ἐσκευασμένα. In Thesm. 951. ubi edidi, ἐς τὰς ὥρας ξυνεπευχόμενος, legitur vulgo ruente metro ξυνευχόμενος. E similibus exemplis didicerunt critici mendas, Codd. quos versant antiquiores eluere, pro simplicibus verbis composita reponendo; quod sæpe a nobis factum videbitur: ut Ran. 1517. διασώζειν pro σώζειν. Thesm. 658. διαθρῆσαι pro ἀθρῆσαι. Nub. in versu fœde corrupto 326. διαθρῶ pro ἀθρῶ. Ibid. 987. προδιδάσκεις pro διδάσκεις. Vesp. 386. κατακλαύσαντες pro κλαύσαντες. Ibid. 565. παρισώσῃ pro ἰσώσῃ:

aliisque in locis, ubi emendationum reddetur ratio. Sic Apollonio iii. 517. ὑποπτήσσεσθαι restitutum pro πτήσσεσθαι. Brunck. ἐπεσκ. Ms. Trin. Dobr.

410. ἡ βάλανος. Hesych. recte τὰς βαλάνους exponit τὰ ἐξηρτημένα τῶν ὅρμων περὶ τὸν τράχηλον. Sed quia βάλανος etiam pro parte obscena accipitur plerumque, videtur comicus eo alludere voluisse et in voce τρήματος intellexisse illam Sotadicam τρυμαλιὰν, εἰς ἣν τὸ κέντρον ὠθεῖται. Quod autem ait postea τὴν βάλανον εὐάρμοσον vel potius divisim εὖ ἅρμοσον, quis negare ausit huc respexisse comicum Latinum, quum dixit Menæchmis, 'jubeantque novum spinther reconcinnarier.' Fl. Chr. Est ambiguum; nam accipitur etiam pro obscena corporis parte. Sic ludit in ambiguitate vocis hujus Machon apud Athen. p. 577. ubi dicit Demetrium regem Lamiæ meretrici omnis generis unguenta dedisse olfacienda, quumque omnia fastidisset Lamia, eum manu sibi fricuisse veretri glandem, eamque sic Lamiæ naribus admovisse, dicentem: ἀπὸ βαλάνου τοῦτ' ἔστι, Λαμία, βασιλικῆς. Est enim et νάρδος βασίλειος, quæ fit ex myrobalano. Berg. ἐκ τοῦ τρήματος. Perperam Regii [et Ms. Voss. ap. Bent.] ἐκ τοῦ τρίμματος. Intellexitne auctor istius lectionis, glandem ὑπὸ τῆς τρίψεως excidisse? sed ineptum hoc est. Nemo non videt quo alludat comicus. In Conc. 623. προβεβούλευται γὰρ ὅπως ἂν μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν. Brunck. τρίμματος Ms. Trin. Dobr.

412. πάσῃ τέχνῃ. Schol. παντὶ τρόπῳ. Sæpe occurrit. Berg. ἂν σχ. Ms. Trin. Dobr. σύ. οὐ Suid. Ms. πάσῃ τ. Pors. et ed. Med. Dobr.

413. εὖ ἅρμοσον. Citat hunc locum Suid. v. πάσῃ τέχνῃ, qui pro εὖ ἅρμοσον rectius habet ἐνάρμοσον. Kust. Frob. εὐάρμοσον. Ms. εὐάρμοσον et Suid. in πάσῃ τέχνῃ. Bent. ἐνάρμοσον. Sic tres Codd. Edd. priscæ εὐάρμοσον, eadem erroris causa, ob quam supra observatum 398. ἀπαντῶν pro ἀπ' αὐτῶν, quia ν et υ facillime permutantur. Brunck. ἐκείνην Ms. Trin. Dobr. ἐνάρμοσον edidit Kust. ex Suid. v. πάσῃ τέχνῃ. Pors.

416. τοὺς πόδας. Lege cum Ms. utroque τοῦ ποδός. Constructio enim loci hujus ita se habet: τὸ ζυγὸν πιέζει τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς τῆς γυναικός μου· id est, *lorum* (sive *corrigia*) *sandalii premit digitum minimum pedis uxoris meæ*. Kust. Aliæ edd. τοὺς πόδας, minus recte. Berg. Legendum sententiæ et metri gratia: Ὦ σκυτοτόμε, τῆς μου γυναικὸς τοῦ ποδὸς | Τὸ δακτυλίδιον ἐν πιέζει τὸ ζυγὸν, | Ἅθ' ἁπαλὸν ὄν. Τοῦ ποδὸς, ut recte edidit Kust. non τοὺς πόδας, quia utriusque pedis non unum digitum, unam corrigiam, dici oportuisset, sed plures; δακτυλίδιον ἐν tum versus causa, siquidem δακτυλίδιον a δάκτυλος derivatum necessario mediam corripit, quod vidit Brunck. tum magis etiam propterea, quod non unus scilicet pedi digitus est, et unum tantummodo unius pedis pressum homo significat: nam quod Vesp. 277. similiter dicere videtur τὸν δάκτυλον, ambiguum captans id fecit in viro. V. glossator Brunck. ad Nub. 654. Hotib.

417. δακτυλίδιον. Diminutivorum in ιδιον penultimam alia corripiunt, alia producunt. Diversitatis causam patefacit Dawes. Misc. Crit. p. 214. Sed vereor ut ejus ratio hic locum habere possit. Nam δακτυλίδιον *digitulus* a δάκτυλος fluit, ut ἀδελφίδιον ab ἀδελφός. Non enim derivatur a δακτύλιος *annulum* significante. Aut dicendum δακτυλίδιον derivatum a δακτύλιος, tam *digitulum*, quam *annulum* significare. Sed sunt hæc, 'quod dici solet, gerræ germanæ, atque edepol λῆροι λήρων.' Certum est antepenultimam in δακτυλίδιον hic produci, et *parvum digitum* hoc diminutivo significari. Brunck. πιέζει τὸ ζυγόν. Explanat Hesych. quum ait ἱμάντα esse, παρακείμενον τοῖς δακτύλοις ἐπὶ τῶν σανδαλίων, sed addit Suid. πλαγίοις δακτύλοις. Mox quum ait ἐκπορίσας, intellige ἐξανύσας. Fl. Chr. Duplex mendum. Primo τῆς μου γυναικὸς est solœcismus. Deindè, pace Brunck. dixerim, si δακτυλῖδιον media longa profers, *annulum* sonat, si brevi δακτυλἴδιον, *digitulum*. Lege igitur,—τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς Τοῦ τῆς γυναικός μου—. Pors. apud Kidd. ad Dawes. Miscell. p. 384. πιέζοι Ms. ζυγός. Pors. Ed. Med. πιέζει τὸν ζ. Dobr.

422. ὅπως κωπῆς ἔσονται. Aut falli me necesse est, quod sæpe nimis accidit, aut innuit de trierarchia. Nam qui istud muneris obibat et ad navale bellum necessaria suppeditabat, τριηραρχεῖν dicebatur, victum autem remigibus sufficiebant trierarchi. Fl. Chr. Nempe classes et triremes erant instruendæ ad bellum de pecunia illa publica, quæ erat in arce; sed a mulieribus provisum est, ne id fieri possit; nam arcem occuparunt. V. 499. κωπῆς Attice pro κωπεῖς. Berg. V. Elmsl. ad Acharn. p. 151. Dind.

423. Timocles comicus apud Athen. p. 567. τῆς θύρας ἀπεκλειόμην. Berg. —κλειμαι Ms. Trin. Dobr.

424. οὐδὲν γὰρ ἔργον ἑστάναι. V. Avv. 1308. Berg.

426. ποῖ κέχηνας. Hic versus trimeter est trochaicus catalecticus. Tamen si ποῖ

consulare facis, aut παρεπιγραφῆς locum obtinere vis, similis erit versus ceteris trimetris iambicis. Mox vero pro ὑποβαλόντε lege ὑποβαλόντες. Versus autem ille οὐ γὰρ μοχλῶν δεῖ, nisi fallit me memoria, parodia est versus Eurip. Fl. Chr. ποῖ κέχηνας—. Metri gratia scribendum est τί κέχηνας, ut recte habent Mss. Vat. et Voss. Kust. Biset. et Ms. τί κέχηνας; lege ποῖ κῆχος: V. Etymol. in ποῖ κῆχος [p. 632, 52.], ubi Aristoph. citat. Bent. ποῖ δὲ σὺ βλέπεις; Sic ambo Reg. [et Ms. Voss. ap. Bent.] Vulgo ποῖ δ' αὖ σύ. [Quod revocandum: v. Reisig. i. p. 121. Dind.] Iidem initio versus exhibent τί κέχηνας, quod bene Kust. reposuit, quum priores edd. jugulato metro haberent ποῖ κέχηνας. Brunck. δὲ σὺ Ms. Trin. Dobr.

427. οὐδὲν ποιῶν ἀλλ' ἤ—. Sic Aug. quod vix memoratu dignum est. Potior est hæc scriptura, ea quam vulgati libri exhibent ἀλλ' ἤ: qua de re videndus, si tanti est, novissimus auctor de Part. Gr. Brunck. Recte habet ἀλλ' ἤ. V. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 622. Dind.

428. ὑποβαλόντες. Vulgo ὑποβαλόντε. Pluralem præferunt tres Codd. [et Ms. Voss. ap. Bent.] Mendose tamen in B. ὑποβαλόνες, unde nihilominus liquet de terminatione vocis, quam scribere debuit librarius. Brunck. μοχλόυς. V. Eurip. Iph. Taur. 99. Eurip. Herc. Fur. 999. Et Med. 1317. Berg.—λόντες Ms. Trin. Dobr.

429. ἐνθενδὶ δ' ἐγώ. Vulgo claudicante metro ἐνθένδ' ἐγώ. Illud se cuivis facile obtulisset: jamdudum a me repositum postea confirmavit Reg. A. Minus emendate in B. ἐνθένδε δ' ἐγώ. Brunck. Lege ἐντεῦθεν δ' vel ἐνταυθοῖ δ' vel ἐνθαδὶ δ'. Ms. ἐνθένδε δ'. Bent. ἐνθένδε δ'. Mss. Dobr.

430. Ms. ἐκμοχλεύετε. Bent. Hoc Brunck. edidit tacite. Legebatur εὔετε. Dind. —εύετε Ms. Trin. Dobr.

433. ποῦ 'σθ' ὁ τοξότης. Erant τοξόται Scythæ liturgi, ministri publici, custodes urbis, olim mille numero, medium incolebant forum, casasque vel σκηνὰς illic structas habebant. Postea transierunt in Areopagum, vocabanturque non solum Scythæ sed etiam Speusinii a Speusino quodam, qui eos constituerat. Fl. Chr.

434. Citat Suid. v. δεῖ. Pors.

435. etc. εἶτ' ἄρα quater Ms. Trin.—ἐμοὶ Id. Dobr.

436. Male hunc locum vertit Berg. quem incaute secutus sum: *quamvis publicus sit minister*. Nihil tale in Græcis. Reddendum potius erat, *quum sit publicus minister*. Sed ne is quidem verus est sensus. δημόσιος hic summi contemtus est appellatio, tantumdem valens ac κάθαρμα, vel φαρμακὸς, qua significatione occurrit Eqq. 1136. Verterim, *Per Dianam juro, flebit, si mihi primarem manum admoverit scelus*. Brunck.

437. F. ξυναρπάσεις. Non enim succurrit exemplum medii hujus verbi pro activo usurpati. Reisk. ξυναρπάσῃ Schol. Pors. —πάσῃ Ms. Trin. Dobr.

438. καὶ σὺ κ. τ. λ. Puto hæc verba continuari ab hypereta vel ministro, et dirigi ad alterum τοξότην. Fl. Chr.

439. νὴ τὴν Πάνδροσον. Mulieris nomen est apud Suid. Hic vel Luna est vel Matuta, fortassis sic dicta quia rosida et πανάπαλος. Cyprii tamen δρόσους vocant ἀχρείους. Sane puto Artemin tantum intelligi etiam per epitheta sequentia Φωσφόρον et Ταυροπόλον. Tamen Minerva etiam dicta est ταυροβόλος. Eurip. autem Artemin dixit Φωσφόρον, quamvis hac voce proprie indigitetur stella Veneris Luciferque dicatur. Fl. Chr. V. Schol. Berg. μόνον. Ms. μόνην. Bent. Aug. —μόνην Ms. Trin. Dobr.

440. ἐπιχεσεῖ πατούμενος. Quia alloquitur ὑπηρέτην, suspicor hoc de industria dictum. Vocabatur autem ἀμὶς vel familiarica sella etiam ὑπηρετήσιον, quamvis proprie magis sit locus ubi remiges sessitant. Hac autem genere loquendi usus est in Eqq. 70. πατούμενοι ὑπὸ τοῦ γέροντος πολλαπλασίονα χέζομεν. Fl. Chr.

441. ποῦ 'στιν ἕτερος τοξότης; *ubi est alius sagittarius?* Sic bene Berg. a quo hic temere descivi. ἕτερος apud comicum nostrum nunquam aliud valet, quam ἄλλος. Ubi de duobus sermo est, et *alter* significari debet, tum ἕτερος comitem sibi adjungit articulum, ὁ ἕτερος, vel ἅτερος. Nec causæ erat quidquam cur Kust. in indice observaret ἕτερον pro ἄλλον usurpari. Id enim perpetuum est, ut nullibi ἕτερον nude sine articulo reperias, quando e duobus alter significatur. Ran. 1415. τὸν ἕτερον λαβὼν ἄπει. Nub. 114. τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν. Eq. 174. τὸν δ' ἕτερον εἰς Χαλκηδόνα. Ach. 117. τοῖν μὲν εὐνούχοιν τὸν ἕτερον τουτονὶ ἐγῴδα. Thesm. 227. τὴν ἡμικραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων. Brunck.

443. Φωσφόρον. V. Schol. Dianam φωσφόρον θεὰν vocat Eurip. Iph. Taur. 21. Hecaten φωσφόρον vocat etiam Thesm. 865. Ubi v. not. Berg.

444. κύαθον αἰτήσεις τάχα. Minatur illi verbera. Ita, inquit, pugnorum velitatione contusum te faciam, ut necesse sit tibi cyatho vel cotyla, quam supponas oculis tuis, ut detumescant. Sic dixit in Pace de urbibus: ὑπωπιασμέναι καὶ κυά-

θοις προσκείμεναι. Vide, si operæ putas pretium, quæ illic jamdudum notavimus. Hic autem locus sic apud Suid. explanatus reperitur: ἵνα — θεραπεύουσι, i. e. cyathum posces, quod maxillis tuis apponas, ita nos te supprimemus et verberibus tundemus. Nam cyathum vel cotylam calore implent et tumoribus applicant, sicque medicinam faciunt. Fl. Chr. V. Suid. v. κύαθος et nos ad illum locum. Kust. Metonymia consequentis pro antecedente. De hac medela tuberum comicus in Pace 541. Hæc loca nec alios latuerunt. Ceterum infra 473. similis et metonymia et idem sensus: κυλοιδιᾷν ἀνάγκη. Berg. κύαθον, cucurbitulam. Suid. ex integrioribus ad hunc locum schol. κύαθον αἰτήσεις τάχα, ἵνα προσθῇς ταῖς γνάθοις. οὕτως τυφθήσῃ, καὶ ὑπωπιασθήσῃ ὑφ' ἡμῶν. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ, καὶ προσκολλῶσι τοῖς οἰδήμασι, καὶ θεραπεύουσι. Græci medici σικύας vocant, nos Galli, ventouses, caliculos illos, qui cuti cum flamma applicantur. Horum mentio etiam Pac. 541. καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι | ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι. Brunck. ταύτην Ms. Trin. Dobr.

446. παύσω τιν' ὑμῶν. Ita posuit vocem τὶς et Nub. 1494. κἀγώ τιν' αὐτῶν τήμερον δοῦναι δίκην ἐμοὶ ποιήσω. Berg.

447. Ταυροπόλον. V. Eurip. Iph. Taur. 1457. Locum citavit Biset. Berg. Λυσ. Ms. Trin. Dobr.

448. ἐκκοκκιῶ σου—τρίχας. In eadem re utitur verbo ἐκτοκίζειν in Thesm. 574. V. 364. et ibi notam. Berg. στενοκωκύτους τρίχας. Sic lege στενοκω. per ο parvum. Significat autem hæc vox comam vel crines, in quibus στενάζει ἡ τιλλομένη, plorat quæ scinditur et vellitur. Quid sit ἐκκοκιεῖν (pro ἐκκοκκιεῖν dixit, sed alterum kappa exemit metri causa) diximus in Pace idem esse, quod Gallofranci dicimus egrainer, possemus Latine exciccare, quia ciccus κόκκος. Sed hic dixit ἐκκοκιῶ ἀντὶ τοῦ ἐρημώσω, vel potius ἐκτιλῶ et ἀνασπάσω. Fl. Chr. ἐκκοκιῶ. κκι Suid. ed. κυ Ms. in στενοκ. Pors. Ed. Med. ἐκκωκιῶ. Dobr.

450. Repone, οὐδέποτέ γ' ἡσσητέα. Elmsl. ad Acharn. p. 61. Cf. Soph. Antig. 678. Dind. —ποτ' σθ' (sic) Ms. Trin. Dobr.

451. ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς. Particula ὁμόσε de concursu hostili solet usurpari. Thucyd. libr. ii. in oratione Periclis altera: ἰέναι δὲ τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι. Berg.

453. τέσσαρες λόχοι. Ad hunc locum respexit Hesych. v. λόχοι Λακεδαιμονίων. V. etiam Schol. ad Acharn. 1073. Suid. v. λόχος, et Meurs. Lect. Attic. lib. i. c. 16. Kust. Non placet quod grammatici Græci aliique hos secuti putant hæc dici respectu Laconicarum cohortium. Potius putem comicum more suo ludere in voce, quia λοχεύειν etiam mulieres dicuntur; nempe quum sunt puerperæ. Berg. τέτταρες. Sic Regii [et Ms. Voss. ap. Bent.]. Vulgo τέσσαρες. Hesych. λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Ἀριστοφάνης, τέτταρες. Ad quem locum v. interpretes. Argutatur hic Berg. jocum ex ambiguo quærens, qui prorsus esset inficetus. Adludit comicus ad notissimas Lacedæmoniorum μόρας. V. Meurs. Att. Lect. i. 16. Brunck. τέτταρες Schol. Pors. τέτταρες Ms. Trin. Dobr.

454. γυναικῶν. ἀνδρῶν Suid. ed. Ms. Pors. λόχος et Schol. Acharn. 1073. Dobr.

457. Citat hunc locum Suid. v. ὦ σπερμαγ. Kust. σμερμαγ. Epitheton fictum et factum e mulieribus, quæ vendunt in foro omne genus semina, ova, pisa et olera, sequens ex alliis, caupona, et pane. In Plut. vel Divite fabula supra omnes mulieres clamosas existimat τὰς πανδοκευτρίας et λεκιθοπώλιδας. Eurip. matrem λαχανοπωλίδα fuisse dicunt vel saltem σκανδικοπωλίδα, i. e. olera vendidisse vel scandicem, quam cichorii speciem fuisse liquet ex Theophrasti historiarum libr. vii. cap. 10. ne diutius grammatici crucem sibi figant in ignotæ herbæ explicatione, ut nos docuit maximus in republica literaria dictator Jul. Cæs. Scal. Est autem mihi monendus lector de secundo versu ὦ σκοροπανδο. [ut Junt. et aliæ veteres] legendum videri ὦ σκοροδοπανδο. Fl. Chr. Frob. σκοροπαν — Ms. σκοροδοπαν — et Suid. in ὦ σπερμ—. Bent.

459. οὐκ ἐξέλκετ', οὐ παιήσετε. Sequor Venetum exemplar quod habet ἐξέλθετ', sed lego οὐ 'ξέλθετ' pro οὐκ ἐξέλθετε, ut metrum habeamus integrum, nisi mavis οὐκ ἔλθετ'. Sed quod ait παιήσετε, notandum est etiam παίειν esse πᾶν ὁτιοῦν συντόνως ποιεῖν, ut in Acharn. usus est hic noster. Dicebant autem Attici παίσω et παιήσω, ut in Nub. fabula [1125.], τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν. Mox ubi habes πολλήν γ' ἐὰν πλησίον, legerem πολλήν ἐάν γε πλησίον. Fl. Chr. οὐκ ἐξέλκετ'. Versus recto non stat talo. Quare ex Ms. Voss. rescribendum est, οὐχ ἕλξετ', οὐ παιήσετ' etc. Kust. Kust. in ed. sua οὐχ ἕλξετ' habet, bono quidem sensu, sed tamen debebat pristinam lectionem retinuisse potius, licet vitiosam et metrum corrumpentem. Nam potuit forte comicus scripsisse ἐξέλθετ', i. e. egredimini. In ed. certe Far. est οὐκ ἐξέλθετ', οὐ —quod si ergo particula negativa priore

loco deleatur, et metro et sensui non minus consultum est. Nam Flor. non est audiendus, qui *οὐ 'ξέλθετ'* esse scribendum putat, pro *οὐκ ἐξέλθετε.* Quis enim diceret interrogans, *nonne exite?* Berg. Frob. *ἐξέλκετ'*: Ms. *ἕλξετ'*. fo. *οὐκ ἔξετ'*: al. *οὐ 'ξέλθετ'*. Gry. *οὐκ ἕλκετ'*: Suid. *οὐκ ἐξελήσετ'*. Bent. *παιήσετ'*. Futurum est verbi *παίω* Atticorum more, qui futura barytonorum formant tanquam a contractis. Nub. 1125. *ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.* Sic Eq. 98. *κατακλινήσομαι.* Thesm. 653. *οἰχήσεται.* Vesp. 222. *βαλλήσομεν.* Pl. 21. *τυπτήσεις*: aliaque. — *οὐχ ἕλξετ'* habent duo Reg. quod e Voss. bene reposuit Kust. Aug. et Junt. *ἐξέλκετ'*, quod inepte Venet. typographi mutarunt in *ἐξέλθετ'*. Brunck. *οὐκ ἀρήξετε*; Wakefield. in Silv. Crit. i. p. 135. corrigit *οὐκ ἀράξετε*; Dind. *ἐξελήσετ'* Suid. v. *ὦ σπερμαγορ.* *ἕλξετ'* ex Ms. Kust. ad Suid. ii. p. 770. Pors.

461. Probuli, non feminarum. Imperat arcitenentibus suis recessum. Reisk. *παύσασθε.* Hoc ad mulieres, quæ viros terga dantes persequebantur. Berg. Frob. *παύσεσθ'*: lege *παύσασθ'*, et sic Ms. vel *παύεσθ'*. Bent. *παύεσθ'*. Sic Aug. Vulgo *παύσασθ'*. Brunck. *παύεσθ'*; *ἐπαναχωρεῖτε*; *μὴ σκυλεύετε*; Ita hæc scribenda, quæ vulgo affirmativa satis inepte accipiuntur. Hotib. Lege *παύεσθ'* ex Suid. ii. p. 770. *παύσασθ'* ed. Kust. Schol. Pors.

462. *οἴμοι ὡς* P. Dobr.

465. *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* Sensus exigit ut scribatur *νὴ τὸν Ἀπόλλω*, ut recte habet Ms. Vat. P. Probulus enim hic non negat, sed affirmat multum bilis feminis inesse. Kust. Hic etiam retinui pristinam lectionem. Verum enim est, negativam esse illam particulam plerumque et apud comicum vix ullibi aliter occurrere, nisi forte hic; invenitur tamen et affirmative, ut apud Aristænet. epist. 10. libr. i. *μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι.* apud Alciphr. libr. ii. epist. 4. *μὰ τὴν Καλλιγένειαν ἐν ᾗ νῦν εἰμι κατέχαιρον, ὦ Μένανδρε, ἐκπαθὴς ὑπὸ ἡδονῆς γινομένη.* ubi vide notas meas. Berg. *νὴ τὸν Ἀπόλλω.* Sic duo Reg. quod e Vat. bene reposuit Kust. ejecto spurio *μὰ*, quod erat in prioribus editionibus. At hoc revocavit Berg. licet fateatur, particulam illam negativam esse, et apud comicum vix ullibi aliter occurrere, nisi forte hoc in loco. Cur ergo veteri Cod. cui major quam denis edd. etiamsi omnes Far. essent, fides habenda, noluit obsequi? Quia scilicet apud Arist. et Alciphr. *μὰ* affirmans occurrit. Tanquam si ad normam recentiorum et vix balbutientium Græculorum exigendus esset Aristoph. Una est illa ex multis Berg. notulis, quas ille proculdubio retractasset, quasque peritus emtor, qui famæ illius consultum voluisset, plane suppressisset. Brunck. Particula *μὰ* non apud comicum solum, sed apud quosvis Atticos scriptores, aliorumque probatissimos, semper in *negatione* adhibetur; nunquam in *affirmatione*, nisi comitem *ναὶ* adjunctam habeat, cui tum vis omnis inest, ut Pl. 187. ubi quærenti Plut. *ἐγὼ τοσαῦτα δυνατὸς εἰμ' εἷς ὢν ποιεῖν*; respondet Chremylus: *καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῷ πλείονα.* Sed *μὰ* sine *ναὶ* apud veteres non affirmat. Afferuntur in contrarium exempla pauca e Plutarcho, Luciano, Libanio, aliisque recentioribus. V. Thomam M. in *μὰ* et Luciani interpretem t. ii. p. 718. et 767. Sed præterquam nihil ista ad Aristoph. faciunt, illorum forte locorum plures aliter quam vulgo in bonis Codd. exstant. Miror a nemine in exemplum adductum fuisse prioris ætate et auctoritate potioris Callim. Epigr. xii. (ed. Bat. xlv.) cujus ultimum hoc est distichon: *ὤπτηται μεγαλωστί, μὰ δαίμονας. οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ | εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.* Vertit interpres: *Torretur vehementer per deos: non de tramite aberro conjectura; furis vero vestigia ipse fur novi.* Sed prava est versio, et lectio, et interpunctio. Sic distingui et scribi oportuit: *ὤπτηται μέγα δή τι. μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ | εἰκάζω· φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον. μὰ δαίμονας* ad sequentem negationem pertinet, ut apud comicum millies. *Non, ita me dii ament, falsa conjectura ducor.* Vel *ab ejus figura tantum conjecturam facio: sed furis vestigia fur ipse novi.* *ῥυσμὸς figuram* significat, ut ostendit Menagius ad Diog. Laert. p. 415. Denique in memb. Vat. scriptum est *μεγάλη τι*, unde alii *μεγάλως τι* fecerunt, alii *μεγαλωστί*: perperam. Emendandum erat *μέγα δή τι*, quod conjectura adsecutum est Bent. acumen, cui nos stolidi morem non gessimus. Lineola tantum differunt ΜΕΓΑΔΗΤΙ et ΜΕΓΑΛΗΤΙ. Membr. Vat. menda orta ex frequenti commutatione literarum Α. Λ. Δ. cujus aliud exemplum est in nota ad Thesm. 456. Istuc *μέγα δή τι* Callim. in deliciis fuisse ostendit Princeps Criticorum. Sic Strato epigr. xxii. *καῦμά μ' ἔχει μέγα δή τι.* et Epigr. xlii. *καὶ μὴν καὶ τόν, ὅτ' ἐστὶν ἐν ἀγκάσιν, εὐθὺ θέλοντα, | καὶ παρέχοντα χύδην, οὐ πάνυ δή τι φιλῶ.* Brunck. *ἐν.* *εἶναι* Ms. Trin. Dobr.

466. In Ms. Vat. P. versus hic rectius sic legitur: *πολλή γ', ἐάν περ πλησίον κάπηλος ᾖ.* Kust. *πολλήν γ' ἐάν*: Insere *γε·* vel *τις.* Fl. Chr. *πολλὴν ἐάν γε.* Ms.

ἐάνπερ. Bent. Tunc multum bilis inesse dicit mulieribus, si prope sit caupo, apud quem divertentes potent et ebriæ rixentur. In Thesm. 747. dicit mulieres esse μέγα καπήλοις ἀγαθόν. Berg. πολλήν γ' ἐάν περ. Duo Reg. πολλή γ' ἐάν περ. Aug. πολλήν γ'—, quod congruum est. Repetendum enim ex interrogatione verbum οἶμαι. Vulgo πολλήν ἐάν γε—. Brunck. ἦ ed. Kust. Ms. Vat. P. πολλή γ' ἐάνπερ probante Kust. ἐάνπερ pro ἐὰν Schol. Lege πολλήν γ' ἐάνπερ, ut habet Ms. Trin. Pors.

467. Soph. Ajac. 1281. ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ' ἔπη. V. ibid. 1060. Eurip. Med. 325. ποτέ. Berg. Æsch. in Septemtheb. 1014. δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως. eosdem ibi mox προστάτας Καδμείων vocat 1034. Id. Πρόβουλε τῆσδε τῆς γῆς. Sic bene Kust. [et Bent.] ex nescio cujus emendatione. Tres Codd. cum Junt. aliisque vett. τῆσδε γῆς, mutilo versu. Brunck. τῆσδε γῆς Ms. Trin. Dobr.

468. εἰς λόγον. Ms. Vat. P. ἐς λόγους. Kust. Probarunt hoc Brunck. et Pors. ad Eurip. p. 300. Dind. Mireris hunc locum non obversatum esse Valck. rectius, si obversatus esset, intellecturo ἐμαυτὸν in Eurip. Phœn. 709. Pors.

470. καὶ ταῦτ' ἄνευ κονίας. Absque sordibus: nam κονία et κονίον et κονίτρον accipitur plerumque ἀντὶ τοῦ ῥύπους. Paulo post ubi habet κοιλιδιᾶν, lege κυλοιδιᾶν, ut est apud Theoc. primo idyllio, quum de senibus loquitur fractis ocello patrante, ut dixit satyricus Persius. Et quum ait λυποῦσα μηδὲν, intelligo μηδένα. Quod vero ait βλίττειν, hoc verbum est mel e favis eripere. Mox distinguo ἀνεκτὰ τάδ', ἀλλὰ β. Fl. Chr.

471. V. supra 438. Berg.

472. κοιλιδιᾷν. Id est ὑπώπια ἔχειν, φέρειν. Per metonymiam consequentis pro antecedente intelliguntur verbera. Berg. κυλοιδιᾷν. V. Ruhnk. ad Tim. p. 169. Dind. κυλωδιᾷν ed. Kust. Cf. Adr. Hering. Observ. vii. p. 59. Dav. Ruhnk. ad Tim. p. 122. Ita Ms. Trin. Pors.

474. Respicit Suid. in μηδὲ. κ. Pors. μηδὲν Ms. Trin. Dobr.

475. βλήττῃ Ms. Trin. Dobr. ὥσπερ σφηκιὰν βλίττῃ με κἀρεθίζῃ. Sic Suid. Ms. σφηκ. Pors. Ed. Med. βλίττει με κἀρεθίζει. Dobr.

476. ὦ Ζεῦ extra versum: vid. 541. Bent. χρησόμεσθα. Sic duo Reg. Vulgo χρησόμεθα. Brunck.

476-483. His versibus respondet antistropha 541-548. Stropham Reisig. i. p. 176. sic emendat: ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις; | οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδε γ'· ἀλλὰ βασανιστέον | τόδε σοὶ τὸ πάθος | μετ' ἐμοῦ γ', ὅ, τι βουλόμεναί ποτε τὴν | Κραναὰν κατέλαβον, ἐφ' ὅ, τι τε μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν, | ἱερὸν τέμενος. 1. Brunck. metri non intelligens scripsit τοῖσι et χρησόμεσθα. Reisig. In edd. ante Brunck. τοῖσιν scriptum est. τοῖς etiam Bent. correxit. Dind. 2. In antiquis exemplaribus est, οὐ γάρ (vel γὰρ) ἔστ' ἀνεκτὰ τάδ'. ἀλλὰ—. Reisig. Bent. correxit, οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδ' ἐστ', ἀλλὰ—. Dind. 3. Articulus τὸ est in Junt. libro et reliquis exemplaribus vetustis typis impressis, et Ms. libro Rav. Tacite omisit Brunck.: non solum contra metri leges, sed etiam præter Attici sermonis consuetudinem. Reisig. 4. Pronomini adjunxi particulam γέ, ut hiatus tolleretur. Reisig. i. p. 186. Herman. in Elem. doctr. metr. p. 383.: ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις; | οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτὰ τάδε γ'· ἀλλὰ βασανιστέον | τόδε σοὶ τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ | ὅ τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κραναὰν | κατέλαβον, ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρον, ἄβατον | ἀκρόπολιν, ἱερὸν τέμενος. Primi duo versus cretici sunt, quorum prior anacrusin habet. Tertius et sextus anapæstici dimetri brachycatalecti, reliqui duo acatalecti. Hæc Herman. Dind. Ζεῦ, τί ποτε | χρησόμεθα | τοῖσδε τοῖσι κνωδάλοις; | οὐ γάρ ἐστ' ἄνεκτα [sic] ταῦτ'· | ἀλλὰ βασαν- (5) | ιστέον | τόδε σοὶ τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ, | ὅτι βουλόμεναί ποτε τὴν | Κραναὰν κατέλαβον, | ἐφ' ὅ τι τε μεγαλόπετρ- (10) | ον ἄβατον | ἀκρόπολιν | ἱερὸν | τέμενος. V. 4. Vulgo τάδ': at ταῦτα tuetur Thesm. 563. ταῦτα δῆτ' ἄνεκτ' [sic] ἀκούειν. V. 7. τὸ male omisit Brunck. V. Reisig. Conject. p. 177. qui cantum hunc et sequentem pro antistrophis habet. 541. et sqq. ἐγὼ γὰρ οὔποτ' ἂν γ' | ὀρχουμένη κάμοιμ', | οὐδὲ τὰ | γοῦνα κό- | πος ἕλοι με (5) | καμάτηρος [sic]. | ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι | μετὰ τῶν δ' ἀρετῆς ἕνεχ', αἷς | ἔνι φύσις ἔνι χάρις | ἔνι θράσος, ἔνι σόφον [sic] (10) | ἔνι φιλόπολις | φρόνιμος ἀρετή. | V. 1. vulgo abest γ': quod sæpe ἂν comitatur. V. Erfurdt. ad Antig. 743. citantem Herc. F. 1196. Agam. 350. v. et Pors. ad Iph. T. 1217. Cum Reisig. consentit et Herman. de Metr. p. 383. ed. 2. Et sane hæc antistrophica esse possunt, modo legas ὦ Ζεῦ — τοῖς δὲ κνωδάλοις et ἔτ' ἄνεκτα [sic] τάδε γ' et οὔποτ' ἂν κάμοιμ' ὀρχουμένη, et οὔτε γόνατ' ἂν κόπος ἕλοι με καματήριος et ἔνι δὲ τὸ σόφον [sic] partim cum vulgatis, partim ex Hermanni meisque conjecturis. G. Burges in Classical Journal xxx. p. 288.

477. τοῖσδε τοῖσιν κνωδάλοις. Idem est quod paulo ante τοῖσδε τοῖς θηρίοις. Æsch. Eumenid. 648. ubi ad Furias dicit Apollo, ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν. V. ad Vesp. 4. Berg.

478. V. not. ad supra 200. Dobr.

480. Κρανάαν. Ita vocat nunc arcem Athenarum. Acharn. 75. de ipsa civitate, ὦ Κραναὰ πόλις. ubi v. not. Berg.

482. —πτερον Mss. Dobr.

484. μὴ πεῖθου. Sic scribendum esse evincit metri ratio [viditque Bent.]. Male vulgo πιθοῦ. Illud jam ante a me repositum postea inveni in duobus Reg. Iidem et Aug. [et Voss. ap. Bent.] seq. v. recte ad metri legem habent τοιοῦτον. Male vulgo τοιοῦτο, Brunck. Cf. Reisig. i. p. 204. Articulum τὸ, qui in edd. ante Brunck. omnibus legitur ante τοιοῦτο, Brunck. imprudens delevisse videtur Reisig. i. p. 205. Dind. Lege πείθου. Pors.

485. Locum exponit Suid. v. ἀκωδώνιστον. Kust. ἀκωδώνιστον ἐᾷν. Id est ἀπείραστον, ἀβασάνιστον. Metaphora sumta ab iis, qui fraxant vigilias et tabarum sono explorant, dormientes custodes. Alii a coturnicibus translatum putant, nonnulli ab equis, quidam a vasis. Est autem διακωδωνίσαι idem quod δοκιμάζειν. Fl. Chr. κωδωνίζειν proprie est explorare tinnitu aut sonitu monetam aut vasa. V. Ran. 729. Deinde absolute experiri. Dicunt etiam grammatici metaphoram esse ab explorandis vigiliis per κωδωνοφόρους, quidam etiam a probandis equis, an strepitum sufferre possint. Berg. ἐὰν τοιοῦτον Mss. Dobr.

486. αὐτῶν. Spiritu converso scribe αὑτῶν pro αὐτῶν, propter ἀπεκλείσατε, quod sequitur. Compellantur enim mulieres: et αὑτῶν est ὑμῶν. Reisig. i. p. 206. ἐπιθυμῶν Ms. Trin. Dobr.

487. τοῖς μοχλοῖς. Puto legendum τοῖσι μοχλοῖσι et jungenda hæc duo vocabula cum præcedenti versu, ut versum unicum Aristoph. faciant. Mox lego cum Venet. ed. ἀργύριον γῶν παρέχοιμεν, non σῶν παρέχωμεν. Est autem γῶν pro γοῦν. Fl. Chr. Turpiter depravatum hunc versum exhibent recentiores comici edd. ὅ τι βουλόμεναι τὴν ἀκρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς. Quæ imperiti nescio cujus editoris interpolatio est. In Aug. ut in Junt. ceterisque vet. edd. legitur, ὅ τι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε τοῖς μοχλοῖς. In Regio A. ὅ τι βουλόμεναι τὴν πόλιν οὕτως ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς. Nec aliter B. nisi quod οὕτως omittit. In eo voci πόλιν superscripta glossa τὴν ἀκρόπολιν, e Schol. expositione petita. Censebit quis forte lectionem prioris Reg. recipi debuisse; sed obstat syllabæ modulus in μοχλοῖς, quod nullibi apud comicum occurrit, nisi priore correpta. Itaque tutius fuit Dawes. [p. 365. ed. Kidd.] emendationem sequi, e penitissima Aristoph. metri peritia ductam. Vides eam ab antiqua leetione sola duarum vocum forma differre. Properanti librario, et ductus aliquot calami compendifacere volenti, commodum visum est τοῖς μοχλοῖς pro τοῖσι μοχλοῖσιν. Brunck. Prob. τὴν πόλιν ἡμῶν—τοῖς μοχλοῖς. lege τοῖσι μοχλοῖσι. Ms. delet τοῖς. Bent. Cf. Pors. in Censura p. 566. et Reisig. i. p. 208. qui monet, τοῖσι μοχλοῖσιν jampridem in ed. Lugd. Bat. 1624. scriptum esse. Dind. ὅτι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε τοῖσι μοχλοῖσι Dawes. Misc. Crit. p. 196. ex edd. hac et Wechel. ἀκρόπολιν ed. Kust. omisso τοῖς. Ut Wechel. habet Plantin. πόλιν quoque Schol. Pors. Vide Opusc. pp. xciv. 20. Dobr. τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς Ms. Trin. V. not. ad 290. Dobr.

488. παρέχωμεν. Ms. Vat. P. [et Ms. Voss. et Gry. ap. Bent.] παρέχοιμεν, idque rectius propter sequens πολεμοῖτε. Kust. Ed. etiam Far. habet παρέχοιμεν. Berg. [Habent etiam aliæ vett. Vid. Reisig. i. p. 212.] παρέχοιμεν. Solœce vulgo παρέχωμεν. Illud recte exhibent Aug. et B. In A. σῶν κατέχοιμεν. Brunck. Lege ex Ms. Vat. Pal. παρέχοιμεν. Vide Dawes. Misc. Crit. p. 84. Pors. Sic Ms. Trin. Dobr. δι' αὐτό. Id est, *per ipsum*: sc. ἀργύριον. Hanc enim significationem διὰ etiam cum accusativo interdum habet, ut docuimus etiam in notis ad Plut. Kust.

489. καὶ τἄλλα γε. Sic Regii [et Ms. Voss. apud Bent.] Vulgo τἄλλα τε. Brunck. Cf. Schæf. ad Bos. Ellips. p. 323. et Reisig. i. p. 212. Dind. τἄλλα γε Ms. Trin. Dobr.

490. Πείσανδρος. Ex hoc loco conjicio hanc fabulam publicatam fuisse post quadringentorum status eversionem, eo quod utitur tempore præteriti imperfecti ἐκύκων, *miscebant, confundebant;* quod evincit verbum ἔχοι in eodem tempore accipi debere, et sic eum loqui de Pisandri furtis ut præteritis et de politicis machinationibus, quæ fiebant anno xx. dum quadringentorum status obtinebat. Tum quod in eo statu τῶν υ' tyrannico non ausus fuisset Aristoph. Pisandrum eorum præcipuum et vastissimum traducere ut furem, contra legem: τοὺς ἄρχοντας μὴ κωμῳδεῖν, i. e. *archontes non traducere in comœdia.* Fuga autem Pisandri post statum quadringentorum eversum accidit æstate anni xxi.

ut ait Thucyd. lib. viii. [c. 98.]. Hunc autem Pisandrum ut timidum et non audentem contra tela oculos erigere traducit Xenophon in Symposio [p. 163. ubi v. Schneider.]. Palmer. De isto comicus noster in Babyloniis apud Schol. ad Avv. 1555. οἱ δῶρ' αἰτοῦντες ἀρχὴν πολέμου πορίσειαν μετὰ Πεισάνδρου. In isto loco πορίσειεν in singulari numero male erat scriptum. Berg. ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες. Sic etiam Suid. in κορκορυγάς. Perperam Regii τὰς ἀρχάς. Brunck.

491. αἰεί. [Sic Bent.] Vulgo ἀεί. V. infra ad 1230. οὕνεκα pro vulgato εἵνεκα habent Regii [et Ms. Voss. apud Bent.]. In Aug. ἕνεκα. Brunck. κορκορυγὴν ἐκύκων. Id est ταραχὰς ἐκίνουν. Sic in Pace usus est, et ipsam Pacem Lysimacham vocat. Fl. Chr. V. Pac. 992. Berg. Citat Suid. v. κορκορυγάς. Pors. οἱ δ' οὖν τοῦδ' εἵνεκα δρώντων. V. Acharn. 185. et ibi not. Berg. οὕνεκα Ms. Trin. Dobr.

492. Fo. καθελοῦσιν. Bent.

494. τί δὲ δεινὸν τοῦτο νομίζεις. Vulgo τί δεινὸν, claudicante versu. Brunck. Insere τὸ vel δέ. Bent. τί δὲ δεινόν. Pors.

495. οὐ καὶ τἄνδον. Eccl. 210. est idem argumentum. Berg. οὐ καὶ τἄνδον est in vetustis exemplaribus, typis exaratis, et ante Brunck. in recentioribus omnibus. Brunck. quod tacitus edidit, οὐ γὰρ τἄνδον —, id unde hauserit, nescio. Videtur e Codd. fluxisse manuscriptis. ὡς Reisig. i. p. 215. πάντα — ταμιεύσομεν Ms. Trin. Dobr.

497. σωθησόμεσθ' ἄλλως. Lege σωθησόμεθ' ἄλλως, ut versus sit ἔμμετρος. Mox pro ἀποκτέα ταῦτα lege ἀποδεκτέα, Attice pro ἀποδεκτέον, et sic legitur in Venet. exemplari. Fl. Chr.

498. V. Pors. Opusc. pp. 21. et 381. ubi monui veram lectionem totius loci exstare in Mss. Trin. et Vat. Pal. Dobr.

499. Hunc versum in impressis omissum tres codd. sic exhibent: ὡς σωθήσει, κἂν μὴ βούλῃ — δεινὸν λέγεις — ἀγανακτεῖς. Exciderat particula γε, quæ habetur infra 529. δεινόν γε λέγεις, κοὐ τλητὸν ἔμοιγε. Minus emendate A. σωθήσῃ. Brunck. Addit versum Ms. ὡς σωθήσει κἂν μὴ βούλῃ. ΠΡ. δεινὸν λέγεις. ΛΥ. ἀγανακτεῖς· Ἀλλὰ ποιητέα: et Schol. ὡς σωθήσει κἂν μὴ βούλῃ. Bent. Cf. Pors. Cens. p. 567. Dind. Post 498. Λυσ. χὡς σωθήσει κἂν μὴ βούλῃ. Προβ. δεινὸν λέγεις. Λυσ. ἀγανακτεῖς Mss. V. Not. ad supra 200. et Not. ad Nub. 952. Dobr.

500. Verba ἀλλ' ἀποδεκτέον ταῦτ' ἐστὶν ὅμως sunt Probuli. νὴ τὴν Δήμητρα sunt Lysist. ἄκοντί γε sunt rursus Probuli. Sic enim videtur mihi pro ἄδικόν γε legi debere. Reisk. ἀλλὰ ποιητέα ταῦτ' ἐστὶν ὅμως. Sic optime Regii [et Bent.]. Aug. ut Junt. et utraque Basil. ἀλλ' ἀποκτέα, quod quid sit, vel unde emerserit, neminem arbitror adhuc suspicatum fuisse. Ortum est a prava scriptura αλλα ποιητεα η, ut millies observatum ab iis qui Codd. tractarunt, in κ mutatum, et voces male distinctæ, ἀλλ' ἀποκτέα pro ἀλλὰ ποιητέα. Hoc primum certissimum est. In priore Venet. unde in ceteras transiit, emendatum fuit ἀλλ' ἀποδεκτέα, conjectura sane non inepta, quæque auctorem habet hominem eruditum. ἀποδέχομαι, unde verbale ἀποδεκτέον, exemplis illustrat Taylor ad Lysiam p. 768. ed. Lips. Sed longe præstat nostra lectio certa nixa auctoritate. Permutationis literarum η et κ permulta dabit exempla Junt. ed. quæ instar scripti Cod. est. Alterum observare memini in hac ipsa fabula 1281. ἴκλον pro ἴηλον. Brunck. Προβ. ἀλλὰ ποιητέα — Λυσ. νὴ — "ποιητέα P." Ms. Trin. V. Not. ad supra 200. Dobr.

501. Pleræque edd. ὦ τᾶν. Brunck. ω 'τάν. V. Reisig. i. p. 217. Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 224. Dind. τοῦδ' εἵνεκα πολὺ μᾶλλον. Legerem potius τοῦδ' εἵνεκα καὶ πολὺ μᾶλλον. Et puto veram esse hanc lectionem, ut τὸ καὶ omissum propter præcedentem syllabam κα errori ansam dederit. Fl. Chr. Fl. Chr. recte vidit, fulciendi versus gratia scribendum esse εἵνεκα καὶ πολὺ μᾶλλον, prout etiam habet Ms. Vat. P. Kust. τοῦδ' οὕνεκα. Sic recte B. et Aug. In A. τοῦγ' εἵνεκα. Regii καὶ πολύ. In Aug. et in vett. edd. καὶ omissum cum metri ruina. Brunck. Πρ. σωστ.—Λυσ. καὶ μὴ (sic) — Πρ. τοῦδ' Ms. Trin. Dobr.

502. Λυσ. ὑμῖν Ms. Trin. Dobr.

503. ἀκροῶ δὴ καὶ τὰς χεῖρας πειρῶ κατέχειν. Fl. Chr. pessime existimavit, ἀκροῶ et πειρῶ hic esse præsentia indicativi activi, quum sint præsentia indicativi medii, contracta ex ἀκροάου et πειράου. Verte igitur, *ausculta igitur, et manus cohibere stude.* Kust. ἀκροῶ est imperativus. Pherecrates apud Athen. p. 122. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, πρόσεχε τὸν νοῦν κἀκροῶ. Berg. Πρ. ἡμεῖς — Λυσ. λέγε — Πρ. ἀκρ. Ms. Trin. Dobr.

504. Λυσ. ἀλλ' Ms. Trin. Dobr.

505. Πρ. κλαύσει Ms. Trin. Dobr. Pro ΛΥ. Bent. Γραῦς, ob versum sequentem, ut animadvertit editor adnot. Dind.

506. ὦ γραῦς αὐτῇ κρώξαις. Emendo ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις. Videtur autem hoc fuisse proverbiale, ut in Irenâ [1063.] dixit εἰς κεφαλήν σοι. Sic autem Virgil. exprimere voluit: 'capiti cane talia demens Dardanio.' Paulo post pro ἠνεσχόμεθα

lege ἠνεχόμεσθα, et pro ἅττ' ἂν ποιεῖτε, ἅττα ποιεῖτε, et pro ἠρέσκετ' ἡμᾶς lego ἠρέσκετ' ἂν ἡμᾶς. Nam etiam accusativis jungitur τὸ ἀρέσκομαι. Fluxit autem ex superioris versus fine τὸ ἂν, quod illinc tollendum, hic addendum. Porro illa ταῦτα ποιήσω versum absolvunt eundem. Fl. Chr. ὦ γραῦς αὐτῇ κρώξαις. Sic male edd. priores. At scribendum est, ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις, ut habent Ms. Vat. P. (Schol.) et Suid. v. κρώζειν. Recte autem locum hunc exposuit Fl. Chr. Küst. ὦ γραῦ, σαυτῇ κρώξαις. Ita ed. Far. Est autem metaphora ab avibus infaustis. Berg. Λυσ. τοῦτο μὲν οὖν ὦ — Πρ. ταῦτα Ms. Trin. Dobr.

507. Ms. ἠνειχόμεσθα: lege ἠνεχόμεσθα ut Gry. Bent. Barbaram vocem, ἠνεχόμεσθα, Fl. Chr. excogitatam, tacitus in verborum continuationem induxit Kust. neque id proximos solum editores latuit, sed etiam Piersonem deduxit eo, ut annotatione ad Mœr. [p. 176.] ἠνεχόμην illud grammatici cujusdam in Biblioth. Coisl. Montefalc. non corrigeret, sed confirmare Lysistrata conaretur. In exemplaribus antiquis legitur ἠνεσχόμεθα, non ἠνεχόμεσθα. nam quod in Brub. est, ἠνεχόμεθα, oculorum vitio lapsi sunt typothetæ. Ita vel ex metro perspicuum est, magnum versu mendum contineri; quod indicavit Pors. Suppl. præf. ad Hec. [p. xix. ed. Lips.] idem in Mss. partim ἠνεσχόμεθα partim ἠνειχόμεθα legi ait. Accedit obscuritatis aliquid in verbis καὶ τὸν χρόνον: hæc enim expedias mihi, quæso, et da, quid significent. Equidem facile mihi persuasi, a pusillo ea interprete apposita fuisse olim verbis τὸν πρότερον πόλεμον, post in eam fraudem delatos esse librarios, ut illa in versum reciperent. Hoc si vere judicavimus, quoniam sublatis illis explendus versus est, efficiendæ ejus rei commodiorem non habeo rationem ullam, quam hanc, ut scribatur: ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον, πάντ' ἐξηνεσχόμεθ' ἀεὶ, | ὑπὸ σωφροσύνης τῆς ἡμετέρας, τῶν ἀνδρῶν, ἅττ' ἐποιεῖτε. Reisig. i. p. 217. 218. Pors. in Tracts and Miscell. Crit. p. 218. corrigit: ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον καὶ χρόνον ἠνεσχόμεθ' ὑμῶν. Dind. ἠνειχόμεθα Ms. Trin. (Sed v. not. ad 200.) Dobr. ἠνεχόμεσθα ed. Kust. ex Chr. Pors. Vide Præf. Hec. p. xix. Opusc. pp. 191-2. Dobr.

508. ἅττ' ἂν ποιεῖτε. Versus gratia lege ἅττ' ἐποιεῖτε. Kust. Sed et alias vitiosum est ἅττ' ἂν ποιεῖτε. non enim dicunt ita Græci, sed vel ἅττ' ἐποιεῖτε, vel ἅττα ποιοῖτε, quod etiam hic posset ingredi metrum, vel ἅττ' ἐποιεῖτε, vel ἅττ' ἂν ποιῆτε. Berg. Lege ἅττα ποιεῖτ' ἄν: vel ἅττ' ἂν ἐποιεῖτ': vel ἅττ' ἐποιεῖτ' ἄν: vel ἅττ' ἂν ἐποίουν. Ms. ἅττ' ἂν ποῆτε. Bent. τῶν ἀνδρῶν, ἅττ' ἐποιεῖτε. Sic recte A. Vulgo spreta et metri et sermonis lege ἅττ' ἂν ποιεῖτε. In B. saltem ad loquendi normam ἅττ' ἂν ποῆτε. Brunck. Cf. Reisig. i. p. 219. Dind. ποῆτε Ms. Trin. Dobr. Lege ἅττ' ἐποιεῖτε. Sic ἅττ' ἐποίεις Ran. 967. ἅττ' ἂν pro ἅττα quoque mendose legitur Pac. 642. nisi mavis ἂν ἐποιεῖτε. Pors.

605. τοῦ δέοι. Lege ut in Venet. ed., τοῦ δέῃ; τί ποθεῖς, suntque isti anapæstici versus, et postremus σὺ δὲ κωλύεις coronis anapæstica hac nota claudenda ⊳. Fl. Chr. τοῦ δέει. Attice pro τίνος δέῃ. In ed. Far. pro δέει est δέῃ ex communi dialecto. Vult autem dicere omnia parata jam esse ad mortem seni. Berg. Lege τοῦ δεῖ. Bent. τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει ἐς ναῦν. Hic versus in duas lineas; non enim adeo ineptus sum, ut versus eas appellem; vulgo discerptus est ad hunc modum: τοῦ δέει; τι ποθεῖς; | χώρει εἰς τὴν ναῦν. Teterrimam labem Codd. meis antiquiorem, qui nihil variant, nisi quod pro δέει A. habet δέῃ, sustuli, reconcinnato anapæstico dimetro. Scriptum fuit olim τί σε δεῖ, cujus in locum glossema se intrusit τοῦ δέει. Verbum δεῖ cum accusativo personæ construitur, qua de re videndus Valck. ad Hippol. 23. quem præstantissimum virum agniturum arbitror hac loquendi forma non abstinuisse Aristoph. Dubitationi locus esset, si unicum hoc ex mea emendatione proferretur exemplum. Sed en alterum: Conc. 298. ὡς ἂν χειροτονῶμεν | ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δέῃ τὰς ἡμετέρας φίλας. Exemplis ex Eurip. enotatis addantur ista: Herc. Fur. 1173. ἦλθον, εἴ τι δεῖ, γέρον, | ἢ χειρὸς ὑμᾶς τῆς ἐμῆς, ἢ ξυμμάχων. Ion. 1028. ὦ φιλτάτη καί, πάνθ' ἔχεις, ὅσων σε δεῖ. Brunck. Censor ed. Brunck. in Biblioth. f. alte Litter. u. Kunst i. p. 153. conjicit τοῦ δέῃ (sic). "Vulgo legitur, τοῦ δέει; τί ποθεῖς; χώρει εἰς τὴν ναῦν. Rectissime; modo [cum Bent.] scribatur, χώρει 's τὴν ναῦν." Meinek. in Curis Crit. in comicorum fragm. p. 13. Τοῦ δέει; τί ποθεῖς; Χώρει εἰς τὴν ναῦν. Contrahendum non est in unam syllabam τὸ δέει, ut quod a δεῖ non posset dignosci; quo tamen opus foret, si istam retineremus lectionem. Plut. 828. Μάλιστ'. Ἔπειτα τοῦ δέει; Πρὸς τὸν θεόν—; et sic passim. Haud omnino male Brunck. Τί σε δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει ἐς ναῦν, nisi quod et nimis hæc pro arbitrio, nec ferendus est hiatus in verbis χώρει ἐς ναῦν. Legendum minima mutatione, Τοῦ δεῖ; τί ποθεῖς; χώρει 's τὴν ναῦν. Ceterum his similia leguntur Alcest. Eurip. 255. quæ παρῳδεῖ comicus. Hotib. Antiquis in libris plerisque verba in hunc modum sunt scripta: τοῦ δέει; τί ποθεῖς; | χώρει εἰς τὴν ναῦν: nam quod ex Junt. in posteriora complura irrepsit δέοι, id ex typothetæ errore ortum. In his autem verbis, etiamsi ea ad antistrophicam formam nullam essent redigenda, tria tamen comparent vitia. Primum enim τοῦ δέει non efficit anapæstum, deinde χώρει εἰς hiat: quæ tollenda sunt: postremo non satis copulatur apte oratio cum superiore, nec placet admodum ista præfracta et aspera colloquendi ratio. Hoc si tollis, facile verba τοῦ δέει anapæsticis numeris accommodare: tum hiatum si correxeris, continuo proveniet antistropha. Quamobrem, quum ad sententiam priori annectendam particula aliqua desideretur, quæ concludat sermonem, valde probabile est τοῦ δῆτα δέει scribere; præsertim quum particula hæc insequentibus vocibus absorpta videatur: nam in exemplaribus Venet. Wech. et Ms. A. δέῃ positum est pro δέει, ut simillimi inter se litterarum sint ductus δηταδεηπι.—Jam vero, quoniam hiatum istiusmodi, ut vitiosum, fugerunt poetæ Atticorum scenici, scribo, χωρεῖν ἔστ' εἰς τὴν ναῦν—. Reisig. i. p. 263. 264. δέει ed. Kust. Pors. Suprasc. Ἑτέρα. τίνος δέῃ Ms. Trin. Dobr. Apud Eurip. Alcest. 254. Alcestis moriens dicit, Χάρων μ' ἤδη καλεῖ. τί μέλλεις; ἐπείγου. σὺ

κατείργεις, τάδ' ἕτοιμα. Apud Soph. Œd. Tyr. 1624. aut 1699. ad Œdipum, cui vitæ terminus instabat, vox dei alicujus: ὦ οὗτος, οὗτος Οἰδίπους, τί μέλλομεν χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται. Berg.

607. Acharn. 1087. δειπνεῖν κατακωλύεις πάλαι. Berg.

609. V. not. ad supra 200. Dobr.

610. ὡς ἔχω. Schol. βεβρεγμένος. Nam supra 383. et 387. viros aqua perfundebant. Forte etiam coronam mortuorum intelligit, quam seni imponebat paulo ante mulier. Berg.

611. ὅτι οὐχί. Sic bene Aug. Observes velim apud Aristoph. ι nuspiam elidi in ὅτι, non magis quam in περί. Nub. 1228. ὅτι ἐς δύ' εἶπεν ἡμέρας. τοῦ χρήματος; non ὅτ' ἐς, quod ambiguum fuisset, quum posset accipi pro ὅτε ἐς. Thesm. 275. μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν. non ὅθ' ἡ—. Ad eundem modum scribo adstipulantibus Codd. Ran. 922. ὅτι αὐτὸν ἐξελέγχω. 1386. ὅτι εἰσέθηκε. Eq. 101. ὅτι οὐκ ἐλήφθην. Acharn. 516. ὅτι οὐχὶ τὴν πόλιν λέγω. Et sic in omnibus locis, ubi vulgo facta elisio. Brunck. οὐχὶ προυθέμεσθά σε. Respicit, ut puto, ad ea de quibus Suid. περὶ προθεσμίας, qui mortis est terminus, nisi si προθέσθαι sit mortuum collocare, et, ut ait Persius, iii. rigidos calces in portam extendere. Fl. Chr. V. Eurip. Phœn. 1329. Berg.

612. Ms. σοὶ πρῷ πάνυ. Ἥξει: al. ἥξει. Bent. Legitur vulgo, ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν πρωῒ πάνυ. Mendosissime. πρωῒ dissyllabum non agnoscit Atticus sermo, nec semel quidem apud comicum occurrit, qui etiamsi eo usus fuisset, neutiquam tamen ultimam produxisset. Excidit pronomen ad sensum maxime necessarium, quod e Reg. Codd. repono: ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν σοι πρῷ πάνυ. Tres Codd. γοῦν una voce exhibent. De Attico πρῴ v. doctissimum Ruhnk. ad Tim. p. 160. et quæ notavi paucula ad Æsch. Prom. 702. ubi dubium non est, quin reponendum sit πρῴ γε στενάζεις. In A. emendate scriptum ΠΡΩ͂ι, ι ductu minore ad latus posito. In B. mendose πρωῒ pro πρωΐ, quomodo scribere solebant imperiti librarii, tametsi metri scansio monosyllabum requireret. Et ea est ratio, cur in Platonis Codd. semper πρωῒ occurrat, licet certum sit illum pro dialecti suæ more adverbium hoc semper una syllaba extulisse. Vera hujus vocabuli, ut et aliorum multorum pronuntiatio, e solis poetis cognosci potest, ad quorum normam eorumdem vocabulorum scriptura in metro solutis auctoribus reformanda est, quod meminisse velim futurum Platonis editorem. Brunck. σοι πρωῒ Ms. Trin. Dobr. Cum πρῷ sit monosyllabon, lego, σοι πρῷ, advenient tibi. Pors.

613. ἥξει παρ' ἡμῶν. Melius ἥξει, ut et Venet. habet ed. Deinde lego τὰ τρί' ἐσκευασμένα, non autem τὰ τρίτ'. Nam τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον intelligit, quia morte damnatis tria proponebant, gladium, laqueum, et cicutam. Quis non malit τὰ τρία Στησιχόρου. Fl. Chr. F. τὰ τρὶν ἐσκ—. Saltim fateri cogor me vulgatam non intelligere, etiamsi fortassis recte habeat. Quid si τὰ θρία, et hoc comice atque plebeie dixerit, pro ἐντάφια, amictum feralem. Cf. 664. ubi ἐντετριῶσθαι usurpatur pro indutus esse vestibus. Reisk. τὰ τρίτα. Sunt inferiæ tertio a sepultura die inferri solitæ, uti ἔννατα quæ nono inferebantur die. Berg. V. Wolf. Analecta iv. p. 551. Dind. Vulgo legitur, ἥξει παρ' ἡμῶν τὰ τρίτ' ἐσκευασμένα, mendose, quia τὰ ante literas τρ male et contra artem producitur. Reg. uterque recte ἐπεσκευασμένα. Vide notam ad 408. Brunck. ἐπεσκ. τ. Ms. Trin. Dobr. ἐπεσκευασμένα Schol. recte. Pors.

614. στρ. α'. 638. ἀντιστρ. α'. Bent. V. supra 424. et Av. 639. καὶ μὴν μὰ τὸν Δί, etc. Berg.

615. ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ', ἄνθρωποι. Id est ἐπιχειρήσωμεν. Puto autem meliorem Suid. lectionem ἀλλ' ἐπαποδυώμεθα τουτωὶ τῷ πράγματι, ut sit senarius versus, qualis erit sequens, si demas ταδὶ non necessarium. Nam τὸ δοκεῖ refertur ad τὸ πρᾶγμα. Fl. Chr. ἐπαποδυώμεθα. Metaphora a luctatoribus, qui nudi certabant. Lucian. ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. Æl. V. H. libr. xii. c. 1. πρὸς τὸν πότον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι. Berg. Vulgo legitur, ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ', ἄνθρωποι, τουτωὶ τῷ πράγματι. Istud ἄνθρωποι metri ratio facessere jubet, quod alias per se ineptissimum est. Duo Reg. [et Ms. Voss. ap. Bent.] dant ἄνδρες, quod etiam sine Codd. proclive erat reponere. Brunck. ἄνδρες Ms. Trin. Dobr. ἄνθρωποι. L. ἄνδρες, vel ὦ 'νδρες. Vocem om. Suid. ed. Ms. ἐπαποδυώμεθα. Pors. V. Præf. Hec. p. lviii. Opusc. p. xciv. Dobr.

616. ἤδη γὰρ ὄζειν γε ταδὶ μειζόνων καὶ πλειόνων. Sic Reg. ambo, nisi quod A. ὄζει habet: alter vero γε omittit. Vulgo ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ πλειόνων καὶ μειζόνων. Harum lectionum neutra sana est. Scribendum: ἤδη γὰρ ὄζειν πλειόνων καὶ μειζόνων | πραγμάτων ταδὶ δοκεῖ μοι. Prior versus senarius est iambicus: alter dimeter trochaicus. Sic olim emendaveram et scripseram in priore meo apographo, quod, tametsi retinendum erat, stolida nescio qua veterum librorum reverentia præpeditus in textu non reposui, et nunc ma-

nifesto video fuisse reponendum. BRUNCK. Strophica esse hæc, prætervidens Brunck. frustra turbat. Dochmaici hic et sequens : Ἤδη γὰρ ὄζειν γε ταδὶ μειζόνων | Καὶ πλειόνων πραγμάτων μοι δοκεῖ. Γε duorum Brunck. Reg. elegans est et retinendum. HOTIB. Deleto γε scribendum, ἤδη γὰρ ὄζειν ταδὶ μειζόνων καὶ πλειόνων. et sic Elmsl. quoque ad Acharn. p. 294. Respondet versus 638. DIND. μει. κ. π. Ms. Trin. DOBR. ταδί. Sic Suid. Ms. et μεγίστων pro μειζόνων. PORS. In v. ὄζειν scil. ubi ed. Med. τὰ διὰ πλ. καὶ μεγίστων. DOBR.

618. τῆς Ἱππίου τυραννίδος. Quasi tyrannidem affectent, quam obtinuit Athenis Hippias Pisistrati filius. Sed cur Hippiæ meminit præcipue et non alius alicujus tyranni? Schol. dicit, εἰκότως τοῦ Ἱππίου μόνου ἐμνημόνευσεν, πρεσβύτατος γὰρ ἦν οὗτος τῶν ἄλλων, Pisistrati filiorum nempe; de iis enim loquitur Schol. Propter *ætatem* inquit. Quasi vero Pisistratus, qui inchoavit tyrannidem, non fuerit senior filio suo. Non hæc est ergo causa. Alludit enim comicus ad ἵππον, qui κέλης dicitur, unde κελητίζειν obscœno sensu. V. Vesp. 497. κἀμέ γ' ἡ πόρνη χθὲς etc. ubi v. not. Eodem sensu hic in Lys. 678. dicit ἱππικώτατον γ ρ ἐστι χρῆμα κἄποχον γυνή. BERG.

619. Hic versus et tres sequentes dimetri sunt pæonici. BRUNCK.

622. ἄνδρες ἐκ Κλεισθένους. Clisthenes erat γυναικώδης, solebatque ferre κερκίδα, ut dixit Soph. cujus versus luculentos habes apud Suid. Is rasa semper apparebat barba, ut junior videretur. Proverbium hinc est *Clisthene intemperantior* vel *Clisthenem video.* Itaque quod ait hic δόλῳ, eo pertinet, quasi rasi essent ut Clisthenes. V. Suid. ποῖ γῆς ἀποδημεῖς. FL. CHR. Meminit hujus, quia erat γυναικώδης, ut dicit Schol. V. Eccl. 580. et sqq. BERG. κλεισθήνους Ms. Trin. DOBR. ἐκ Κλεισθένους. Mss. Vat. et Voss. rectius ἐς Κλεισθένους, i. e. *in domum Clisthenis*. KUST.

624-5. Duo hic versus videntur mihi dimetri trochaici, etsi primi pes primus. Sed illud ἐγὼ, quod in fine est alterius, tanquam glossema videtur tollendum. FL. CHR. τὰ χρήματα. V. Schol. BERG. Hi versus sic disponendi sunt : καταλαβεῖν τὰ χρήμαθ' ἡμῶν, τόν τε μισθὸν, | ἔνθεν ἔζων ἐγώ. Secundus est dimeter pæonicus, in quo non debebat Brunck. ἐγὼ delere. HERM. de metris p. 358. καταλαβεῖν τὰ χρήμαθ' ἡμῶν | τόν τε μισθὸν, | ἔνθεν ἔζων ἐγώ. Sic metra hujus loci describi debent, quæ non satis accurate digessi in libro de metris. ID. de emend. rat. Gr. Gr. p. 316.

625. τόν τε μισθὸν ἔνθεν ἔζων. Cave credas casu aut typothetæ negligentia omissam fuisse vocem ἐγὼ, quam in fine hujus versus addunt edd. omnes, agnoscuntque Codd. A mala manu est, ex inutili et inepta glossa orta. Versus hic dimeter est trochaicus, ut præcedens. BRUNCK. ἔζων ἐγώ (sic) Ms. Trin. DOBR.

628. Versum hunc et sequentem adducit Suid. v. διαλλάττειν. KUST. In διαλλάττειν subintell. τὴν ἔχθραν aut τὸ μῖσος. REISK. πρὸς hic adverbii vicem fungitur, nec construitur cum ἡμᾶς : idem est ac προσέτι. Ordo est : καὶ πρὸς διαλλάττειν ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς : *et insuper*. Sic in Æsch. Prom. 937. ὅπερ τελεῖται, πρὸς δ', ἃ βούλομαι, λέγω. Cf. Ran. 415. 611. Eq. 578. BRUNCK.

629. Ms. οἷσιν οὐδὲν πιστόν. BENT. οἷσι πιστὸν οὐδέν. De Lacedæmoniorum perfidia v. Acharn. 307. λύκῳ κεχηνότι. Proverbium est λύκος χανὼν, de quo Erasmus in *Lupus hiat*. BERG. οὐδὲν πισ. Ms. Trin. DOBR.

630. ἐπεὶ τυραννίδι. Legendum ἐπὶ et contra in sequenti versu ἐπεὶ φυλάξομαι, non ἐπί. Tum vero τυραννεύουσ', non τυραννεύσουσιν. FL. CHR. Ms. om. ἡμῖν et habet ἐπὶ cum Gry. pro ἐπεί. BENT. Om. ἡμῖν Ms. Trin. DOBR. Lege ταῦθ' ex Schol. PORS.

631. Eurip. in Herc. 258. ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ σὺ δεσπόσεις χαίρων ποτέ. BERG. Lege τυραννεύσουσ' ἐπεὶ ut Ms. BENT.

632. Vide Suid. v. φορήσω et v. ἐν μύρτου κλαδὶ, ubi locum hunc citat et explicat. KUST. ἐν μύρτου κλαδί. Exstant versus antiqui, puto scolion fuisse, metro Phaleucio ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω etc. Sed arbitror hos senes alludere ad feminarum libidinem. Nam μύρτος pudendum muliebre sæpe vocatur ab isto præsertim comico. Lego autem post Ἀριστογείτονι, non Ἀριστόγειτον, ut in Venet. ed. Utuntur vero Attici ut et Plato τῷ ἑξῆς in dativo, ut hic ἑξῆς Ἀριστογείτονι. FL. CHR. Scolion hoc erat in conviviis cantari solitum et recitatur ab Athen. p. 695. ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, ὥσπερ Ἁρμόδιος κἀριστογείτων, ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκαινέτην. ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν. His tota illa historia recte et breviter continetur. V. 1004. BERG. Alludit ad notissimum scolion, quod in minore nostra Anacreontis ed. legitur p. 83. τοῦ μύρτου, eo sensu quo usurpat hoc nomen infra 1004. Lacedæmonius cadu-

ceator, hoc equidem sum osor. Nolim tamen eos interpretes imitari, qui, ubicunque occurrit vox aliqua apud comicum, quæ ad obscœnum sensum detorqueri queat, illico aiunt eo poetam respexisse. Scio illum perquam libenter in ambiguitate vocum ludere, qui fons est ei jocorum facetissimorum: sed nihil inde haurit nisi lepidum et ingeniosum. Quod autem post Fl. commentus est Bergl. id sane insulsum est. BRUNCK.—σω ξί. Ms. Trin. DOBR.

633. V. Suid. v. ἀγοράσω. KUST. Ἀριστογείτονι. Columnam ejus intelligit. BERG. Lege Ἀριστογείτονι ut Gry. et Ms. BENT.

634. *αὐτὸς γάρ μοι.* Puto pro αὐτὸς melius legi αὔτως, nisi αὐτὸς sit pro auctore: nam et in Ran. αὐτὸς est ὁ δεσπότης et αὐτὸς ἔφα dixit Pythagoras de deo, vel αὐτοῦ lege. FL. CHR. F. παρ' αὐτόν. γίνεται γάρ μοι πόθος, aut παρ' αὐτόν. αὖρα γάρ μοι γίνεται.—Interdum αὖρα pro *instinctu, impetu* sumitur, ut in illo Anthologiæ Constantini Cephalæ carm. 471. p. 29. ed. nostræ καί τινος αὔρῃ δαίμονος εἰς τὸν ἑὸν τύμπανον ἧκε χέρας. Timo apud Diog. Laert. p. 582. τίνος αὖραι Ἑλλάδ' ἔχουσι. REISK. Sententia pariter ac metrum reponi suadent, vel, ut Bisetus jussit, Ὧδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν· αἴτιος γάρ γίγνεται | Τῆς etc. vel, asyndeto usurpato, αἴτιός μοι γίγνεται etc. Aristogitonem, virum strenuum, esse sibi auctorem ait chorus colaphos anui pessimæ infligere. HOTIB. αὐτὸς γάρ μοι γίγνεται. Sic quidem libri omnes, sed manifesta corruptela, ob spondeum in quinta octonarii sede. Metri labem non persensisse videtur Berg. qui solius sententiæ ductu αὐτὸ suasit. Fl. meras egit nugas. Menda est in γὰρ, ratiocinativa particula, cui nullus est hic locus. Legendum αὐτὸς οὖν μοι γίγνεται. Nisi forte quis putet γὰρ subnatum esse ex ἄρ', qua gratia legere etiam possit, αὐτὸς ἄρ' ἐμοὶ γίγνεται. Quod ad sententiam attinet, v. not. ad Nub. 1483. BRUNCK. αὐτὸς auctorem non posset significare. Scribendum videtur: αὐτόθι γάρ μοι γίγνεται | τῆς θεοῖς ἐχθρᾶς πατάξαι τῆσδε γραὸς τὴν γνάθον. HERM. ad Nub. 1487. Mallem αὐτό. BERG. (Sic etiam Pors. apud Kidd. ad Dawes. p. 443. DIND.) "Al. αὐτὸ γάρ. Ms. αὐτὸς et annotat λείπει βοηθός." BENT. L. αὐτὸ γάρ. Pessime Fl. Chr. αὔτως vel αὐτοῦ. PORS. αὐτὸ jam olim ed. LB. 1624. pro v. l. DOBR. αὐτὸς ut Kust. Gl. λείπει βοηθὸς Ms. Trin. ID. De vitio metri consentiunt grammatici; de correctione dissentiunt: de qua varie periclitatus est Brunck. Herman. libro de metris p. 117. assentitur Brunckio de αὐτὸς ἄρ' ἐμοὶ—. alibi idem sensit aliter. recte enim ille ad Nub. 1487. quod αὐτὸς auctorem significare negat. Sed dudum jam aliquid certe Bergl. vidit; quem pro nimia levitate sua contempsit Brunck. Scriptum est enim ab Aristoph. ut arbitror: Ὧδέ θ' ἑστήξω· παρ' αὐτὸν αὐτὸ γάρ μοι γίγνεται· *propter Aristogitonis enim statuam stanti mihi illud ipsum contingit, ut scelestæ hujus anus maxillas feriam.* REISIG. i. p. 146.

635. *τοῖσι θεοῖσιν ἐχθρᾶς.* Claudicabit versus. Ut rectum habeas, censeo legas τοῖς θεοῖς ἐχθρὰς vel τὰς θεοῖς etc. FL. CHR. Frob. τοῖσι θεοῖσι: lege vel τοῖς θεοῖς vel τῆς θεοῖς, ut supra [v. 623.]. BENT. Cf. Reisig. i. p. 181. DIND. τῆς θ. P. Ms. Trin. DOBR. τῆς θεοῖς ed. Kust. PORS.

636. Hinc videtur incipiendum, non ab illis ἀλλὰ θώμεσθ', et est velut ἀντεπίρρημα, et omnes versus fere similes, nisi quod in quibusdam claudicatur per errorem, puto, librariorum. FL. CHR. οὐ γὰρ —ἡ τεκοῦσα γνώσεται. Forte quia non habent jam matrem tanquam valde senes. BERG. οὐ γὰρ εἰσίοντα σ' οἴκαδε· *scilicet quando domum veneris, non agnoscet mater tua te illum fuisse, qui sibi alapam inflixerit.* Admonet eum ne inscius matrem cædat, reputans aliam esse. REISK. Lege εἰσίοντα σ'. BENT. At ea non est scriptura Bent. nisi senescentis. EDIT. not. Bent.

637. Chorus vetularum commemorat commoditates, quas in juventute sua habuerit in republica Atheniensi, ex legibus et institutis civitatis. BERG. θώμεθ'— γραῖες Ms. Trin. DOBR.

641. *γεγῶσ',* non, ut vulgo, *γεγῶσα,* habent duo Reg. et recte quidem. Versus hic dimeter est pæonicus, ut et tres sequentes et 638. BRUNCK.

642. *ἠῤῥηφόρουν.* Ἀῤῥηφορία vel ἐρσηφορία sacrificia sunt, quæ a virginibus ferebantur in honorem Erses Cecropis filiæ vel deæ puta Dianæ, et dicta ἀῤῥηφορία quasi ἄῤῥητα ἐν κίσταις φερόμενα μυστήρια. Hesych. agnoscit ἐῤῥηφόρους ut hic. Menander autem comœdiam docuit titulo ἀῤῥηφόρου vel αὐλητρίδος, ut testatur Athen. apud quem mendum esse arbitror libro x. quum de panibus agit. Ait enim turundam illam, quæ νάστος dicitur, fieri solitam τοῖς ἀρνηφόροις, puto legendum ἀῤῥηφόροις. FL. CHR. Ed. Far. ἠῤῥηφόρουν recte. Est autem vel ab ἀῤῥηφορεῖν pro ἄῤῥητα φέρειν, *mysteria gestare;* vel ab ἐῤῥηφορεῖν pro ἐρσηφορεῖν. Gestabant arcana illa sacra puellæ cistis. BERG. ἠῤῥηφόρουν. Sic emendate Aug. et A.

Perperam vulgo ἠῤῥιφόρουν. V. Meurs. Gr. Fer. in Ἀῤῥηφόρια. Brunck.

643. εἶτ' ἀλετρὶς ἦ. De his molitricibus v. Schol. Illud autem ἦ est pro ἦν et ἤμην *eram*, ut Plut. 77. ubi v. not. De δεκέτις v. not. seq. Berg. ἦ δεκέτις. Puto ἦ esse pro ἔα per synæresin et hunc locum innui a Suid. voce ἦ, aut positum est pro ἤμην. Fl. Chr. Frob. ἦ: al. ἦ i. e. ἦν Attice et Ms. ἦ· ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Bent.

644. Ἀρχηγέτις. Scribendum est Ἀρχηγέτι, ut sit dativus contractus, vel scribendum citra contractionem Ἀρχηγέτιδι. In dativo accepit Schol., apud quem legitur Ἀρχηγέτι, τῇ δεσποίνῃ Ἀρτέμιδι, id est *Dianæ dominæ*. Ordo autem horum verborum est: οὖσά τε δεκέτις, ἦ ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις, κατέχουσα κροκωτόν. Nempe virgines decimo ætatis initiabantur Dianæ, unde id δεκατεύειν dicebatur. V. not. seq. Berg. Lege οὖσά τ' ἀρχηγέτις. Ms. οὖσα τ' ἀρχηγέτι. τῇ δεσποίνῃ Ἀρτέμιδι, ὡς Δήμητρι. Ergo ordo est ἀλετρὶς ἦ δεκέτις οὖσα τῇ ἀρχηγέτι, κἆτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις. Scal. καταχέουσα τὸν κροκωτὸν— ἦ 'ν. V. Suid. in ἄρκτος ἐν Βραυρ. Bent. Ἀρχηγέτι. Sic tres Codd. Perperam vulgo Ἀρχηγέτις. Dativus est contractus, ut μῆτι. [Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 429.] Significatur Diana, quæ in Braurone colebatur, et *præses* erat illius pagi. V. rursus Meurs. Gr. Fer. in Βραυρώνια. Brunck. οὖσα τἀρχηγέτι Buttmann. Gr. Gr. t. i. p. 211. Dind. οὖσα ἀρχηγέτι. Mss. Dobr.

645. καταχέουσα τὸν κροκωτόν. Mss. Vat. et Voss. rectius κατέχουσα τὸν κροκωτόν. Kust. καταχέουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις. Sic legendus hic versus. Claudicat vulgo ob omissionem articuli τὸν, quem habent tres Codd. cujusque indicium, seu potius reliquias servant vett. edd. in quibus excusum καταχέουσαν. In Aug. perspicue καταχέουσα. In Regiis κατέχουσα, quod in duobus aliis repertum præferendum duxit, immo in textu reposuit Kust. sine ullo acumine, summaque cum metri imperitia. Nam κατέχουσα respuit versus trochaici lex, quæ trochæum vel tribrachyn, neutiquam vero pyrrichium in prima sede admittit. Præterea absurde est illa lectio. Quis unquam κατέχειν κροκωτὸν Græce dixit, pro *crocota amictam esse?* καταχέουσα τὸν κροκωτὸν significat *laxam, recinctam fluere sinens crocotam, fluente crocota amicta*. Brunck. τὸν κρ. Ms. Trin. Dobr. ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις. V. omnino Suid. v. ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις et Schol. vet. ad hunc locum. Kust. In ed. Venet. ἦν legitur, sed malim ἦ 'ν pro ἦ ἐν. Legerem autem καταχέουσα τὴν κροκ. Quid sit autem ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις, v. apud Suid. Virgines nupturæ sacra faciebant Artemidi, et hoc ἀρκτεύειν dicebatur vel δεκατεύειν, quia decennes erant virgines ἀρκτεύουσαι: neque enim minores quinque annorum vel majores decem oportebat esse. Corrigenda mihi videntur Hesych. grammatici veteris exemplaria, ubi ait ἀρκτεία· τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελευτή· ἀρκτεύει γὰρ καθιεροῦν. Lege τελετὴ et ἀρκτεύειν. Paulo post ubi habes ἦν ἂν ἀναμείνω delendum τὸ ἂν ut glossema τοῦ ἦν. Sed quod Probulus ait supra ἆρα προὐφείλω, in Venet. ed. deest Probuli persona et loquitur chorus mulierum. Fl. Chr. Virgines, quum initiarentur Dianæ, oportebat crocotulam gestantes inter sacrificandum reptare instar ursæ; unde etiam ἀρκτεύεσθαι illæ tunc dicebantur. Originem illius ritus exponunt grammatici Græci. Quum olim Athenis fuisset occisa ursa mansueta, Dianæ sacra, quod irritata læsisset quandam virginem, pestilentia mox invasit regionem. Ad placandam itaque Dianam introduxerunt illum ritum. Quidam vero dicunt, illa, quæ circa Iphigeniam in Aulide contigisse feruntur, ut notum ex Eurip. in Braurone, loco quodam Atticæ, facta esse, sed paulo aliter. Quum enim ibi Agamemnon esset immolaturus Dianæ filiam suam Iphigeniam, hanc divina virtute ex cæde ereptam esse, et loco ejus ad mactandum subjectam ursam, non cervum. Itaque ἄρκτευσις illa virginum Atticarum in memoriam hujus rei fuerit instituta. Berg. ἦ pro ἐν Suid. Ms. v. ἄρκτος. Pors. Articulo præf. Ἄρκτος. ἡ βραυρωνίοις in ed. Med. Ἄρκτος. Dobr.

646. κἀκανηφόρουν. Hoc etiam virginum erat. V. infra 1196. Berg.

647. σχοῦσ'. Sic ad metri præscriptum [cum Bent.] scribendum. Vulgo ἔχουσ'. Brunck. παῖς καλή, σχοῦσ' ἰσχάδων ὁρμαθόν. Libri omnes pro σχοῦσ' habent ἔχουσ'. Dicere debebam, ingrati hiatus vitandi gratia ἔχουσ' me in σχοῦσ' mutasse, de metri autem præscripto silere, quod minime observavi. Quod enim pro versu dedi, versus non est, ne trochaicus quidem, quippe qui desinat in duas breves; nec, si pro tali haberi posset, in hoc canticum rite insereretur, cujus constructio non alios admittit trochaicos, quam dimetros et tetrametros. Versus esse debet tetrameter pæonicus, quod manifesto ostendunt tres integri pedes, secundo duobus temporibus defecto. Facile erat frequens librariorum peccatum hic depre-

hendere, quorum culpa excidit præpositio verbi compositi. Scripserat comicus, παῖς καλὴ, περιέχουσ' ἰσχάδων ὁρμαθόν. Agnoscis jam suavissimos pæonicos numeros. περιέχουσα autem præcise dictum valet ἔχουσα περὶ τὸν τράχηλον. Id. ἰσχάδων ὁρμαθόν. Sic κριβανιτῶν ὁρμαθὸς in Plut. 675. Berg.

648. In ed. Farr. recte deest hic Probuli persona et v. seq. ΧΟ. ΓΥ. nam omnia hæc a choro mulierum dicuntur. Berg. Dele ΠΡ. et mox ΧΟ. ΓΥ. Bent. Delenda persona Probuli. Sunt enim anus ejus, quæ præcedentia dixit. *Ego ergo, quæ tot honores in patria gessi, nonne debeo in compensationem ipsi utilia suadere?* Delenda quoque persona sequenti versui præfixa. Reisk. Om. Πρ. tum τῇ π. τί χ. Ms. Trin. Dobr.

649. εἰ δὲ etc. V. Acharn. 496. μή μοι φθονήσητ', etc. Berg. "Om. Xo. Γυ. Mss."—φθονῆτε Ms. Trin. (sed v. not. ad supra 260.) Dobr.

650. Mallem sic constituere: ἦν ἀμείνω τῶν παρόντων γ' εἰσενέγκω πραγμάτων. Nam γε ad παρόντων πραγμάτων pertinet. Reisk.

651. τοὐράνου. Cave de cœlo intelligas. Est enim pro τοῦ ἐράνου. Sic autem vocat τὴν ἐκ κοινοῦ ἑστίασιν et εἰσφοράν. Latini collectam, symbolum, contributionem, munus. Postea enim vocat ἔρανον παππῷον, quod quid sit explicatur apud Suid. his verbis: ἐγένετο ἐπὶ τῶν Μηδικῶν (sic autem Aristot. in Polit. dixit τὰ Μηδικὰ) ψήφισμα, ὥστε ἕκαστον κατὰ δύναμιν συμβαλέσθαι εἰς τὰ κοινὰ χρήματα, ταῦτα δὲ ἔταξεν Ἀριστείδης δοῦναι τοῖς συμμάχοις, εἰ τοῖς βαρβάροις πολεμοῖεν. Quibus verbis intelligitur, temporibus belli Medici scitum fuisse, ut in ærarium conferret unusquisque pro facultate certam pecuniam, quæ jussu Aristidæ tribueretur socialibus et auxiliaribus copiis, quæ barbaros bello infestarent. Fl. Chr. "ἂν om. Mss." Dobr.

653. Locum hunc ex vett. Schol. bene explicat Suid. v. Μηδικὴ et v. παππῷον. Kust. τὸν ἔρανον. Illud tributum est, quod ordinante Aristide contulerunt quum Persæ invasissent Græciam: τὰ Μηδικὰ enim sunt τὰ Περσικὰ apud bonos scriptores. Berg. Fo. ἐπὶ τῶν. V. Suid. in Μηδικῶν: at ἐκ Suid. in παππῷον. Bent. V. Schneider. ad Xenoph. opusc. polit. p. 125. Dind.

654. εἶτα. Hanc particulam Schol. hic dicit abundare. Berg. Ms. εἶτ' ἀναλώσαντες. τὸ εἶτα παρέλκει: sed forte ἀνταναλώσαντες. Bent. εἶτ' ἀναλώσαντες. Metro coactus poeta particulam εἶτα ante participium collocavit, quæ ei subjici debebat. Ordo enim naturalis est, ἐπεὶ τὸν ἔρανον ἀναλώσαντες, εἶτα οὐκ ἀντεισφέρετε. Observatum hoc Kœn. ad Corinth. de Dial. p. 62. [146.] ubi usus particulæ εἶτα post participia comico admodum familiaris illustratur. Brunck.

656. ἆρα γρυκτόν. Id est ἆρα γρύξαι ὀφείλετε ἢ παῤῥησίαν ἄγειν; *An*, inquit, *mussandi causam habetis aut liberius loquendi?* Fl. Chr. ἆρά γε Suid. v. ἆρα. Ut vulg. γρυκτόν. γε om. Suid. Ms. v. ἆρα. Pors.

657. ἀψήκτῳ πατάξω. Verberabo, inquit, genas tuas duro calceamento. Est enim ἄψηκτον σκληρὸν et ἀμάλακτον. Fl. Chr. Suid. explains ἀψήκτῳ in this passage ἀκαμάτῳ, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ: but why may it not mean *unwiped; dirty as it is?* John Seager. κατάξω. Legit interpres πατάξω et interpretatur *verberaverim*, quod melius; sed ἀψήκτῳ interpretantur ἀκαμάτῳ, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ, forte ex Suid. Sed melius mihi videtur intelligere πηλώδει, μολυνομένῳ, a privativo α et ψήχω τὸ ψάω *detergo:* et Suid. quidem secutus est Biset. sed a Suid. ad rationem provoco; nam cothurnus non habet tantam duritiem. Palmer. Citat hunc locum Suid. v. ἀψήκτῳ. Pro κατάξω autem, quod priores edd. habent, reposuimus πατάξω, secuti auctoritatem non solum Msstorum, sed etiam Suid. v. ἀψήκτῳ. Kust. Ms. πατάξω. Bent. πατάξω. Ita ed. Farr. et teste Kust. Mss. necnon Suid. Aliæ edd. κατάξω, quod et ipsum non est alienum. Berg.

658. στρ. β'. 682. ἀντιστρ. β'. 658. lege ταῦτ' οὖν ut Ms. Bent. ΠΡ. ταῦτ'. Mss. versui huic rectius præfigunt χορ. γερ. i. e. chorus senum. Kust. In ed. Far. præfigitur ΠΡ. i. e. Πρόβουλος. Etiam bene. In aliis autem edd. ΧΟ. ΓΥ. i. e. χορὸς γυναικῶν male. Kust. ex Mss. præfixit ΧΟ. ΓΕ. i. e. χορὸς γερόντων, non male. Berg. Hic et duo seq. versus male distincti sunt. In Regiis diversa est nec tamen melior primi scriptura: ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὸ πρᾶγμ' ἐστίν. Rescribe: ταῦτ' οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' | ἐστὶ πολλή; κἀπιδώσειν | μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μᾶλλον. Primus dimeter est iambicus catal. quem sequuntur duo dimetri trochaici. Brunck. Scribe: ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ' ἐστὶ κ. τ. λ. Herm. ταῦτ' οὖν οὐχ ὕ. τὸ πρᾶγμ' (sic) Ms. Trin. Dobr.

659-60. "Citat Suidas v. κἀπιδώσειν." Toup. in Suid. ii. p. 69. δοκῶ Suid. ed. v. καπιδ. sed om. Ms. Pors.

661. ἐνόρχης. Quia cum mulieribus iis negotium est. Oportet autem *rem agi magnis testibus*, ut est in Priapeis. Berg. ὅστις ἐν Ms. Trin. Dobr.

662. In ed. Far. hic præfigitur XO. ΓΕ. etiam bene, quia secundum antecedentia Probulus dixerat. BERG. ἐξωμίδα. Erat tunicæ et pallii vicem ἡ ἐξωμὶς, id est χιτῶνος et ἱματίου. Nam et indui poterat et superindui. Puto fuisse quod Gallo-franco vocamus idiotismo *souquenie*. Itaque recte vocat Hesych. χιτῶνα δουλικόν. Sed locus apud illum grammaticum mihi videtur corruptus et emendandus. Suid. quidem non satis sibi constat quum ait esse χιτῶνα ἐλευθέριον et mox εὐτελῆ. FL. CHR.

663. ἐντεθριῶσθαι. Metaphora sumta a cibis vel edulibus quæ circumvoluta foliis ficus, quæ θρῖα dicuntur. Hinc verbum ἐντεθριῶσθαι pro ἐνεσκευάσθαι et ἐντετυλίχθαι. Galli dicimus *envelopper*. Habes hanc vocem in Acharn. FL. CHR. Schol. ἐντετυλίχθαι, ἐνεσκευάσθαι· μετῆνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ λεγομένου θρίου, ὃ ἐν σύκου φύλλοις εἰλεῖται. Hic ἐνεσκευάσθαι scripsi pro ἐσκευάσθαι. Usurpavit autem illud verbum de amictu comicus Acharn. 383. de cibo, quamvis non de thrio ibid. 1095. BERG. Citat Suid. in ἐντεθρ. BENT.

665. Citat Suid. in Λυκόποδες. BENT. λυκόποδες. Lycopodes dicebantur stipatores regii et servi grandiores, quos Franci et Itali vocant *estaffiers*, quia pedes haberent amictos pellibus lupinis, ne urerentur ἀπὸ τοῦ περιέχοντος, ut ait Suid. sed verbis, ut puto, corrigendis, aut quia insigne lupi gerebant in clypeis. Sed hoc loco Aristoph. intelligit Alcmæonidas, qui bellum inferebant Hippiæ tyranno et Pisistrati filiis, munimentumque habebant τὸ λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος, εἰς ὅπερ συνῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, ut idem ait Suid. Dictum autem Lipsydrion mons Atticæ a defectu aquæ, quem muniverat Alcmæon. Eustath. in libr. iv. Il. [p. 461.] hujus historiæ meminit, quum ait Ἄργος πολυδίψιον vocari posse λειψύδριον et ab Agamemnone puteos cavatos in Aulide et Attica, scoliumque affert, quo laudabantur Alcmæonidæ, qui in Lipsydrii obsidione occubuerant. Id tale est: αἶ αἶ Λειψύδριον προδοσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας μάχεσθαί τ' ἀγαθοὺς καὶ εὐπατρίδας, ut proverbium hinc manarit, *pugna ad Lipsydrium*. Scribitque Hesych., Alcmæonidas Λυκόποδας vocatos a quibusdam propter pedum albedinem, quia semper vincti erant. FL. CHR. V. Schol. Compellat autem senum grex sese hoc nomine, quasi et ipsi tunc fuerint inter Alcmæonidas (solet enim comicus choro senum tribuere, quæ longe antecesserunt ætatem illorum hominum), ut æmulentur scilicet Alcmæonidarum virtutem oppugnanda tyrannide Hippiæ, quia nunc etiam mulieres affectent ejusmodi tyrannidem. Supra enim 620. dicebat, καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος. Alias Lycopodes dicuntur etiam tyrannorum satellites. Est autem origo nominis a pellibus lupinis, quibus tuebantur pedes. BERG. Scribendum ἀλλ' ἄγετε λευκόποδες. HERM. de metris p. 358. Λειψύδριον. De isto Lipsydrio et de Alcmæonidis cantabant scolion in conviviis, quod v. apud Athen. p. 694. BERG.

666. ὅτ' ἦ μὲν ἔτι. Puto legendum ἦμεν et ἀνηβῆσαι, quomodo legitur et in Venet. ed. Est autem ἀναπτερῶσαι μετέωρον ποιῆσαι. FL. CHR. V. ad Acharn. 697. ubi etiam senum chorus dicit ὅτ' ἦμεν. BERG.

669. κἀναπτερῶσαι. Hanc metaphoram explicat ipse comicus in Avv. 1437. et seqq. BERG.

670. V. Ran. 343. et Pac. 336. τὸ γῆρας ἐκδύς. BERG.

671. Laborat etiam versiculus iste. Repone, σθαι τοδὶ τὸ γῆρας. dimeter est trochaicus brachycatal. quem phallicum vocant. BRUNCK. Nihil mutandum. Respondet versus 695.

672. ἐνδώσει λαβήν. In Eqq. 842. λαβὴν γὰρ ἐνέδωκας. BERG.

673. λιπαρᾶς χειρουργίας. Nihil, inquit, remittent mulieres assiduæ operæ et audaciæ. Est enim hic λιπαρὸν, προσεχὲς, dictum porro παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι. Legendum porro τεκτανοῦνται in futuro. Quod autem sit de Artemisia, innuit proculdubio nobile illud strategema, quod ausa est regina illa Cariæ, quum in portu suo captas Rhodiorum naves ascendit et ita Rhodum victrix ingressa est, quam historiam luculenter describit Vitruv. lib. ii. FL. CHR. λιπαρᾶς. Lege λιπαροῦς. at λιπαρᾶς Suid. in λιπαρές. BENT. Scribendum potius λιπαροῦς a λιπαρὴς, quod est a λίαν παρεῖναι, ut ait schol. Aliud est λιπαρὸς, unde λιπαρὰ et genitivus λιπαρᾶς, quod nec versus hoc loco potest tolerare. BERG. λιπαροῦς χειρουργίας. Absurde vulgo et labante metro legitur λιπαρᾶς. Illud reponendum esse vidit etiam Berg. BRUNCK. λιπαρὰς Suid. Ms. χειρουργίας. sed explicat προσεχοῦς. Hunc l. om. in λιπ. PORS. Ed. Med. λιπαρᾶς —προσεχῶς in χειρ. λιπαρᾶς etiam in λιπαρές. De λιπαρὸς et λιπαρὴς vide Pors. ad Toup. p. 459. et ind. ibid. DOBR. οὐδὲν etc. Ms. Trin. Deest versus P. DOBR.

674. Lege τεκτανοῦνται. BENT. τεκταινοῦνται (sic) Ms. Trin. DOBR.

675. ὥσπερ Ἀρτεμισία. Hæc etiam

fuit in magna illa classe Xerxis contra Græcos, et ejus virtutem admiratus est Xerxes. V. Herodot. Berg.

676. διαγράψω τοὺς ἱππέας. Id est, improbabo et expungam et delebo. Dicitur etiam περιγράφειν in Irena, qua ratione dixit M. Tullius circumscribere magistratum. Fl. Chr. Mss. ad sensum melius διαγράψαι: pendet enim a præcedenti ἐπιχειρήσουσι. Dicit nimirum comicus, *si ad studium equitandi animum converterint feminæ, conabuntur prorsus abolere alios equites.* Obscenus tamen etiam sensus in his verbis latet. Kust. Non video quare Kust. διαγράψαι prætulerit. Potest quidem se tueri, non tamen id, quod ille voluit, sed χρὴ subintelligitur. Reisk. διαγράψω. Ita ed. Far. et aliæ; in Kust. ed. διαγράψαι, quod vir cl. in Mss. se invenisse dicit. Sed malui retinere alteram lectionem; nam et Schol. in futuro indicativi legerat, qui exponit περιαρῶ, *tollam,* et εὐτελεῖς ἡγήσομαι αὐτούς· νικηθήσονται γὰρ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. Est autem metaphora, ut idem Schol. dicit, a litigantibus; nam διαγράφειν δίκην est *annihilare dicam* alicui scriptam. Nub. 775. πεντετάλαντος διαγέγραπταί μοι δίκη. Berg. V. Ruhnk. ad Tim. p. 82. διαγράφω τοὺς ἱππέας. Sic ad metri normam scripserat poeta [quod etiam Bent. vidit]. Edd. omnes ante Kust. διαγράψω, haud quidem repugnante sententia, sed cum versus labe, quod illi ne quidem suboluit. Quum vero in Codd. mendosiorem adhuc scripturam, quam præferunt etiam duo Reg. reperisset, διαγράψαι, istuc arripuit, perperamque interpretatus est. Reisk. qui minus etiam quam Strepsiades metra curabat, saltem διαγράψαι illud, quod tamen præ διαγράψω non flocci faciebat, ad sensum non admodum improbabiliter explicavit, subintelligendo χρή. Præterquam quod præsens tempus hic omnino requirit lex metri, in eo etiam est quiddam elegans. Terent. Eun. ii. 3. 'O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres.' Brunck. διαγράψαι Kust. ex Mss. διαγράψομαι Schol. Lege διαγράφειν, cujus verbi sensum pete ex Ruhnk. ad Tim. p. 59. qui tamen male citat ἐς ἱππικήν. Pors.

677. ἱππικώτατον. Latet in his verbis sensus obscenus, ut et Kust. vidit. V. ad 21. Berg. Alluditur ad illum Ἀφροδίτης τρόπον, de quo supra ad v. 60. Ad pendulam illam Venerem, cujus fructu delectabantur etiam mulieres tribades alternis se inscendentes, spectant Asclepiadis Epigrammata xxix. xxx. Brunck. V. Welckeri libellum de Sapphone p. 23. Dind. κἄποχον γυνή. Pro καὶ ἔποχον, quo nomine intelligitur, qui firmiter invehit equo. Sed suspicor alludere comicum ad ὀχείαν vel συνουσίαν. Nam ὀχεύειν etiam est βινεῖν, unde illa ἔσθιε, πῖν', ὄχευε. Equum autem per metaphoram ad obscena tralatum testabitur ille versus, *Hectoreo quoties sederat uxor equo.* Sane Hesych. ex eo, ut opinor, mœchos vocat φιλίππους. Fl. Chr.

678. κοὐκ ἀναπολίσθοι τρέχοντος. Puto legendum ἀναπολεῖται et interpretor: non versatur currentem equo. Sed quid dissimulem, hic mihi nec lucere nec liquere? Exspecto donec me labantem regat et sublevet felicius ingenium. Lego autem ἔγραψ' ἐφ' ἵππων, non ἔγραψεν, ut metrum sit rectum. Fl. Chr. Neque grammatice neque quoad sensum video, quid sibi velit ἀναπολεῖσθαι, neque metro convenit. Reisk. Ed. Far. κοὐκ ἀναπολεῖται. Melius quidem, quia non in infinitivo, sed verbum ἀναπολεῖν, quod est revolvere hic locum non habet. Ego verti quasi legeretur κοὐκ ἂν ἀπολῆται. Berg. κοὐκ ἂν ἀπολίσθοι τρέχοντος. Sic distincte et perspicue Aug. et B. quæ genuina lectio est, cuilibet Græce scienti statim se approbans. Misere depravata fuit a librariis et edd. In A. κοὐκ ἂν ἀπολέσθαι τρέχον γε. In Junt. et utraque Basil. κοὐκ ἀναπολίσθαι τρέχοντος. Duæ Venet. κοὐκ ἀναπολεῖται. Pessime omnium edd. recentiores κοὐκ ἀναπολεῖσθαι. Nihil ad hunc locum Kust.; pauca, sed inepta notavit Berg.; tentavit eum, sed infeliciter, Taylor Lect. Lys. p. 686. Genuinam lectionem solus conjectura adsecutus est Dawes. Misc. Crit. p. 339. ἂν ἀπολίσθοι. Illi καυκ vel καυδ' condonandum est. Brunck. Lege ἂν ἀπολισθῇ. Ms. ἂν ἀπολέσθαι. Bent. Sic Ms. Trin. Dobr. κοὐκ ἀναπολεῖσθαι ed. Kust. κοὐκ ἀπολισθαίνει Taylor Lect. Lysiac. p. 686.

679. Μίκων. Schol. dicit hunc in porticu, quæ Ποικίλη dicebatur, depinxisse pugnam Amazonum. Biset. etiam annotat mentionem fieri hujus Miconis et pugnæ Amazonum cum Atheniensibus, ab eo pictæ, apud Pausaniam in Atticis. Berg. ἔγραψ' Fl. Chr. Pors. ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων. Vulgo, metro reclamante, ἔγραψεν. Facetum in modum depravata est scriptura binorum Reg. ἔγραψε φιλίππῳ, ubi tamen latet vestigium vet. lectionis εγραψ εφ ιππων. Miconis pictura erat in porticu, cui nomen Ποικίλη, quam describit Meurs. Ath. Att. p. 20. In fine versus ἀνδράσιν scribendum ob vocalem initio sequentis versus, et sic est in A.

Brunck. μήκων ἔγραψε φιλίππῳ Ms. Trin. —" φιλίππῳ pro ἐφ' ἵππων Mss." Dobr.

680. τετρημένον ξύλον. Sic in Eq. οἶόν σε δήσω τῷ ξύλῳ, puta ποδοστράβῃ, quæ nomella fuit. Fl. Chr. Hoc lignei vinculi genus dicitur πεντεσύριγγον ξύλον in Eq. 1045. Sed hic simul intelligitur obscene τὸ τρύπημα τῆς γυναικὸς, de quo in Eccl. 623. Berg.

681. τουτονὶ τὸν αὐχένα. Collum etiam imponebatur in lignum illud perforatum; Anacreon apud Athen. p. 534. πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ τιθεὶς (aut potius θεὶς vel δεθεὶς) αὐχένα. Sic hic etiam obscenitas latet, quod satis ostenditur voce τουτονί. Berg. τουτονὶ τὸν αὐχένα. Sic libri omnes. Mallem τουτοὶ ad ξύλον relatum. Brunck. Falso Brunck. τουτοὶ conjecit ab auctore positum: nusquam hoc dixit Aristoph. Reisig. i. p. xix.

682. Citat Suid. in ζωπυρήσεις. Bent.

682-3. εἰ μὴ (με om.) Suid. ed. Ms. τὸν ἐ. υἱὸν Ms. Pors. et ed. Med. in ζωπυρήσεις. Dobr.

683. λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὗν. Si, inquit, me irritassis (est enim hic ζωπυρεῖν ἀνεγείρειν) ego suem meam laxabo. Puto respicere proverbium ὗν ὀρίνει, nisi subturpiculum hic intelligit sub nomine suis. Est autem πεκτούμενον ξαινόμενον, τιλλόμενον. Gallicus idiotismus sic pectendi verbo utitur, quum alicui minatur. Fl. Chr. τὴν ἐμαυτῆς ὗν. Sic tres codd. et vett. edd. In recentioribus τόν. Duos seq. versus distinxi ad exemplum Reg. Codd. quod recte factum nemo non videt. Prior monometer est trochaicus, alter tetrameter, ut duo sequentes. Brunck.

684. Lege καὶ δὴ, ut passim. Bent. ποήσω Ms. Trin. Dobr.

684-5. Suid. βωστρεῖν. ποήσω. ποι — his Suid. Pors. in ζωπ. et πεκτ. sc. Dobr.

686. χἠμεῖς — ἐκδυώμεθα. Quia virorum grex dixerat, ἀλλ' ἐπαποδυώμεθα — τουτῳὶ τῷ πράγματι. Berg.

687. αὐτοδὰξ ὠργισμένον. Utitur in Irena [607.] αὐτοδὰξ τρόπον. Hic accipe pro παραχρῆμα vel πάνυ, ut scribit Hesych. Fl. Chr. Irati se ipsos mordent: in Vesp. 785. σεαυτὸν δάκνων. ibid. 1078. ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων, ubi v. not. V. etiam ad Nub. 1372. Berg.

688. νῦν πρόσεμ' ἴτω. Ed. Venet. habet πρόσειμι. Malim πρὸς ἐμὲ duabus vocibus, quamvis nec illud caret bono sensu. Paulo post pro ὥσεὶ lege ὡς εἰ. Quod autem se cantharum fore interminatur, referendum hoc ad apologum Æsopi. Fl. Chr. πρὸς ἔμ'. Mss. Dobr.

689. In Regiis hic versus cum seq. in unum coaluit. Tetrameter esset pæonicus pro duobus dimetris. Brunck. μήποτε φάγῃ σκόροδα. V. Schol. Verba Græca in Schol. trajecta et leviter corrupta videntur. Berg.

690. μηδὲ κυάμους. Schol. ἵνα μὴ δικάσῃ. Quia suffragia fabis ferebantur, unde populus Atheniensis dicitur κυαμοτρώξ in Eqq. 41. Berg.

692. Lege κακῶς μ' ἐρεῖς. Bent.

694. ἀετὸν τίκτοντα. Hæc allegoria est, cujus sensus, *ego eruam tibi testiculos*. Id propriis verbis dicit supra 363. Ratio allegoriæ hæc est: quemadmodum scarabæus Æsop. aquilæ in Jovis gremio parientis ova ejecit, ita et ego eruam tua ova, id est tuos testiculos. Fabulæ Æsop. et comicus breviter meminit Pac. 129. et seqq. Berg. ἀετὸν Attice, vulgo αἰετόν. Brunck.

694-5. Suid. ἀετόν. Pors.

696. Dele ΛΛ. ΓΓ. Ms. ὑμῶν. Bent. οὐ γὰρ ἡμῶν. In Venet. ed. legitur ὑμῶν, sed nihil puto mutandum. Hoc enim vult alia illa mulier, de nobis, inquit, solicita esse desinam, si vivit mihi Lampito illa, inquam, Spartana. Fl. Chr. Λαμπιτώ. Illa est, quæ supra 78. Berg. ὑμῶν Ms. Trin. Dobr.

697. ἥ τε Θηβαία. Bœotia illa femina est, quæ supra 86. Berg.

698. Citat Suid. in ψῆφος et 700. in παίγνια. Bent.

699. Fo. παισί. Bent.

700. τῇ 'Εκάτῃ ποιοῦσα παιγνίαν. Propter metrum lege τῇ 'κάτῃ. Est autem παιγνία ἑορτή. Xenophon dixit σὺν γέλωτι καὶ παιγνίᾳ. Hic ποιεῖν παιγνίαν est festum agere ludicrum et puerile. Propterea ait advocasse ex vicinis tribulibus sociam τοῖς παισί, optimam puellam, anguillam puta ex Copaide lacu Bœotiæ. Fl. Chr. τῇ 'κάτῃ, pro τῇ 'Εκάτῃ, cujus nominis ob metrum prima eliditur. Sic distincte Aug. Brunck. ποοῦσα Ms. Trin. Dobr.

701. Ms. ταῖσι. Bent. παῖσι π. Ms. Trin. Dobr.

702. καμπηττήν. Etiam in Venet. ed. habes hoc scripturæ vitium καμπηττήν, quod quid sit nescio. Præterea quum non constet suis pedibus versus trochaicus, non dubitavi versum fulcire correctione, quam puto ἀναμφισβήτητον, et legere Κωπαΐτιν. Nam a Copaide palude optimæ anguillæ, ut et in Irena antea vidimus. Paulo post pro λαβὼν ἡμᾶς malim ὑμᾶς. Fl. Chr. κἀγαπητήν. Puto lectionem hanc ortam esse ex emendatione Biseti. Nam vetustiores edd. no-

nente etiam Fl. Chr. habent καμπητήν: quod quum manifesto corruptum sit, modò laudatus Fl. Chr. acute et recte, ut puto, ejus loco scribendum esse Κωπαΐτιν suspicatur. Loquitur enim hic comicus de anguillis Bœoticis, quarum præstantissimas fuisse eas, quas lacus Copais alebat, notissimum est. Kust. Ed. Far. et aliæ καμπητήν. Quæ vox viris doctis non immerito suspecta est. Forte καμπητὴν dicit anguillam a κάμπτεσθαι, quia curvatur et est flexilis. Ab eodem verbo similis vox est καμπήδην, quod est adverbium. Berg. Frob. καμπητήν. Vet. κἀγαπητὴν et Ms. Scal. κωπαΐτιν. An dixisset potius παῖδα χρηστὴν ἐκ Βοιωτῶν ἔγχελυν Κωπαΐδα ut Acharn. 880. ἐγχέλεις Κωπαΐδας et Pac. 1005. καὶ Κωπαΐδων in anapæstico. Sed Steph. Byz. ὁ πολίτης Κωπαΐτης. Bent. κἀγαπητήν. Sic duo Reg. ut Biset. recte emendavit. Ante eum e Junt. legebatur, ut est in Aug. παῖδα χρηστὴν καμπητὴν, sine ullo sensu. Hoc exemplo, multisque aliis passim in his notis obviis, ostenditur optime de antiquis auctoribus eorumque studiosis mereri viros doctos, qui sublatis librariorum mendis, genuinas revocant voces formasque loquendi, quas illis, ut ipsi olim auctori, ingenii acumen, linguæ peritia, et perspecta sententia suggerunt. Hæc quidem laus a viris quibusdam artis criticæ imperitis in invidiam trahitur. Quod pueri audierunt, receptam in veterum scriptis lectionem immutari non debere sine Codd. auctoritate, legem iis, quibus pauper est ingenii vena, tenuisque eruditionis apparatus, sane percommodam, hanc omnibus impositam esse clamitant. Sed dicite mihi, quæso, quænam est illa recepta lectio, pro qua tam acriter digladiamini? scilicet ea est, quam præfert liber, quo utimini: hic ex. gr. καμπητήν: supra, 677. κοὐκ ἀναπολεῖσθαι. Sed absurda sunt ista, quæ nullam, ne coactam quidem, admittunt interpretationem: nec vir quispiam elegans hujusmodi sordes ob oculos habere velit, quibus nulla non præferenda conjectura est. Lectionibus a me repositis nulla amplius controversia moveri potest, quas satis confirmant veteres libri a me primum inspecti. Sed antequam sic suffultæ essent, dixisset Biseto, aut ei qui prudenter doctam ingeniosamque Dawes. recepisset emendationem infrunitus aliquis censor: "Heus tu, cur receptam lectionem e conjectura mutas? Quiane probabile tibi videtur, id quod reponis? Sed alius de eo secus judicabit, suamque conjecturam inferciet, quam rursum alius non flocci faciet præ eo quod ipse commentus fuerit: eoque tandem res adducetur, ut tot diversi textus exstituri sint, quot fuerint editores, utque veteres poetæ, si reviviscant, suamet ipsorum scripta in libris nostris non sint agnituri." Sed, o bone, ut paratragœdias! Non agnoscet Eurip. sua dramata, ob triginta circiter in singulis voces emendatius scriptas, quam in codice quo usus est Ald.? Næ ille si revivisceret, miraretur tot ea maculis a librariorum stupore conspersa fuisse, gratiasque haberet doctis viris, qui vel omnes, vel plurimas abstersissent. Tu vero eam rationem, qui fraudi vertere potes, quum, emendato textu, portenta priorum edd. quibus adeo delectaris, in notis fideliter et accurate repræsentata reperias? Si autem aliquis tam hebeti palato est, ut saporem optimæ lectionis, sententiæ ex omni parte convenientis, et ad loquendi normam exactæ, non probet, aliudque sive ingenioli ostentandi cupidine, sive obloquendi studio conquirat, is ludibrium debebit et exsibilabitur, quo modo Kust. ad hunc locum excipi par est, qui eleganti Biseti emendationi frigidam prætulit et ταυτολόγον Fl. Chr. conjecturam Κωπαΐτιν. Nec unicus hic locus est ubi Kust. judicium desideres. V. Thesm. 128. Brunck.

703. δ' ἐκπ. Ms. Trin. Dobr.

705. Ms. παύσησθε. Lege παύσεσθε. Bent. κοὐχὶ μὴ παύσεσθε. Sic ad rectam loquendi normam scribi debuit, quod certis argumentis adstruxit Dawes. Misc. Crit. p. 222. vulgo παύσησθε. Quam proclivis fuerit in commutandis modis librariorum lapsus, præsertim ignorantium quidnam interesset, illene an alter cum negativis particulis οὐ μὴ adhiberetur, nemo non videt; et proinde quid amplectendum sit ex perspecta linguæ indole potius quam e scriptis libris decernendum est. Hi tamen, quo sunt antiquiores et emendatiores, eo minus hac in parte peccant, quod sæpius aliis in comici locis ostendam. Nunc tragicorum quædam loca proferre juvat quæ certissimam hanc Græci sermonis regulam confirmant. Soph. Elec. 42. οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ | γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον. Vides ibi γνῶσι aor. 2. subj. et ὑποπτεύσουσιν futurum indic. in eadem phrasi conjungi cum οὐ μή. Qui Parisiensibus librorum institoribus nuper operam suam addixit, ut ante triginta circiter annos excuso Soph. præfationem, notas, metrica scholia adderet, ne situ corrumperetur, sumtusque nunquam exsarciret suos, ad illum tragici locum sic commentatur. Cl. Brunck. ex Cl. Dawes. legibus edidit

ὑποπτεύσουσι. Conf. not. in Ajac. v. 561. Temperare mihi nequeo, quin cum illo homine pauca verba commutem. "Dic mihi, amabo, Clarissime Professor, undenam recivisti me ὑποπτεύσουσι edidisse ex Dawes. legibus? Ignorabas utique quid me permovisset ad eam lectionem amplectendam. Quanto tibi satius erat mei non meminisse, quam meas rationes temere sic hariolari! Scias velim in quatuor codicibus melioris notæ ὑποπτεύσουσιν a me fuisse repertum, quorum scriptura leges illas Dawesianas, quas tu ne quidem intelligis, confirmat. In Aj. 560. οὔ τοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσει. Sic in uno Cod. perspicue scriptum reperi: in alio, ὑβρίσῃ, superposita ultimæ literæ diphthongo ει: in utroque vetus glossa ἀτιμάσει, quæ manifesto ad ὑβρίσει refertur, non autem ad ὑβρίσῃ. Age jam videamus, quid ad eum locum, quo nos amandas, nugeris. 'Etiam in his aoristum primum subjunctivum locum habere vetat Cl. Dawes. Misc. Crit. p. 222. et probat Cl. Brunck. Sed exceptionem nullam aoristo passivo concedit. Non meminerat scilicet in Œd. Tyr. οὐ μὴ στερηθῇς. 790. nec in Æsch. Sept. ad Theb. οὔ τι μὴ ληφθῶ δόλῳ. v. 38. De versu autem Trachin. 996. οὐ μὴ 'ξεγείρῃς, ubi Cl. vir legere jubet οὐ μὴ 'ξεγερεῖς. V. not. ad locum.' Nondum nos docuisti particulas οὐ μὴ, qua lege aut qua ratione cum aor. 1. subj. vocis activæ construantur; nec argumenta Dawes. adtigisti, nedum ea convelleris. Sed quid tibi vis cum tua exceptione aor. subj. vocis passivæ? Nonne illud est, quod modo aiebam, te Dawes. leges ne quidem intelligere? Nam ille in egregia illa observatione ad Nub. 366. de voce passiva ne verbum quidem facit. Sed paulo infra, scilicet p. 229. ubi de particularum ὅπως μὴ, quarum eadem est ratio, constructione agit, hæc habet: 'Idem dictum puta de altero vocularum pari ΟΥ ΜΗ.' Et mox: 'Legitime quidem construitur vocula ὅπως, altera μὴ vel comite vel absente, cum aoristo secundo formæ vel activæ vel mediæ, uti et cum aoristo primo passivæ.' Postrema hæc tam de οὐ μὴ, quam de ὅπως μὴ ex Dawes. sententia intelligenda esse adeo manifestum est, ut Th. Burgess, qui summa cum laude Dawes. operis novam ed. adornavit, binas observationes in indice conjunxerit his verbis: 'ΟΥ ΜΗ non nisi cum futuro indicativi vel cum aoristo altero subjunctivi activæ, vel aoristo primo passivæ vocis construitur.' V. jam quam bene Dawes. reprehenderis. Qui autem vir acutissimus et Græce doctissimus negasset particulas οὐ μὴ cum aor. 1. subj. formæ passivæ construi, quod tu illi adfingis? Sane illæ cum verbis omnibus passivis construi debent, quorum tamen multa aoristo secundo prorsus carent: necesse est ergo, ut primum adsciscant. Denique videamus in nota ad Trachin. quo nos rursus ablegas, meliora sis nos edocturus. Ibi 980. medio in systemate anapæstico leguntur hi versus: οὐ μὴ 'ξεγείρῃς τὸν ὕπνῳ κάτοχον, | κἀκκινήσῃς, κἀναστήσῃς. Prioris versiculi corruptum metrum manifesto ostendit vitiosam esse lectionem. Sciunt pueri qui nondum ære lavantur, ει et η perpetuo a librariis commutata fuisse. Tu vero, ut Dawes. obloquaris, potius quam facillimam probes emendationem, οὐ μὴ 'ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον, | κἀκκινήσεις, κἀναστήσεις. nobis tuum somnium narras, μὴ 'γείρῃς, quod a veteri lectione longius abest, nervosque abscidit verbo, demta præpositione minime hic vacante. Emendationem illam recipiet dehinc quisquis erit sana mente Soph. editor: et, crede mihi, lex Dawes. vigebit, quamdiu non ab alio, quam a te, impugnabitur. Ut autem semel hac observatione defungar, mihique in posterum nihil aliud opus sit dicto, si Codd. lectiones adnotavero regulam firmantes, locum solutæ orationis scriptoris proponam, in quo duo itidem modi conjuncti, ut in primo e Soph. exemplo, qui itidem male vulgo constitutus est, quemque itidem e veteri libro emendabo. Initium est fragmenti Diotogenis Pythagoræi apud Stob. p. 251. quod sic legendum est: Τὼς δὲ νόμως οὐκ ἐν οἰκήμασι καὶ θυρώμασιν ἐπῆμεν δεῖ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσσι τῶν πολιτευομένων. τὶς ὦν ἀρχὰ πολιτείας ἁπάσας; νέων τροφά. ΟΥ γὰρ ΜΗ πόκα τὸν καρπὸν ὀνασίφορον ἀμπέλοι ΓΕΝΝΑΞΟΝΤΙ, μὴ φυτοτροφεῖσαι καλῶς, ΟΥΔ' ἵπποι ΜΗ πόκα ΓΕΝΩΝΤΑΙ καλοὶ, πωλοτροφίαν παρέντες. Latini etiam scriptores duplici negatione more Græcorum utuntur. Plaut. Epid. v. 1. 57. 'neque ille haud objiciet mihi | pedibus sese provocatum.' Bacch. iv. 9. 114. 'Neque ego haud committam, ut si quid peccatum siet, | fecisse dicas de mea sententia.' Terent. Andr. i. 2. v. ult. 'Ne temere facias. Neque tu haud dices tibi non prædictum. Cave.'" Brunck. τῶν ψηφισμάτων. Versus supplendi gratia ex Mss. addendum est τούτων. V. etiam Suid. v. ἀποτραχηλίζοντες et v. ψηφοφορία, ubi loci hujus meminit. Kust. τούτων. Hanc vocem addidit Kust. ex Mss., ut ait. Est autem necessaria ad complementum versus. Berg. Frob. ψη-

φισμάτων πρὶν ἄν. Fo. τούτων: at Ms. Suid. in ψηφοφόρια omittit τούτων. Bent. κοὐχὶ μὴ παύσησθε τῶν ψηφισμάτων πρὶν ἂν Τοὺς (sic) σκέλους λαβὼν ὑμᾶς τὶς ἐκτραχηλίσῃ φέρων. Ita ed. 1532. ubi Pors. sic Suid. nisi quod θέλων in ψηφοφο. Ed. 1547. τοῦ σ. λ. ἡμᾶς τίς. Pors. ψηφισμάτων τούτων ed. Kust. ex Mss. Vat. et Voss. τούτων omittit utrobique Suid. ὑμᾶς Suid. vv. ἀποτραχηλίσῃ. ψηφοφορία. ed. Kust. qui et edidit ὑμᾶς λαβών τις. Malim λαβών τις ὑμᾶς. Sed cum Suid. v. ψηφοφορία pro φέρων exhibeat θέλων, manifesto legendum est θένων. Dobr. ὑμᾶς λαβών τις Brunck. e Mss. et tacite Invern. Sed Pors. ordo melior. Nub. 1045. recte Mss. σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον, i. e. ἔχω σε ἄφυκτον, μέσον λάβων. Vide Acharn. 273. Eccl. 260. Id. τοῦ σκέλους ὑμᾶς λαβών τις. Sic recte ad metri legem edidit Kust. nec alio ordine collocatæ sunt voces in duobus Reg. Ante Kust. prorsus ἀμέτρως legebatur τοῦ σκέλους λαβὼν ὑμᾶς τις, quod tamen revocavit Berg. homo vanissimus, qui in edendo Aristoph. nulli rei magis studuisse videtur, quam ut a Kust. descisceret. Brunck. Lege τις ὑμᾶς et sic Ms. Bent. Suid. l. c. ἐκτραχηλίσῃ θέλων: an leg. θένων. V. Kust. Id.

706. Alloquitur Lysistratam ex arce venientem cum tristi vultu. Causa autem tristitiæ est incontinentia et libido mulierum, quæ in arce non possunt coerceri, ne ad viros elabantur. Berg.

709. ποιεῖ μ' ἄθυμον περιπατεῖν τἄνω κάτω. Male distinctus est hic versus. Excudi debuit, ποιεῖ μ' ἄθυμον, περιπατεῖν τ' ἄνω κάτω. Id est καὶ περιπατεῖν ἄνω κάτω. Recte in Regio B. post ἄθυμον positum est comma. Brunck. Concinnius hoc foret: ποιεῖ μ' ἄθυμον περιπατεῖν ἄνω κάτω. Hotib. ποεῖ Ms. Trin. Dobr. In schedis, ποιεῖ μ' ἀθυμεῖν. Id.

712. φράζει Ms. Trin. Dobr.

713. Sumtus hic versus ex Æsch. Prom. 197. ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε, | ἄλγος δὲ σιγᾷν· πανταχῇ δὲ δύσποτμα. Brunck.

714. Frob. τι. Ms. ὅτι. Bent. ο,τι Mss. Dobr.

715. βινητιῶμεν. Qui potuit brevius vel Attica simplicitate dignius morbi causam indicare? Non possis hanc breviloquentiam Romano pede assequi, nisi si dixeris *perpruriscimus*, atque adeo addideris *ex unguiculis*, quæ tamen tria verba verbuli illius Græci ἔμφασιν non est ut exprimant. Sed bene quod nupta verba non possunt nisi recte enunciari. Atque utinam hominum nequitia ea non esset, ut statim intelligeret τοῦτος, ut ait Æsch. ἐξ αἰνιγμάτων. Fl. Chr. βινητιᾷν occurrit apud Athen. in iambis Machonis p. 583. c. apud eundem p. 9. ex Menandro ὑποβινητιῶντα βρώματα. Apud eundem Plat. comicus, ἔξεστιν ὑμῖν διὰ κενῆς βινητιᾷν. Nam βινητιᾷν ibi legendum esse ex metro patet, pro κινητιᾷν, quod idem significat. Berg. ἢ Ms. Trin. Dobr.

719. Ms. διαδράσκουσι. Bent. διαδιδ. Ms. Trin. Dobr.

720. διαλέγουσαν. Ad hunc locum respexit Suid. v. διαλέγουσαν. Kust. Scio διαλέγεσθαι γυναιξὶν esse ὁμιλεῖν et συνουσιάζειν. Hoc loco est διορύττειν et οἰκοδομεῖν, velut usus est ipse Thucyd. ut διαλέγειν ὀπὴν sit foramen fodere et fenestram facere. In re architectonica etiam ὀπὰς vocant tignorum et asserum cubilia et cava columbaria. Fl. Chr. Xenophon in Apomnem. iv. p. 472. Berg. διαλέγουσαν. Berg. versionem retinui *pertundentem*. Fucum nobis fecit Schol. exponens διορύττουσαν, detorto in obscenum sensum hoc verbo. Quam bene hæc conveniant, non video. Longe melius Hesych. διαλέγειν, ἀνακαθαίρειν. Verti debuit, *foramen repurgantem*. Brunck.

721. Πανὸς αὔλιον. Panis antrum subter rupes, quæ *Macræ* dicebantur, ad latus arcis septentrionale. In eo compressa Creusa ab Apolline, ibidem post exactos mènses Ionem peperit. In cognomine Eurip. dramate Creusæ arcana sua revelanti, 946. οἶσθα Κεκροπίας πέτρας, | πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν; respondet senex patris illius olim pædagogus: οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας. Ibid. 11. ἔνθα προσβόρρους πέτρας | Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς | Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος. V. Meurs. Ath. Att. ii. 6. ubi tamen Panis non meminit, cui sacrum fuit hoc antrum. Brunck. Add. Musgrav. ad ejusdem fab. 504. Dind.

722. ἐκ τροχειλίας. Legendum τροχιλιᾶς, ut sit tribrachus. Est autem *trochlea* indidem e Latinis fictum nomen. Recte autem Venet. ed. habet κατειλυσπωμένην per υ non per ι. Nam κατειλυσπᾶσθαι est εἰλούμενον σπᾶσθαι. Lycophron ait, teste Hesych. καταρτωμένην, quod hic convenit. Sed εἰλυσπᾶσθαι est serpentum et vermium more tractim incedere. Fl. Chr. Gry. et Ms. τροχιλίας. Bent. Frob. κατειλισπωμένην. Gry. et Hesych. κατειλυσπωμένην. Bent. κατιλ. Ms. Trin. Dobr. κατιλυσπωμένην Schol. Id.

723. στρουθοῦ. Fortassis hic Libyca est avis struthio. Tamen στρουθὸς dicitur et impudicus et πόρνος, et pars illa, quæ

honeste nominari non potest. Fl. Chr. V. Locell. ad Xenoph. Ephes. p. 156. Dind. τὸν δ' αὐτ. Ms. Trin. Dobr.

725. εἰς 'Ορσιλόχου χθές. Et obscenus et obscurus hic mihi videtur locus. Tamen ut effugium inscitiæ quærerem, interpretatus sum εἰς 'Ορσιλόχου, *ad Orsilochi ædem*, sane temere faciens et sine ullo rationis fulcro. χθὲς autem sæpe est παρέλκον et πάρεργον, et sic usurpatum a Platone, qui dixit, κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ. Fl. Chr. V. Schol. Berg. ἐς Ms. Trin. Dobr.

727. ἕλκουσιν. Wakefield. ad Eurip. Ion. 1430. in Tragœdiar. delectu t. ii. p. 133. corrigendum videtur πλέκουσιν, collato Hesych. v. πλέκει. Dind. ἤδη γοῦν Elmsl. ad Acharn. p. 53.

729. Μιλήσια. Milesia vellera erant in pretio. Berg.

730. ὑπὸ τῶν σέων. A recto σεὺς, unde accusativus pluralis σέας occurrit apud Lucian. ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον, ipso statim initio, ubi tamen doctissimus Grævius in Add. vocem illam vitii arguit, quasi ne Græca quidem sit et nusquam alibi occurrat, aliter certe sensurus, si ei loci hujus Aristoph. in mentem venisset. V. etiam Etym. v. σεὺς et Thom. Mag. v. σέες. Kust. κατακαπτόμενα. Sic legit auctor Etymol. M. in σεὺς p. 709. extrema, ubi κατακαμπτόμενος male editum pro κατακαπτόμενα. Lectionem hanc, viro docto, cujus non recordor, probatam, prætuli vulgatæ κατακοπτόμενα, quam nunc meliorem esse agnosco, et reponi velim. V. Scal. not. ad Plaut. Mostell. iii. 2. 140. Bene verteretur, *quam tineæ secant*, vel, *quam cædunt tineæ*, Thom. M. σέες 'Αττικοί, καὶ σέας, ἀπὸ τῆς σεὺς ἀχρήστου εὐθείας, ὥσπερ καὶ υἱέας, ἀπὸ τῆς υἱεύς — σῆτες δὲ καὶ σῆτας, 'Ελληνικὸν, ἀπὸ τοῦ σῆς σητός. Observationem confirmat ex Luciano adv. indoctum libros multos ementem, ubi legitur t. iii. p. 99. ἢ πόθεν γάρ σοι διαγνῶναι δυνατὸν, τίνα μὲν παλαιὰ καὶ πολλοῦ ἄξια, τίνα δὲ φαῦλα καὶ ἄλλως σαπρὰ, εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο, καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνοις. Hinc apparet Codd. lectionem κατακοπτόμενα locum suum optime tueri. Brunck. κατασκοπτ. Ms. Trin. Dobr.

732. διαπετάσασ'—. Mendam ed. Junt. διαπετάσασα nullus editor adeo cordatus fuerit ut elueret. Accurata scriptura est cum elisione et apostropho in Aug. et A. quorum auctoritas tamen hic non requiritur. Brunck. ἐπὶ τῆς κλίνης. Hinc mens muliercula cognoscitur, eam propter alia domum properare. Berg.

733. — νυ ut Kust. Ms. Trin. (sed v. not. ad 200.) Dobr.

734. In prioribus edd. totus hic versus Lysistratæ tribuitur contra sensum et auctoritatem Mss. Nam priora illa, ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρια loquitur femina, Lysistratæ respondens: *sed an lanam perire sinam?* Nimirum ἐῶ hic non est imperativus passivus, ut Biset. et Fl. Chr. male existimarunt, sed præsens indicativi, quod hic more Atticorum pro futuro ponitur. Deinde quæ sequuntur, ἢν τούτου δέῃ, Mss. recte Lysistratæ tribuunt, ut sensus sit, *imo lanam perire sinas, si sic fieri oporteat.* Pro τούτου enim vel cum Mss. legendum est τοῦτο, addita particula expletiva γε, versus gratia, vel οὕτως. Kust. τοῦτο Ms. Trin. ut Kust. Dobr. ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; ἢν τούτου δέῃ. Vulgo minus bene τἄρια sine elisione. Tum quod Kust. habet ἢν τοῦτο δέῃ mendum est typographicum, quod religiose servavit nuperrimus editor apud Bat. Priores edd. omnes habent τούτου, quod metri lex flagitat. Initio versus nonnemini placere poterit lectio Cod. A. vulgata mollior, ἐῶ δ' ἀπολέσθαι τἄρι'; Brunck. Lege ἀλλ' ἔα 'πολέσθαι — τούτου. Bent. V. Reisig. i. p. 209. Dind. Mss. et Schol. τοῦτο. Lege τουτί. Pors.

735. τῆς ἀμοργίδος. Id est λινοκαλάμης vel byssi. Quin etiam potest accipi pro amictu tunicæ. Sed hic de lini segete accipiendum contendo. Videtur hæc dictio ficta a verbo ἀμέργειν, quod est decerpere et colligere, ut intelligas fuisse δράγμα et manipulum istius segetis. Fl. Chr. V. Polluc. vii. 74. ibique interpretes, itemque Suid. v. ἀμοργὶς, ubi locus hic exponitur. Kust. V. ad 150. Berg. 'Η Γυν. τάλαιν' Ms. Trin. Dobr.

736. ἄλοπον. Id est ἀλέπιστον. Nam id genus lini velut desquamatur et decorticatur, quod περιλεπίζεσθαι dicitur, ut postea ab operariis mulieribus neatur et texatur. Apud Suid. vox hæc ἄλοπον cubat in mendo. Ego excitatam emendabo facile: nam pro ἴσως πιστὸν lego ἀλέπιστον. Tamen ἄπτιστον esse ἀλέπιστον et πτίσσειν τὸ λεπίζειν καὶ κόπτειν, testatur Erot. in Lex. Hippocr., neque sane ego putem aliter dictum in Evangelio Nardum πιστικήν. Ludit autem hic in nominibus ἄλοπον et λέλοιπα, proinde ut in illo vulgari et proverbiali senario, γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. Paulo post lege χώρει πάλιν δεῦρ', ut elidatur ο parvum propter τὸ ἀλλὰ sequens. Fl. Chr. αὖθ' ἡτέρα. Scribendum αὖθ' ἡτέρα. Reisig. i. p. 23. ἄμοργι (sic) Ms. Trin. Dobr.

737. Suid. ἄλοπον. Pors.

738. νὴ τὴν Φωσφόρον. V. supra 444. Berg. Ἄλλη. ἀλλὰ νὴ Ms. Trin. Dobr.

739. ἀποδείρασα. Subindicat rem obscenam. V. supra 158. Berg. ἀπέρχομαι. Ms. Vat. ἐπέρχομαι. Sed sensus requirit ἐπανέρχομαι, i. e. *redibo*. Kust. ἔγωγ' ἀποδείρασ'—. Sic Regii. Perperam vulgo ἐγὼ δ' —. Sæpissime ἐγὼ δὲ pro ἔγωγε a librariis positum fuisse observavi ad Eurip. Hippol. 483. — ἀπέρχομαι. Sic, ut impressi, Aug. et A. In B. αὐτίκα μάλα ἐπέρχομαι. Legi possit ἀνέρχομαι vel ἐπανέρχομαι. Sed vulgatum bonum est: subauditur οἴκοθεν, ἐξ οἴκου. Brunck. ἔγωγ' Ms. Trin. Dobr.

740. μὴ μὴ 'ποδείρῃς. Male vulgo sine elisione μὴ ἀποδείρῃς. Brunck. ἄρξῃ τούτου σύ. Mss. habent ἄρξῃ τοῦτο σὺ, quæ lectio metro est convenientior. Kust. τοῦτο. Ita Mss. teste Kust. In aliis edd. præter Kust. τούτου, quod tamen aptius cum verbo ἄρξῃ construitur quam τοῦτο. Berg. Scal. et Ms. τοῦτο σύ: lege τουτουΐ. Bent.

741. ἠτέρα Ms. Trin. Dobr.

742. ὦ πότνι' Εἰλείθυι' —. Claudicat versus. Prima in πότνια nusquam apud comicum producitur, nec salva prosodiæ lege produci potest. Scribendum sine elisione, ὦ πότνια Εἰλείθυι' —. Brunck. ἀλλ' ὦ πότνι' Εἰλ. corrigit Pors. in censura p. 577. Sed nihil mutandum. V. Reisig. i. p. 102. Dind. πότνι'. sic Suid. Ms. ὅσιον χ. Pors.

743. ἕως ἂν, *donec, usquedum*. Eo sensu particulas ὡς ἂν ab ullo poeta Attico usurpatas fuisse negavi in nota ad Eurip. Phœn. 89. quod effatum librorum cuidam censori temerarium visum fuit. Si lis ex Aristoph. usu dirimenda sit, non equidem causa cecidero. Quippe in iis quæ comici nostri supersunt ne semel quidem ὡς ἂν pro *donec* reperietur. Non cavillationibus, sed exemplis ejusmodi observationes refelli debent. Brunck. ὅσιον. Fl. Chr. male interpretatur *sanctum*. Nam contra ὅσιον χωρίον hic dicitur *locus profanus*, et in quo partum edere fas esset. ἀκρόπολις enim, quam mulieres occupasse poeta fingit, erat locus sacer, præcipue ob templum Minervæ, quod illic erat, in quo proinde parere per religionem non licebat. Hinc mulier ait, *o veneranda Lucina, partum inhibe donec* (ex sacra acropoli) in locum profanum venero. Hic est verus hujus loci sensus. Kust. V. Schol. Sed in nullo templo fas erat parere. Hinc Eurip. reprehenditur Ran. 1106. quod in tragœdiis suis fecisset τικτούσας ἐν τοῖς ἱεροῖς. Berg. Suid. in ὅσιον habet ἀπέλθῃ: an fo. ἀπέλθω pro μόλω 'γώ. Bent. μόλω 'γώ. ἀπέλθω Suid. Ms. Pors. Ed. Med. ὦ πότνι' (sic) ἀπέλθῃ. Dobr.

745. Totus Lys. Ms. Trin. Dobr.

746. Ἡ Γυν. præf. Ms. Trin. Dobr.

749. ἀλλ' ἢ χαλκίον. Sic Regii [et Ms. Voss. ap. Bent.]: vulgo ἀλλὰ χαλκίον. Brunck. ἀλλ' ἢ χ. Ms. Trin. Dobr.

751. ἱερὰν κυνῆν. Ad hunc locum doctissimus Biset. ait se ignorare, quare κυνῆν ἱερὰν vocet, et putat μεγάλην significare. At non meminerat eas mulieres in acropoli fuisse, ubi erat Palladis simulacrum, quæ dea armata fingebatur, et galea, credo, erat ad pedes juxta. Eam ergo ceperat mulier et vesti subjecerat, ut prægnans videretur. Ideo eam galeam sacram vocat Lysistrate eo quod erat Palladis. De quo dubito eo quod colossæum erat id simulacrum. Fuerat cujusdam ducis, qui eam Palladi sacraverat. Palmer.

752. κυεῖν. Alludit ad κυνῆν. Habebat autem vestem fartam galea, ut gravida videretur. V. Schol. ad v. 743. Berg.

753. εἶχες. Lege εἶχες, non ἔχεις, translato ι ad priorem ε. Mox legerem τόκος ἐν πόλει, non ὁ τόκος. Fl. Chr. Frob. ἔχεις: Scal. εἶχες et Ms. Bent. εἶχες Mss. Dobr.

754. ὁ τόκος ἐν. Scal. ὁ τόκετος. Ms. ὁ τόκος ἔτ' ἐν. Bent. ἐν τῇ πόλ. Mss.—ἐς Trin. Dobr. ὁ τόκος ἔτ' Kust. Pors.

755. Similiter in Augusti Bodii opusculo, inscripto Burlesken, calceorum purgator præ timore nescio cujus Anthropophagi doctissimi confugit in ipsam monstri crepidam ingentem, in eaque conditus theatro se evolvit. Hotib.

756. Ms. τί προφασίζει. Bent. τί λέγεις; τί προφασίζει περιφανῆ πράγματα; Vulgo, τί λέγεις; προφασίζῃ περιφανῆ τὰ πράγματα. In B. τί προφασίζει; περιφανῆ τὰ πράγματα, syllaba ultra numerum excurrente. In A. τί προφασίζῃ περιφανῆ πράγματα; Hinc proclive fuit genuinam lectionem reconcinnare. Meliore distinctione vulgata juvari possit: τί λέγεις; προφασίζει. περιφανῆ τὰ πράγματα. In hac necessarius est articulus: in nostra otiosus esset et contra linguæ indolem. Quid intersit manifestum reddet utriusque phraseos Gallica versio. *Que dites-vous? vous cherchez des prétextes. La chose est claire. Que dites-vous? pourquoi envelopper de prétextes une chose évidente?* Brunck. V. Reisig. i. p. 209. Dind. τί προφασίζει π. τὰ π. Ms. Trin. Dobr.

757. τἀμφιδρόμια. Dies hæc erat quinta post partum, qua lavant obstetrices et infantem cursu circumferunt per focum, et qua munera natalitia feruntur a propin-

quis ut polypodes et sepiæ. Decima autem die nomen imponebatur. Fl. Chr. V. Schol. et lexicographos Græcos. Berg. οὐ τἀμφιδρόμια. Perperam vulgo οὔτ' ἀμ —. Regii οὐδ' ἀμ —. V. Meurs. Gr. Fer. in Ἀμφιδρόμια. Brunck. Lege οὐ τἀμφιδρόμια: Ms. οὐδ' ἀμφ —. Bent. οὐδ' t. et sch. Ms. Trin. Dobr.

758. Frob. δύναμ' ἔγωγ': lege δύναμαι 'γωγ'. Ms. δύναμαί γ' ἔγωγ'. Bent. ἀλλ' οὐ δύναμαί γ' ἔτ' οὐδὲ κοιμᾶσθ' ἐν πόλει. Sic A. [V. Reisig. i. p. 209.] Vulgo, ἀλλ' οὐ δύναμαι 'γωγ' οὐδὲ —. Pejus in B. δύναμαί γ' ἔγωγ' οὐδέ. Brunck. Scribendum videtur ἀλλ' οὐδὲ δύναμαι 'γωγε. Elmsl. ad Acharn. p. 72. γ' ἔγωγ' Ms. Trin. Dobr. κοιμᾶσθ' ἐν πόλει. V. Brunck. ad Thesm. 916.

759. τὸν ὄφιν — τὸν οἰκουρόν. Herodot. in Urania [c. 41.]: λέγουσιν οἱ Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλεως ἐνδιαιτᾶσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. Berg. τὸν ὄφιν ἴδον τὸ οἰκουρόν. Lege τόν. Est autem οἰκουρὸς ὄφις draco custos ædis Poliadis, quem nonnulli acropolis custodem putant, alii unum, alii duos esse dicunt in fano Erechthei. Fl. Chr. τὸν ὄφιν εἶδον. Sic bene Regii. Perperam vulgo ἴδον, quod poeticum in sermone comico locum non habet. Huc respexit Hesych. in οἰκουρὸν ὄφιν, ad quam glossam v. interpretes et imprimis Valck. ad Herodot. p. 638. Brunck. εἶδον Ms. Trin. Dobr. Lege εἶδον ex Schol. Pors.

760. Dele γε. Bent. Versum corruptum esse monuit Elmsl. ad Acharn. p. 61. et ad Eurip. Med. p. 105. Reisig. in diariis Jenens. a. 1817. fol. 224. p. 404. scribendum videtur, ἐγὼ δέ γ' ὑπὸ γλαυκῶν τάλαιν' ἀπόλλυμαι. τῶν γλαυκῶν. Plurimæ Athenis noctuæ, unde proverbium γλαῦκ' Ἀθήναζε. Hinc etiam Minervæ tutelari sacra est avis. Berg.

761. κακκαβιζουσῶν. Perdices etiam vocantur κακκάβαι, proprieque de his altilibus dicitur κακκαβᾷν et κακκαβίζειν. Sane enim perdix dicta est ab illo crepitu, quem edit qui quasi est peditus aut cacatus. Tamen etiam ad alia animalia transfertur, ut ex Theophrasto recitat Athen. causamque addit de noctuis, eas nempe interdiu cæcutire, noctu tantum videre et venari, neque tamen omnino nocte, sed ἀκρέσπερον id est mane et vesperi, ut vult Aristot. Propterea Virgil. ait, *seros exercet noctua cantus*. Sunt autem, teste eodem Athen. qui existiment musicæ primordia ab avibus sumpta per solitudinem cantillantibus. Fl. Chr. κακκαβιζουσῶν, *tutubantium*. Hoc in versione reponendum, ubi male *cacabantium*. Plaut. Men. iv. 2. 90. 'Tu, tu istic, inquam. Vin' afferri noctuam quæ *Tu Tu* usque dicat tibi? nam nos, jam nos defessi sumus.' Ad quem locum v. interpretes. Brunck. κακκαβαζουσῶν Ms. Trin. (sed v. not. ad 200.) Dobr.

764. ποθεῖν ἐκείνους; ἀργαλέας εὖ οἶδ' ὅτι —. Sic bene Regii [et Ms. Voss. ap. Bent.], otiosas non agnoscentes particulas quas alius inseruit librarius. Brunck. Legebatur ἐκείνους γ'; ἀργαλέας τ'. Dind. et γ' et τ' om. Ms. Trin. Dobr.

765. ἄγουσι νύκτας. Soph. Elec. 268. ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν; Berg. ἄγουσι. Jortino in Tracts Philological ii. p. 64. scribendum videtur ἄγεσθε. Dind. —σχησθ' Ms. Trin. Dobr.

766. καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ' ὀλίγον —. Sic ex Aug. edidi. In A. προσταλαιπωρήσατ' ὀλίγον —. B. [et Ms. Voss. ap. Bent.] ut vulgo, προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον. Brunck. καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον. Sic recte Kust. Quod edidit Brunck. καὶ προσταλαιπωρήσατέ γ', repudiandum esset, licet in mille codicibus reperiretur. Pors. V. ad Eurip. Med. 356. Dobr. —σατ' ἔτ' Mss. Id.

768. μὴ στασιῶμεν. Omnino legendum puto στασιάσωμεν. Per στάσιν autem διχοστασίαν intelligit, ut et magnus magister in Politicis usurpat. Fl. Chr. Futurum στασιῶμεν habent Junt. et Rav. unde totum locum ita constituo: ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν ἀεί, | εἰ μὴ στασιῶμεν ἔτι. τίς ἐστιν οὑτοσί; Elmsl. ad Acharn. p. 72. Sed v. Herman. præf. ad Epitom. Doctr. Metr. p. xii. Dind. ἡμῶν Ms. Trin. Dobr.

769. λέγ' αὐτόν. His verbis præscripta in Regiis chori persona. Brunck.

769-70. Χο. Γυν. λέγ' — Λυσ' ἀλλ' Ms. Trin. Dobr.

770. ἀλλ' ὁπότ' ἄν. Videtur præ oculis habuisse oraculum, quod exstat apud Herodot. in Eratone: ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα | ἐξελάσῃ καὶ κῦδος ἐν Ἀργείοισιν ἄρηται. Berg. πτήξωσι. Hoc verbum proprie de Avibus usurpatur. Eurip. Herc. 974. ἄλλος δὲ βωμὸν, ὄρνις ὥς, ἔπτηξ' ὕπο. Berg. χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον. Sic a Lycophrone in obscuro poemate ipsa Cassandra vocatur hirundo, τὴν Φοιβόληπτον αἰνέσει χελιδόνα. Sed et notandum est hac voce etiam designari τὸ γυναικεῖον μόριον. Fl. Chr.

771. φαλήτων. Dicitur φαλῆς et φαλλός. V. in Acharn. 259. et 262. Sed in Acharn. de artificiali sermo est, hic autem de naturali. Berg.

772. ὑπέρτερα νέρτερα θήσει. Alias idem

quod ἄνω κάτω ποιήσει τὰ πράγματα : de qua phrasi ad Eq. 862. BERG. νέντερα (sic) Ms. Trin. DOBR.

774. ἣν δ' ἀποστῶσι. Id est φύγωσι καὶ μακρὰν γένωνται. Sed legerem ἣν δ' ἄρ' ἀποστῶσιν. FL. CHR. ἣν δὲ διαστῶσι. Sic recte legit non solum Ms. Voss. sed etiam vetus Schol. Nam ἣν δ' ἀποστῶσι, quod priores edd. habent, in metrum manifesto peccat. KUST. Lege ἣν δ' ἄρ' ἀποστῶσιν [et sic ed. Amst. 1670.]. Ms. ἣν δὲ διαστῶσιν. BENT. ἣν δὲ διαστῶσι καὶ ἀναπτῶνται. Sic bene duo Reg. servata ratione epici metri et imitatione veterum oraculorum. Vulgo διαστῶσιν κἀναπτῶνται. In Aug. ἣν δὲ ἀποστῶσιν. Pejus Junt. ἣν δ' ἀποστῶσι. BRUNCK. καὶ ἀν. Ms. Trin. DOBR.

776. καταπυγωνέστερον. Supra 137. de muliebri sexu. BERG. Ita Suid. in καταπυγωνέστερον: Ms. —ωνίστερον. BENT. οὐδ' — -γωνίστερον t. et sch. Ms. Trin. DOBR.

777. σαφὴς γ' ὁ χρησμός. Sic Regii. Vulgo particula omissa. BRUNCK. σαφὴς γ' Ms. Trin. DOBR.

782. Pæonicos dimetros ac tetrametros catalecticos in disyllabum Aristoph. adhibuit in choro Lysistratæ, qui 781. incipit. Sed locus mutilus est, quod quum non animadvertisset Brunck. alia delevit, alia ad suam scilicet pæonicorum formam accommodavit. Scribe sic: μῦθον βούλομαι | λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκου- | σ' αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν, | οὕτως· | ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, ὃς | φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν, | κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει, | κᾆτ' ἐλαγοθήρα | πλεξάμενος ἄρκυς, | καὶ κύνα τιν' εἶχεν, | κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. Antistropha sic scribenda videtur: κἀγὼ βούλομαι | μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι | τῷ Μελανίωνι. | Τίμων | τις ἦν ἀΐδρυτος ἀβάτοισιν ἐν | σκώλοισι, τὰ πρόσωπα περιειργμένος, | Ἐριννύων ἀποῤῥώξ. | οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων | ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους, | κοὐκέτι κατῆλθεν, | πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς. Versiculum κοὐκέτι κατῆλθεν quidam Biseto teste addiderunt, recte. Septimus versus forsitan etiam sic legi possit: κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει | Ἐριννύος ἀποῤῥώξ, ut sit pæonicus cum anacrusi iambica, quemadmodum is, qui præcedit. HERMAN. de metris p. 367. 368. Pæonici catalectici in disyllabum, itemque anacrusin iambicam habentes, rarius inveniuntur. Exemplo sit hic locus in Lys. 781. qui quum pessime habitus sit ab librariis, nec quidquam prosit Suid. mentionem ejus faciens in v. ἀποῤῥῶγας, Ἐριννύων ἀποῤῥώξ, Μελανίωνος σωφρονέστερος, Τίμων, venia erit conjectura tentanti, quæ librorum inopia sanari nequeunt. μῦθον | βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκουσ' | αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν, | οὕτως· | ἦν ποτὲ νέος Μελανίων τις, ὃς | (5) φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν | κἀν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει, | κᾆτ' ἐλαγοθήρα, | πλεξάμενος ἄρκυς, | καὶ κύνα τιν' εἶχεν, | (10) κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. Antistrophici sic habent: κἀγὼ | βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι | τῷ Μελανίωνι. | Τίμων | ἦν τις ἀΐδρυτος ἀβάτοισιν ἐν | (5) σκώλοισι, τὰ πρόσωπα περιειργμένος | Ἐριννύος ἀποῤῥώξ, | . . . . . . | οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων | ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους | (10) πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς. HERMAN. Elem. Doctr. Metr. p. 512. Venustissima hæc stropha sic expedienda est: Μῦθον βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, (*dochm.*) | Ὅν ποτ' ἤκουσ' αὐτὸς, ἔτι παῖς ὤν, (*compositus ex trochæo et pæon. dim. catal. in disyllabum, quo sæpius hic utitur hoc loco.*) Similes sunt 1014. seqq. Οὕτως. | Ἦν νεανίσκος Μελανίων τις, (*similis secundo horum versuum.*) | Ὃς, φεύγων γάμον, ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν, (*pæon. trim. cum basi 3 vel 4 temporum.*) | Κἀν ὄρεσιν ᾤκει, κᾆτ' ἐλαγοθήρα, (*asynart. ex 2 pæon. dim. catal. in disyllabum.*) | Πλεξάμενος ἄρκυς, καὶ κύνα τιν' εἶχε, (*similis præcedenti.*) | Κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. (*Monui de hoc genere versuum pæonicorum ad 539.*) | Οὕτω τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη, (*similis primo horum versuum.*) | Κεῖνος· ἡμεῖς (*troch.*) | Τ' οὐδὲν ἧττον τοῦ Μελανίωνος, (*similis secundo.*) | Οἱ σώφρονες. (*iamb.*) Legitur autem vulgo Κἀν τοῖς ὄρεσιν, sicut infra 1193. φέρειν τοῖς παισὶν, et κατῆλθεν, utrumque inconcinne. Posterius vitium correxit G. Herman. de Metris p. 367. Paulo corruptior est antistropha, quam sic restituere mihi videor: Κἀγὼ βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν | Ἀντιλέξαι τῷ Μελανίωνι. | Τίμων | Ἦν ἀΐδρυτός τις, ἀβάτοισιν | Ἐν σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος, Ἐ- | ριννύος ἀποῤῥώξ. Οὗτος ἂν ὁ Τίμων | Ὤιχεθ' ὑπὸ μίσους, κοὐκέτι κατῆλθε, | Πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς. | Οὕτω κεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει | Τοὺς πονηροὺς | Ἄνδρας αἰεὶ, ταῖσι δὲ γυναιξὶν | Ἦν φίλτατος. De levibus quibusdam maculis, quas elui, nihil amplius dicam. Ἐριννύος pro inconcinno Ἐριννύων dedit l. l. G. Herman. Versu 6 vulgo legitur, itidem inconcinne, Οὗτος οὖν ὁ Τίμων. Ἂν pro οὖν inveniri constat; quanquam et temere, interpretandi causa, inculcari solent hæ et similes particulæ γὰρ, δὲ, καὶ, μὲν, οὖν, ut, si quis rescribi jubeat potius Οὑτοσὶ ὁ Τίμων, ei non magnopere ego repugnarim. HOTIB.

782-3. ἤκου σαυτὸν (sic) Ms. Trin. DOBR.

785. Μειλανίων [sic ed. Far. Berg.]. Proverbium est Μελανίωνος σωφρονέστερος. Fortassis ille est Milanion de quo Propert. dixit: 'Partheniis errabat in antris Ibat et hirsutas sæpe videre feras.' Sed quod ait de leporum captura, crediderim allusum ad aquilæ speciem illam, quæ μελαναίετος et λαγοθήρας dicitur. Lege autem κὰν τοῖς ὄρεσι pro καὶ ἐν. Fl. Chr.

785-96. οὗτος φ. γ. ἀ. ἐς ἐρημίαν καὶ κύνα τίν' εἶχε, κᾆτ' ἐλαγωθήρει, κοὐκέτ' ἦλθεν οἰκ. ὑ. μ. οὕτως—ἧττον Μελανίωνος σωφρονέστεροι Suid. Ms. v. Μελανίωνος σ. quibusdam omissis, aliis transpositis. Ed. Med. οὗτος φ. γ. ἀ. ἐς ἐ. καὶ τοῖς ὄρεσιν ᾤκει, καὶ κύνα τίν' εἶχε. κᾆτ' ἐλαγοθήρει. κοὐκ ἔτ' ἦλθεν οἴκαδ' ὑ. μ. οὕτως τ. γ. ἐ. ἐκεῖνος ἡ. δ' οὐ. ἧ. τοῦ Μελανίωνος σωφρονέστεροι. Dobr. μειλανίων Mss. Id.

786. καὶ Suid. in Μελανίωνος. Bent.

788. Ms. ἐνώκει. Bent. ἐνῴκει Ms. Trin. Dobr.

789. Suid. in l. c. καὶ κύνα τιν' εἶχε κᾆτ' ἐλαγοθήρει: v. 792. omisso. Bent. κᾆτ' ἐλαγωθήρα. Male vulgo ἐλαγοθήρει. Duo Reg. et Schol. ἐλαγοθήρα. Sed quum Atticismi, tum metri ratio flagitat id quod reposuimus, ἐλαγωθήρα. Brunck. Cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 627. Dind. — οθήρει Trin. — οθήρα scholio præf. — θήρα P. Dobr.

792. Suid. κοὐκ ἔτ' ἦλθεν οἴκαδ'. Bent. κοὐκέτι κατῆλθ' οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. Sic omnino legendum, ut hic versiculus pari suo congruat, μενος κἀκ' ἀνδράσιν πονηροῖς. Est uterque iambicus hypercatal. Vulgo legitur κοὐκέτι κατῆλθεν πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους. Adverbio πάλιν sententiam frustra onerari nemo non videt. Brunck.

795. ἡμεῖς δ'—. Sic Regii: vulgo ἡμεῖς τ'—. Brunck. ἡμεῖς δ' Ms. Trin. Dobr.

796. τοῦ Μελανίωνος. Comma hic feci. Sensus enim et ordo est: ἡμεῖς τε οἱ σώφρονες βδελυττόμεθα τὰς γυναῖκας οὐδὲν ἧττον τοῦ Μελανίωνος. Nempe illud οὐδὲν ἧττον refertur ad βδελυττόμεθα sive ἐβδελύχθημεν, quod ἀπὸ κοινοῦ sumitur ex 794. non autem ad σώφρονες. Ne quis hic putet cum Erasmo proverbii alicujus mentionem fieri, nempe hujus, σωφρονέστερος Μελανίωνος. Berg. Suid. Μελανίωνος σωφρονέστεροι. Bent. τοῦ μειλαν. Ms. Trin. Dobr.

797. Frob. ΠΡ. quod delet Bent. Editor. Hic versus in Venet. ed. profertur a choro mulierum, tertius a virorum choro, quartus a mulierum, quintus a virorum, usque ad illa κἀγὼ κ. τ. λ. Fl. Chr.

798. τ' ἄρ' Suid. in κρόμμυον: lege κρομμύων ἄρ' οὐ δέει, i. e. δέῃ, χρῄζεις, non opus est tibi cepis, ut fleas. Bent. κρόμμυον γάρ. Id est καὶ ἄνευ κρομμύων κλαύσεις, legoque τ' ἄρ' pro γάρ. Proverbium est κρομμύου ὀσφραίνομαι et κρόμμυα ἐσθίειν. Unde Bias, quum ab Alyatte accerseretur, dixit, 'Αλυάττῃ φημὶ κρόμμυα ἐσθίειν. Fl. Chr. Schol.: κλαύσῃ γὰρ καὶ χωρὶς κρομμύων. Nempe quia cepæ odor lacrymas ciet. In Ran. 661. quidam interrogatus cur lacrymaret, dicit κρομμύων ὀσφραίνομαι. Quodsi verbum ἔδομαι exponas non per edam in futuro, ut plerumque solet, sed per edo, ut Fl. fecit, qui ἔδει exposuit edis, tunc alia expositio posset afferri. οὐκ ἔδει γὰρ κρόμμυον, non edis enim cepam, id est, non olet tibi graviter os tuum. Itaque osculeris me licet. Nam esus cepæ ingratum facit osculum. V. Thesm. 501. Quodsi Schol. expositio admittatur, et ἔδει obtineat futuri significationem, ut plerumque solet, tunc legendum in contextu, κρόμμυόν γ' ἄρ' οὐκ ἔδει, id est, cepam itaque non edes. Atque hac ratione valet altera etiam expositio Schol. quæ hæc est: ἢ κατὰ τὸ εἰρημένον ἄνω, (v. 690.) Ἵνα μήποτε φάγῃ σκόροδα καὶ κυάμους μέλανας. V. ibi not. Hac ratione sensus loci est, nunquam attinges annum posterum; nam occidam te, si me osculaberis. Berg. τ' ἄρ' Ms. Trin. Dobr. κρόμμυόν τ' ἄρ'.—, id est τοι ἄρα. Sic optime duo Reg. [V. Elmsl. ad Acharn. p. 103.] Vulgo γὰρ, quod male scriptum conjunctim pro γ' ἄρ'. Hoc autem antea depravatum fuerat ex τ' ἄρ'. Brunck. Pro γὰρ Fl. Chr. τ' ἄρ' et ita Schol. et Suid. v. κρόμμυα, qui Schol. partim exscripsit. κρόμμυον τ' ἄρ' Suid. Ms. in v. Pors. et ed. Med. Dobr.

799. Vulgo inepte κἀνατείνας τὸ σκέλος λακτίσαι. Saltem adscripsissent τὸ πέος: nam hoc intelligendum. Nosti Ovid. illud: 'Et percussori plaudit amica suo:' quomodo et κρούω similiaque usurpantur. Inconcinne quoque: cf. antistrophicum 823. Hotib. Verba τὸ σκέλος ejicienda esse monuerunt etiam Bent. et Reisig. i. p. 201. Dind. κἀνατείνας τὸ σκέλος λακτίσαι. Dele τὸ σκέλος. Herodot. ii. 162. ὁ Ἄμασις, ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμενος, ἐπάρας ἀπεματάισε. Pors. τὸ σκέλος addit Herodot. imitans Phavorinus Stob. cxii. p. 586. 39. citatus a Wessel. Dobr. Collato Herodot. τὸ σκέλος delet Reisig. p. 202. et recte monet dici quidem ἀνατείνας (τοὐμὸν σκέλος) λακτίσαι, sed innui, ἀνατείνας τὼ σὼ σκέλη, λαικάσαι. De ellipsi videndi Bos. annotatores ad vv. σκέλος et χείρ. Addo Menandrum apud Schol. ad

Plut. 689. Huc refero ἄρας, ἐπαίρων Œd. Tyr. 1270. 1276. ἐπαίρειν Evangel. Athen. xiv. p. 644. v. ἔνθες ποτ' Vesp. 1156. (cf. 1163. Lys. 289.) et ut videtur Aristoph. Eq. 1127. qui locus an respiciatur in Schol. Av. 1258. an potius comicus Luciani Amor. 53. t. ii. p. 457, 81. non liquet. ID.

800. λόχμην πολλήν. Id est, barba tibi velletur, quam nimis densam gestas. Hoc proverbiale facit Suid. aitque Phormionem pilosum et hirsutum fuisse et nates nigras habuisse. Alibi imperatorem strenuum et Crotoniatem facit, de quo meminerit Theopompus. Existimabant autem fortes viros τοὺς μελαμπύγους et δασυπύγους (nam pili nigredinem videntur facere): contra imbelles et femineos τοὺς λευκοπύγους. Apud eundem Suid. atque Athen. reperias φορμίσιον δασὺν γενέσθαι καὶ αἰνίττεσθαι τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. FL. CHR.

801. Μυρωνίδης. Schol. δύο Μυρωνίδαι ἦσαν, ὡς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις δεδήλωται. (nihil tale hodie ibi exstat in Schol.) Nempe Bœotos vicit iste Myronides. V. Thuc. lib. i. BERG.

802. μελάμπυγος. Qui tales essent, eos putabant fortes, ut contra, qui essent λευκόπυγοι, eos molles et effeminatos. V. Hesych. et Suid. BERG.

804. Φορμίων. Dux celebris, cujus mentio in Eqq. 558. BERG.

807. τῷ μελ. Ms. Trin. DOBR.

808. Τίμων. V. Suid. v. Τίμων et v. ἀποῤῥὼξ, et Plut. in M. Antonio p. 948. qui ad locum hunc Aristoph. respexit. KUST. Iste μισάνθρωπος satis notus est, aut esse debet ex Luciani egregio libello, cui titulus Timo. BERG.

809. Ms. ἦν τις ἀΐδρυτος et Suid. in ἀποῤῥῶγας et Scal. v. Hesych. ἀΐδρυτος; forte ἀΐδρευτοῖς ἐν. Suid. in Τίμων habet ἀνίδρυτος ἀβάτοις ἐπὶ σκόλοισι περιειργμένος: lege Τίμων | ἦν ἀ—τις ἀβατ—. BENT. ἀνίδρυτος. V. Harpocrat. v. ἀνίδρυτος et ibi Valesium, et Hesych. v. οὐδὲν ἱερόν. Ceterum vox hæc, haud temere alibi obvia, occurrit etiam apud Eurip. Iphig. Taur. 971. ubi de Furiis Orestem agitantibus tragicus ille inquit, δρόμοις δ' ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί. Mss. in loco hoc Aristoph. habent ἀΐδρυτος. KUST. Per consequens autem αἴδρυτος malum significat; nam ἵδρυσις competit diis et quidem bonis. BERG. ἦν τις Mss. Trin. DOBR. Τίμων ἦν τις Schol. Suid. ἀποῤῥῶγας. PORS. ἀβάτοισιν εὐσκώλοισι, Lego ἐν σκώλοισι. Est autem σκῶλος genus spinæ, unde in apologo asinus ad lupum ait, ἔκ μοι σκῶλον ἔρυσσον, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσεν ὁπλῇ. Legendum autem ἀΐδρυτος, ut et in Venet. ed. qua voce innuitur τὸ κακὸν, καὶ οἷον ἄλλοι αὐτοῖς οὐκ ἂν ἱδρύσαιντο. Ceterum dicitur et σκόλος et σκόλον et σκόλοψ. Sed de vera hujus loci lectione dubitandum non est. Nam apud Suid. sic hunc locum explanatum reperio: Τίμων τις ἀνίδρυτος ἀβάτοις ἐν σκόλοισι περιειργμένος etc. Quem ait a pyro arbore lapsum, claudum fuisse et mortuum ex putredine, quum medicos non admitteret, post mortem inaccessum fuisse locum circumque a mari ruptum. ἄβατον, inquit, οἷον ἀκάνθαις τεθριγκωμένον καὶ σκληροῖς σκόλοψι καὶ παττάλοις ἠφανισμένον. Ita erat σκυθρωπὸς et μισάνθρωπος. Hunc porro secundum chorum mulierum, qui volet, poterit reducere ad modos superioris chori virorum, et fortassis fecerat comicus noster. FL. CHR. εὐσκώλοισι est vitium typorum pro ἐν σκώλοισι, quod habent vett. edd. REISK. ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι. Vulgo ἀβάτοισιν εὐσκώλοισι. In A. ἀσκώλοισι. V. Toup. Cur. Nov. in Suid. p. 122. BRUNCK. Add. t. ii. p. 52. Toup. scribi vult, ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι | τὸ πρόσωπον περιειργασμένος. DIND.

811. Ms. περιειργασμένον. BENT. περιειργασμένος Schol. probante Toup. Cur. Noviss. in Suid. p. 122. PORS. —ένος ἐρινύων. Mss. Trin. (sed v. not. ad 200.) DOBR.

812. Frob. ἐρινύων: lege ἐριννύων. BENT. ἐρινύων cum unico ν scriptum in B. V. quæ notavi ad Æsch. S. Th. 490. BRUNCK. Add. Blomfield. ad Æsch. Prometh. p. 102. DIND. ἀποῤῥώξ. V. Valck. de Aristobulo p. 16. Böttigers Furienmaske p. 61. Heyn. ad Hom. t. iv. p. 392. DIND.

813. Lege νυν encliticum. BENT.

815. Voculam κἀκ' metro necessariam inserui, quam codices non agnoscunt. BRUNCK. Nondum satis exæquatus est hic versus antithetico suo. Scribendum κακὰ πονηροῖς ἀνδράσιν. Trimetri sunt pæonici, quos sic dimetiare: κουκετι κα | τηλθ' οικαδ' | ὑπο μισους. || μενος κακα | πονηροις | ανδρασιν. Monuerunt rei metricæ magistri pedem, cui nomen *Antibacchio*, melicis carminibus parum esse congruentem, ἀνεπιτήδειον πρὸς μελοποιΐαν. Est tamen apud comicum haud infrequens. Observari potuit supra 542. ουτε τα γο | νατα κοπος ἑ | λοι μου κα | ματηρος. BRUNCK.

818. Post hunc versum lacuna est in utroque Regio usque ad 889. qui in A. post 818. continuatur: in B. vacuum relictum spatium quatuor circiter plagularum. BRUNCK. Lege αἰεί. BENT. Post 818. "Desunt quædam in Ms. V." Margo. DOBR.

822. μηδαμῶς ἔδεισά γε. In Venet. ed. habes σ' ἔδεισά γε. Dubium autem mihi est, num post μηδαμῶς distinguendum sit, ut dicat, *minime gentium; te enim metuo*. Fl. Chr. Gry. μηδαμῶς σ'. Bent. μηδαμῶς ἔδεισά γε. Stribliginem interpunctione tollimus scribentes, μηδαμῶς· ἔδεισά γε. . at extrema tamen ista prorsus sunt insulsa et inficeta. Maximo est autem opere attendendum, antistrophica illa, 797—804. et 821—828. tanto esse acumine perfecta atque elaborata, ut non in sententiis solum summa versetur æqualitas atque convenientia, sed voces etiam sint adhibitæ aut eædem prorsus nonnullæ utrobique, aut soni imitatione simillimæ. Cui quidem rei, quum sit scenicorum propria poëtarum, tragici accuratam adhibuerunt diligentiam, Comicus vero argutam plane, supra quam cuiquam credibile sit nostrorum comœdiæ scriptorum: idque principium habemus illius sonorum in fine versuum congruentiæ, qua hujus ætatis poëmata exornantur. Et habet sane ea res, si verum fateri volumus, plurimum festivitatis ac venustatis in comœdia; id quod hoc ipso exemplo liquet. In stropha ait senex, βούλομαί σε γραῦ κύσαι: respondet mulier, κρομμύων τἄρ' οὐκ ἔδει: antistropha quærit mulier, τὴν γνάθον βούλει θένω; antistropha habemus, μηδαμῶς· ἔδεισά γε. utrinque ἔδει. Sed quid faciamus de illo, σά γε? Finge tibi scripturam, ἔδειχε, id est, ἔδει χέσαι: idque refertur sono ad superius κύσαι. Reisig.

824. τὸν σάκανδρ' ἐκφανεῖς. Lego τὸν σάκανδρον. Nam trochaici sunt versiculi. Est autem σάκανδρος γυναικεῖον αἰδοῖον. Hesych. σάκαν vocat. Fl. Chr. Frob. σάκανδρ': al. σάκανδρον: ita Suid. Bent. Suidas, σάκανδρος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Derivatur a σάκος, *barbam* significante. V. Conc. 502. Brunck.

827. ἀπεψιλωμένον. Hoc graphice admodum depingit initio statim Concionatricum, et proprie est, quod dixit Laberius, *cum cano eugio puellitarier*. Nam eugium, ut Græcis εὐδίαιον, pars illa est inter muliebria naturalia. Ad eas partes purgandas psilothro utebantur. Itaque dixit ἀπεψιλωμένον: nam hirsutam illam specum et pilis armatam quasi velitem faciebant et ψιλὴν curiosa conlucatione densæ et nigræ istius segetis. Sed ohe dicamus et huic fumo lucem dare desinamus. Fl. Chr. V. Eccl. 12. Berg.

831. ἄνδρ' ὁρῶ. Legerem ἀλλ' ἄνδρ' ὁρῶ, vel ἄνδρ' ἄνδρ' ὁρῶ. Sed videone, inquit, virum furentem et vere μανικόν. Fl. Chr. Lege ἄνδρα bis. Bent. ἄνδρ', ἄνδρ' ὁρῶ. Claudicat in vulgatis versus, semel tantum posita vocula ἄνδρ'. Emendandi viam, quam aliquoties ingressus sum, stravit Orvill. ad Charit. p. 200. ubi memoriæ lapsu suppleti hujus versus laudem Kust. tribuit, quam sibi vindicat Fl. Brunck.

832. Ἀφροδίτης ὀργίοις. V. infra 898. Berg. Gry. εἰλυμένον. Bent.

835. παρὰ τὸ τῆς Χλόης. Cereris est epitheton Chloe, cujus fanum fuit in Attica regione columnis septum, ut ait Hesych. Sic autem dici potest, quum messis adhuc est in herba. Fl. Chr. Subintellige ἱερόν. Est autem Chloe Cereris cognomen, a virescentibus segetibus. V. Athen. p. 618. Sic ferme *flava Ceres* apud Virgil. Berg. Cereris Χλόης dictæ templum erat in urbe prope arcem. V. Meurs. Gr. Fer. in Χλόεια. Brunck.

836. Lysistratæ hic versus absurde continuatur in vulgatis libris, in quibus totius hujus lepidissimi colloquii ita confusæ et perturbatæ sunt personæ, ut vix se quis eo extricare et actionem scenæ mente concipere queat. In Aug. lineola mutatæ personæ index huic versui præfixa: quæ vero initio seq. v. præfigi debuit, male omissa: at rursus posita est ante νὴ Δία. Melius in Cod. ὦ νὴ Δί—ut infra 837. ὦ πρὸς τῶν θεῶν. Brunck. Sic distinguend. *Feminæ*. ὦ νὴ Δί, ἐστὶ δῆτα· *per Jovem est omnino vir aliquis*. τίς κἄστίν ποτε; *quisnam tandem ille est?* respondet Lysistrata, ὁρᾶτε, γιγνώσκει τις ὑμῶν; Reisk.

838. Malim ἐμὸς ἀνήρ. Elmsl. ad Acharn. p. 72. Sed v. Herman. præf. ad Epitom. doctr. metr. p. xii. Dind. Κινησίας. Cinesiæ dithyramborum poetæ aliquoties meminit comicus. Sed hic videtur tantum propterea introducere Κινησίαν, quia hoc nomen derivatur a κινεῖν, quod pro βινεῖν sæpe accipitur. Tales allusiones ad etymologiam sunt frequentes apud comicum. V. ad 850. et seq. Berg.

839-41. (In ed. 1532. Dobr.) Corrupte Suid. v. ἠπεροπ. εἴη. ἐστὶ Suid. ed. Ms. κἀξυπεροπεύειν. Sic Suid. Ms. Pors. Ed. Med. in ἠπεροπ. σ. ἑ. ἐστὶ τοῦτ' ὁ. κ. τρέφειν οὐκ ἐξηπεροπεύειν καὶ πάνθ'. Dobr.

840. κἀξυπεροπεύειν. Etiam legi potest per η, ut sit pro καὶ ἐξηπεροπεύειν. Est autem ὑπέχειν hoc loco παρέχειν, et morigeram esse, aliquando ὑφίστασθαι et ἀποκρίνεσθαι, ut Aristoteles, ῥᾴδιον ὑπέχειν τὰς θέσεις. Fl. Chr.

841. ὧν σύνοιδεν ἡ κύλιξ. Nam fœdus factum est inter eas per calicem et vinum, ne quæ virum suum aut alienum fovere vellet ἄρθρα ἐν ἄρθροις. Fl. Chr. Supra 209. et sqq. apud calicem jurant mulieres se non velle viris facere copiam sui cor-

poris. Berg.

843. παραμένουσά γ' ἐνθαδί. Perperam vulgo παραμένουσ' ἐνθαδὶ, deficiente ad integritatem versus syllaba. Brunck. παραμένουσά γ' ἐνθαδὶ etiam Bent. Dind. L. συνηπεροπεύσω σοι παραμένουσ'. Pors.

844. ξυνσταθεύσω. Respicit ad ὀπτᾷν v. 839. nam eadem aut cognata est horum verborum significatio. V. supra 378. Berg. ξυνσταθεύσω. Cf. Markland. ad Eurip. Iph. Aul. 407. Pors.

845. ὁ σπασμός. Multæ sunt convulsionum species secundum partes affectas. Hæc in pene est et dicitur satyriasis. Nam et σάτυρον grammatici volunt vocari ἔντασιν. Quin satyrion herba dicta συνεργὸς πρὸς τὰς ἀφροδισίας ὁρμάς. Hic vero Cinesias dithyrambicus poeta perhibetur et famosus propter impietatem et παρανομίαν. Qui Pæonides fuit: legendum enim Παιονίδης, non Παιονείδης. Tamen in Ran. fabula Thebanus fuisse dicitur pessimus poeta lento et pigro corpore et in sceleti formam facto. Is fertur pyrrhicham fecisse et propter frequentes motus nomen tulisse Motorium: id enim est ὁ Κινησίας. Comicorum iram in se traxit, nam conatus est facere ut essent ἀχορήγητοι. Ne multa, vix audeam præstare conjecturam aut affirmare hunc esse Cinesiam hoc loco, qui in Ran. tangitur. Fl. Chr. De convulsione hac, qua penis afficitur, infra etiam 1089. Mox 967. tales convulsiones vocat ἀντισπασμούς. Berg.

846. τέτανος. In eadem significatione supra v. 553. Berg. Plaut. in Cistellaria ii. 1. 4. 'Jactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser.' Quod ad verba Græca attinet, similiter Plut. 876. ubi v. not. Id.

849. Avv. 1174. λαθὼν κολοιοὺς, φύλακας ἡμεροσκόπους. Berg.

850. Μυῤῥίνην. In hoc etiam nomine alludit ad etymologiam, ut paulo ante 838. ut sub nomine proprio res ipsa significetur. Derivatur autem Μυῤῥίνη a μύρτον, quod pudendum muliebre significat quandoque, ut infra 1004. Berg.

851. τὴν Μυῤῥίνην. Ne quid in versu redundet, delendus articulus τήν. Kust. Vulgo legitur, ἰδοὺ, καλέσω 'γὼ τὴν Μυῤῥίνην σοι. σὺ δὲ τίς εἶ; metro corrupto. Diversa, sed non melior, cod. lectio: ἰδοὺ, καλέσω τὴν Μυῤῥίνην νῦν σοι. σὺ δὲ τίς εἶ; Hinc expuncto νῦν, illinc 'γὼ, constant numeri. Superest adhuc suspicio de forma minus Attica καλέσω, quam librario imputo. Scripserat, ni fallor, comicus, ἰδοὺ, καλῶ τὴν Μυῤῥίνην σοι; σὺ δὲ τίς εἶ; Et sic infra 864. rursus καλῶ rescribi velim. V. ad Ran. 298. Brunck.

851. et 864. καλῶ male conjicit Brunck. Soph. Philoct. 1452. φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω. Aoristus est subjunctivi. In priore loco Lysistratæ per ἰδοὺ irridentur Cinesiæ verba, ἐκκάλεσόν μοι Μυῤῥίνην, ut in ἰδοὺ λέγειν Eq. 343. et alibi; unde manifestum est futuro ibi locum non esse. Quin solœcum esse suspicor καλῶ post φέρε, sive pro futuro, sive pro præsente subjunctivi capiatur. Dobr. ad Plut. 965. p. 119.

852. Παιονίδης Κινησίας. Habent hæc quidem formam nominum propriorum hominis, et nunc introducitur persona sub his nominibus, sed vi vocis res consignificatur. Παιονίδης enim est a παίειν, quod de re Venerea usurpatur, ut Pac. 874. Vocem Κινησίας etiam ejusdem esse significationis dixi paulo ante ad 838. Berg. F. Πεονίδης a πέος. Bent.

855. αἰεὶ et mox λάβοι Suid. in αἰεί. Bent. ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα. Non hoc tam insolenter dictum, quam rebatur Biset. Æsch. S. Theb. 51. οἶκτος δ' οὔ τις ἦν διὰ στόμα. Brunck.

858. Antidotus apud Athen. p. 240. περὶ τοῦ παρασιτεῖν εἴ τις ἐμπέσοι λόγος. Berg.

860. λῆρός ἐστι τἄλλα πρός. Isocrates p. 160. 40. Berg.

861. τί οὖν δώσεις τί μοι. Distingue: τί οὖν; δώσεις τί μοι; Kust.

862. Lege ἔγωγέ σοι. Bent. Vulgo legitur, metro pessundato, ἔγωγε νὴ τὸν Δί', ἣν βούλῃ γε σύ. Nec aliter Cod. nisi quod Δία plene habet sine elisione, versu non melius ideo fluente. Nihil interpretes ad hunc versum, quem ego non male restituisse mihi videor. V. seq. τοῦτο, δεικτικῶς, scilicet rigentem nervum. Brunck. Legas licet, ἔγωγέ νυν, νὴ τὸν Δί', ἣν βούλῃ γε σύ. Hotib.

864. φέρε νῦν καλέσω. Lege νιν i. e. αὐτόν. Paulo post pro αὕτη ξυνῆλθεν legerem αὑτὴ 'ξῆλθεν pro ἐξῆλθεν. Fl. Chr. καλέσω. V. Brunck. ad 851. Dind. καταβᾶσα. ἀναβᾶσα. Nam in imo stabat Cinesias, in edd. agebant feminæ. Reisk.

865. Lysias contra Andocidem: καί τοι τίς χάρις τῷ βίῳ κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; Berg.

866. Frob. ξυνῆλθεν: lege 'ξῆλθεν ut Gry. Bent. αὐτὴ 'ξῆλθεν. Male Cod. ut vett. edd. αὐτὴ ξυνῆλθεν. Fl. Chr. conjecturam, seu potius certam emendationem, prudenter receperunt editores. V. not. ad 702. Brunck.

869. ἔστυκα. στύειν est tentigine laborare. Proverbium est apud Suid. οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐστυκὼς ἀνήρ. Eustath. magis integrum proponit ex rhetore Æl. Dionysio. Meminit hujus proverbii vir

doctus et diligens Had. Junius, recteque notat lactucam ab Atheniensibus ἄστυτιν dictam, quod ejus usus laxos nec rigentes ad Venerem reddat. Fl. Chr.

873. οὐκ in fine versus scribendum, sequente versu a vocali incipiente. Sic bene vulgo Ran. 68. κοὐδείς γέ μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ | ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον. Brunck.

876. ἐπιτετριμμένος. Infra 1090. et alibi sæpe. Berg.

878. Mœris: Μάμμην, καὶ μαμμίαν, τὴν μητέρα, Ἀττικοί· Ἕλληνες τὴν μάμμην. Ad quem locum videndi interpretes. Brunck.

879. μαμμία. Attici matrem vocabant μαμμίαν, quia infantes τὸ φαγεῖν vocabant μαμμᾷν, ut notant bonæ notæ grammatici. Et sane Latinum *mamma* pro papilla hinc puto fluxisse. Fl. Chr.

884. οἷον τὸ τεκεῖν. Eurip. Iph. Aul. 917. δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα. Berg. τί γὰρ πάθω. Hæc aliquando putavi non a Cinesia, ut notatur, sed a Myrrhina dici. Nunc cohibeo assensionem, et recte arbitror proferri ab ipso viro. Est autem hic ἀγανὸν, ἱλαρὸν, καὶ καλόν. Fl. Chr. τί γὰρ πάθω; Perperam vulgo verba hæc Cinesiæ tribuuntur, quæ mulieri continuanda. Formulam illustravit Valck. ad Eurip. Phœn. p. 335. Ea utitur noster Conc. 860. Nub. 798. Av. 1432. Librarii error in personarum distinctione alium peperit errorem: ut enim postrema hæc verba cum sequentibus connecteret, particulam γὰρ posuit, pro ea quam adhibere debuit poeta, quamque reposui: ἐμοὶ μὲν αὐτή—. Brunck.

885. In Bekk. Anecd. i. p. 355. hæc sic scripta afferuntur: ἐμοὶ γὰρ αὐτῇ καὶ νεωτέρα δοκεῖ | πολλῷ γεγενῆσθαι κἀγανώτερον βλέπειν. Dind.

887. δυσκολαίνει. Hic τὸ δυσκολαίνειν est δυσφορεῖν. Alias δυσκολία Aristoteli est ἀπόκρισις συλλογισμοῦ φθαρτική. Est autem βρενθύεσθαι, ἐπαίρεσθαι et προσποιεῖσθαι ὀργίζεσθαι. Fl. Chr. βρενθύεται. V. Pac. 25. Berg. βρενθύεται. De hoc verbo v. Hemsterh. ad Lucian. p. 367. Brunck.

888. ταῦτ' αὐτὰ δῆσθ'. Puto δ' ἦσθα pro δ' ἦν. Hæc, inquit, quæ me desiderio torquent, vel lege δῆτα. Tamen ἦς pro ἦν dicitur, ut apud Theoc. ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν. Fl. Chr. Frob. δῆσθ' ἄκαμ'. Lege δὴ 'σθ' ἃ κἄμ' vel δῆτ' ἐσθ' ἅμ'. Bent.

889. τεκνίδιον κακοῦ πατρός. Alludit ad versum Æsch. ex Prometh. soluto, puto. Quum enim Prometh. liberatorem suum Herculem cum arcu et sagittis auxiliaturum sibi vidisset, dixit, ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον, i. e. *hæc cara proles patris invisissimi*. Plutarch. vitam Pompeii ab hoc Æsch. versu ordiri voluit. Paulo post pro διατιθεῖσ', quasi sit pro διατιθεῖσα, lego, ut in Venet. ed. διατίθεις, et mox ἄπειμ' ἐκεῖσε extrito ι, et σὺ δ' ἀλλὰ, non ἄλλα. Fl. Chr.

890. "Incipit Ms. Voss." margo. Ms. Trin. Dobr.

891. Ms. KIN. et 893. αὐτή τε λυπεῖ, i. e. λυπῇ. Bent. Male vulgo huic versui præfixa est persona Lysistratæ, quæ postquam 864. Myrrhinam evocatura intro abiit, non amplius prodit in scenam. Hoc quidem vidit Berg.; sed male constituta verba insulse vertit. γυναιξὶ sine ν in fine exhibent duo Reg. tum habent κἀμέ τ' ἄχθεσθαι ποιεῖς, αὐτή τε λυπεῖ, sensu perspicuo et optimo. In Aug. ut in vett. edd. est etiam κἀμέ τ': sed in Cod. post ποιεῖς non distinctum, nec initio seq. versus ante αὐτή ducta lineola mutatæ personæ index. At vulgo, quum duo præcedentes versus Lysistratæ, dudum e scena egressæ, tributi fuerint ista lectione, χ' ἁτέραις πείθει γυναιξὶν, κἄμ' ἔτ' ἄχθεσθαι ποιεῖς; initium versus 893. seu verba αὕτη με λυπεῖ Cinesiæ tribuuntur. Absurda autem ista sic reddidit Berg.: *Cinesias. Cur, o improba, hæc incipis, aliisque pares mulieribus, et me anxium facis? hæc me contristat.* Quænam est illa, quæ pronomine *hæc* demonstratur? λυπεῖ est 2. pers. passiva, quam pro 3. activa accepit. Facile sagacior quispiam inspecta vet. ed. mendam deprehendisset, quæ tota est in με pro τε posito, quod postremum hic requiri satis indicat prius τε præcedentis versus, cui alterum reddi debebat: καὶ ποιεῖς ἐμέ ΤΕ ἄχθεσθαι, αὐτή ΤΕ λυπῇ. Brunck. Κιν—ποιεῖς Ms. Trin. Dobr.

892. κἀμέτ'—ποιεῖς Ms. Trin. Dobr.

893. Med. apud Eurip. 1361. Jason hæc dicit: καὐτή γε λυπῇ, καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ. Brunck. αὐτή τε λ. sine Κι. Ms. Trin. Dobr.

895. χεῖρον διατιθεὶς. In Junt. διατιθεῖσ', tanquam si participium esset διατιθεῖσα. Adsueti non erant sequioris ævi librarii veteri formæ verbi τιθέω, quæ nullibi fere occurrit, quin aliquo in Cod. depravata reperiatur. Eqq. 717. μασώμενος γὰρ, τῷ μὲν ὀλίγον ἐντιθεὶς. Ibi Codd. optimus habet ἐντίθης, forma qua pueri verbum hoc conjugare docentur. Eurip. Ione 747. et 1540. ἔπου νυν ἴχνος δ' ἐκφύλασσ' ὅπου τιθεῖς— | ἔπειτα τῷ θεῷ προστιθεὶς τὴν αἰτίαν—. Duorum Reg. codd. alter habet τιθεὶς et προστιθεὶς, tanquam si participia essent. In Soph. Phil.

recte aliquando excudetur 992. ὦ μῶσος, οἷα κἀξανευρίσκεις λέγειν | θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τιθεὶς. Cf. vulgatam lectionem in Johnsoni edd. sive Britannis, sive nupera Parisina 1017. BRUNCK. V. Pors. ad Eurip. p. 130. Buttman. Gr. Gr. t. i. p. 524. DIND.

896. κρόκης φορουμένης. Suid. [et Zonar. t. i. p. 535.] legit κρόκης διαφορουμένης, sed invito metro. V. eum v. διαφορουμένης. KUST.

898. Citat Suid. in ἀνοργίαστα. BENT. V. supra 832. BERG.

901. Post hunc versum is, qui sequi debebat, omissus fuit in omnibus edd. magno cum sententiæ et venustatis dispendio. Causam omissionis manifestam vides. Duobus continuis versibus in eadem verba τοιγὰρ ἂν δοκῇ desinentibus, a superiore ad inferiorem deflexit librarii oculus, alioqui non animadvertentis absurde Cinesiæ tribui ista, κἄγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε. Versum qui desiderabatur, personis recte distinctis, exhibent tres Codd. [et Ms. Voss. ap. Bent.] solus quidem B. in contextus serie, duo reliqui in margine ab eadem manu. BRUNCK. δοκῇ, | ποιήσομεν καὶ ταῦτα. Μυρ. τοὶ γὰρ ἂν δοκῇ | κἄγωγ' tum om. Μυρ. Ms. Trin. DOBR.

904. κατακλίθητι. κατακλίνηθι tacite Elmsl. ad Acharn. p. 265. DIND. Plut. 1056. βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; BERG. Citat Suid. v. καίτοι. ii. p. 288. qui et Schol. notulam, οὐ κρύπτω τὸν ἐμὸν πόθον, suam fecit. PORS.

906. Ms. κατακλινεῖ σ', BENT. ὦ Μύῤῥιον. Sic optime Regii. Vulgo jugulato metro, ὦ Μυῤῥίνιον. Diminutivum Μύῤῥιον deductum a nomine primitivo μύῤῥα, unde Μυῤῥίνη. Hoc certum, et longe præstat Orvil. commento Μυρίδιον, quem v. ad Charit. p. 239. BRUNCK. κατακλινεῖ ὦ M. DOBR.

907. Μανῆ. Manes servi nomen sæpe occurrens apud comicum. BERG.

910. κατακλινεῖ in futuro: sic Regii [et Bent.]. Vulgo κατακλίνει. BRUNCK. Ms. ὦ τάλαν. BENT. κλινεῖ Ms. Trin. (sed v. not. ad 280.) DOBR.

911. δράσειε τοῦτο. Lege vel bis τοῦτο, ut sit τοῦθ' ὅπου etc. vel δράσειε τοῦθ' ὅπου τουτὶ πανὸς καλόν. Sed nihilominus obscurus mihi est locus, ac nescio an πανόσκαλον melius, de quo Hesych. nisi quod per ω effert τὸ σκῶλον. Mihi autem videtur innui antrum Panis. FL. CHR. ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς καλόν. Sic non solum habent omnes quas vidi edd. sed etiam Mss., quam proinde lectionem male sollicitat Biset. legendum existimans ὅπου τὸ Πανὸς αὔλιον. Verum quidem est supra 721. legi ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὔλιον: non tamen inde petenda est medicina huic loco, qui nullo vitio laborat. Sensus enim verborum istorum hic est. Quum Myrrhina ad Cinesiam maritum dixisset, *ubi, miselle, hoc quis facere queat?* (nimirum, tecum concumbere, et quidem ita, ut nemo id videat) Cinesias respondet, καλὸν (sc. ἐστὶ τοῦτο δρᾷν) ὅπου τὸ τοῦ Πανός· *commodum et opportunum erit hoc facere, ubi Panis est antrum*, vel *fanum*. Hoc enim sensu τὸ καλὸν apud Atticos interdum sumitur, ut Pac. 277. 291. Eccl. 321. Thesm. 299. τὸ τοῦ Πανὸς autem apud Atticos dici κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἱερὸν, vel ἄντρον, vix tirones ignorant. Ceterum ex Mss. pro τοῦτο Πανὸς, ut priores edd. habent, reposuimus τὸ τοῦ Πανός. KUST. Lege τοῦθ'; ΚΙ. ὅπου τὸ Πανὸς αὔλιον: v. 722. vel ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς καλὸν ut Ms. BENT. V. Schol. Ut hic τὸ τοῦ Πανὸς, ita paulo ante v. 835. τὸ τῆς Χλόης. Subaudi ἱερόν. Sic Terent. *ad Dianæ*. BERG. ὅπου τὸ τοῦ Πανὸς, καλόν. V. supra 721. Conc. 321. ἦ πανταχοῦ τοι νυκτός ἐστιν ἐν καλῷ. Thesm. 292. ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων | ἵν' ἐξακούω; Hic καλόν ἐστι, vel καλὸν ἂν εἴη, diversa loquendi forma idem valet, ac illis in locis ἐν καλῷ εἶναι. Ceterum duo Reg. bene habent τὸ τοῦ Πανὸς, quod e suis reposuit Kust. In Aug. ut in Junt. ὅπου τοῦτο Πανός. BRUNCK.

912. καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' ἐς πόλιν; Sic ad linguæ normam legendum. Male vulgo duæ voces coaluerunt ἀνέλθοιμ' —. Πῶς cum optativo non construitur, nisi comite particula ἄν. V. Dawes. Misc. Crit. p. 207. BRUNCK. ἔσθ' Ms. Trin. DOBR.

913. τῇ κλεψύδρᾳ. Clepsydra fons Athenis, quæ prius dicta ἐμπεδὼ (puto qua ratione ἀΐδης dicitur ἔμπεδος) et sub terram fertur viginti stadiis ab acropoli. Sic autem vocatur, ait Suid. quia interdum exundat, interdum vero deficit. Sed verecunde arbitror ludere comicum ad virilem penem, qui etiam dicitur κλέψυδρος, quia ὕδωρ κλέπτει, ut dixit in Vesp. fabula. FL. CHR. Clepsydra fons erat Athenis ex arce fluens. V. Hesych. in κλεψίῤῥυτον ὕδωρ. BRUNCK.

914. —ορμήσω Ms. Trin. DOBR.

917. ἀρκεῖ χαμαὶ νῷν. Nicænetus apud Athen. p. 673. ἀρκεῖ μοι κοίτη μὲν ὑπὸ πλευρῇσι χαμεύνη. BERG.

918. Soph. Aj. 1347. aut 1359. ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ οὐκ ἂν γ' ἀτιμάσαιμ' ἄν. BERG.

919. Ms. ἦ τοι: mox lege φιλεῖν μὴ θέλῃ 'στιν ut Ms. BENT. ἦ τοι γυνή. Sic Regii: vulgo ἡ δὴ γυνή. Male iidem

φιλεῖν pro φιλεῖ. In A. φιλεῖ primo scriptum fuit: postea superscriptum ν. Brunck. ἤ τοι γ. φιλεῖν Ms. Trin. Dobr. ἤ τοι γυνὴ φιλεῖ με, δήλη 'στὶν, καλῶς. Sic vulgo interpungunt, καλῶς referentes ad φιλεῖ. Perperam. Junge δήλη 'στὶν καλῶς. Soph. Œd. R. 1008. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς. ubi Glossator Augustanus καλῶς recte interpretatur πάνυ. Schæfer. ad Greg. Corinth. p. 531.

921. καί τοι, τὸ δεῖνα, ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα. Voces τὸ δεῖνα cum ceteris partibus sermonis non construuntur, quod distinctione indicativi. Est ἐπιφώνημα, seu interjectio affectum animi significans, sive mirantis, sive dolentis, sive indignantis, nec alio verbo melius reddi potest, quam comicis Latinis frequentissimo *Perii*. Plaut. Truc. iii. 2. 21. 'Perii! rabonem? quam esse dicam hanc beluam?' Terent. Eun. ii. 3. 69. 'Perii! nunquamne etiam me illam vidisse?' V. aliud exemplum supra 202. Alibi, ut Pac. 268. alia comicis Latinis non minus frequenti interjectione usus sum, *Malum*. Quid sibi vellet istud τὸ δεῖνα non intellexerunt interpretes. Verti equidem, *At, perii! teges efferenda est*. Berg. vero insulse, *sed illud erat efferendum, teges inquam*. Et ubicunque recurrit illud ἐπιφώνημα, eadem elegantia et perspicuitate vim ejus exprimit. In Acharn. 1149. τὸ δεῖνα aliud quid significat; nempe κατ' εὐφημισμὸν ut ait Schol. τὸ αἰδοῖον. Scilicet idem olim quod hodie contigit, ut proletarius sermo animi affectus quosdam significaret vocabulis e re Venerea sumtis. Italorum etiam politissimi vocem *cazzo*, qua primaria sua significatione non utuntur, nisi indecore εὐθυῤῥημονοῦντες, frequenter pro interjectione adhibent, plane idem significante quod comici τὸ δεῖνα, et Latinorum *Perii*. Nostrum autem quis sibi in tota vita adeo temperavit, ut illi nunquam exciderit 'ce mot des Français révéré, Mot énergique, au plaisir consacré, Mot que souvent le profâne vulgaire Indignement prononce en sa colère?' Brunck.

923. αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε. Vox τόνου auctore Suida etiam significat τοῦ κραββατίου τὰ σχοινία. Sed lege hic cum Venet. ed. ἐπ' ἐπιτόνου. Est autem ἐπίτονος δέρμα, ᾧ κατησφάλισται ὁ ἱστὸς (sic enim lego apud Hesych. non τὸν ἱστὸν) τῆς νεώς. Suid. ad hunc locum dixit γελοῖον ἐπὶ δέρματος, Ὅμηρος, ἐπίτονος βέβλητο. Fl. Chr. Ed. illa, quam dicit habere ἐπ' ἐπιτόνου, est, ut puto, Far. nam et hæc ita habet et est Venet. etiam. Placet autem illud ἐπ' ἐπιτόνου, quamvis Schol. (quem v.) aliter legerit. Berg. Leg. ἐπ' ἐπιτόνου γε. Bent. γὰρ ἐπιτόνου. Ms. Trin. Dobr. αἰσχρὸν γὰρ ἐπ' ἐπιτόνου γε. Sic recte edidit Zanet. et legitur etiam in posteriori Venet.: in aliis γὰρ ἐπὶ τόνου. In A. conjunctim ἐπιτόνου, ut legit etiam Schol. qui nugatur ellipsim hic esse statuens præpositionis ἐπὶ, quam olim scriptam, absorpsit postea sequens syllaba. Sunt autem ἐπίτονοι lora, quibus lecti instruuntur ad sustinendas culcitas, aut stragulas, aut tegetes. Brunck. Vulgata scriptura ἐπὶ τόνου revocanda est. V. Reisig. i. p. 69. τόνος ex Lys. affert Pollux x. 37. Dind. Suid. v. ἐπίτονος. Pors. αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε. δός μοι νῦν κύσαι. Ita recte pleræque edd. saltem quod ad literas. (Nam aliæ ἔτι τόνου, aliæ cum Schol. ἐπιτόνου, id est ἐπὶ τόνου. V. Collat. ad Nub. 161. Eccl. 1228.) ἐπ' ἐπιτόνου e Suid. ut videtur, invexit editor Venetæ 1538. apud Zanet. Pollux x. 37. ὁ δὲ τόνος (*the sacking*) ἐν τῇ Λυσιστράτῃ, quod huc refert Jungerman. Herodot. ix. 118. τοὺς τόνους ἑψοντες τῶν κλινέων, unde explica τὸν τόνον τῶν ὅπλων vii. 36. bis. V. Athen. xiv. p. 637. f. Ibid. xv. p. 672. e. Vide an legendum καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτὴν, ὅτι ἐν τόνῳ (vel τόνοις) συνέβη περιειληθῆναι τὸ βρέτας. Adde Eq. 529. et Schol. Dobr.

924. Alteram MY. delet Ms. et — 925. addit MY. Bent. Pac. 275. ἧκε νῦν ταχύ. Berg. Om. Mυ. ante ἧκε Ms. Trin. Dobr.

925. Μυῤ. ἰδοὺ Ms. Trin. Dobr.

927. Ms. οὐδὲ δέομαι: lege ἀλλ' οὐδὲ δέομαι ἔγωγε: ut infra 933. δέομαι ἔγωγ'. Bent. Versum corruptum esse censet Reisig. in diariis Jenens. a. 1817. fol. 224. p. 406. Elmsl. ad Acharn. p. 72. scribendum videtur ἀλλ' οὐδὲ δέομαι 'γωγε. Dind. ἀ. οὐδὲ δέομαι οὐδὲν ἔγωγ (sic) Ms. Trin. (sed v. not. ad 200.) Dobr.

928. ἀλλή τοι τὸ πέος. ἀλλ' εἰ pro εἰ μὴ vel ἄρα. Delendum autem puto τοι. Proverbium est Ἡρακλῆς ξενίζεται de tarde venientibus dictum, quia qui hospitio accipiebant Herculem, multum temporis exspectabant donec satur fieret: nam erat πολυφάγος et ἀδηφάγος, et cui illud Theocr. competeret πεινῶντι μὲν οὐδέποκ' ἔνθοις. Ait igitur, non opus est mihi pulvinarii, nisi mentula sit velut Hercules hospitio acceptus et diu moraturus, quasi dicat, statim expedi vero. Tamen existimo per hoc proverbium innui, properandum esse, neque moram trahendam, quia ubi accipitur Hercules magnus comedo, eo non tarde veniendum. Quod autem ait ὦ χρυσίον, notandum est apud Hesych. sic etiam dici τὸ τῶν παίδων αἰδοῖον. Fl.

Chr. ἀλλ' ἢ τὸ πέος. Sic primum emendaveram, tam certus genuinam lectionem restituisse, quam nunc, postquam eandem in ambobus Reg. reperi. In Aug. et in binis Venet. ἀλλ' ἤ τοι τὸ πέος, syllaba ultra numerum excurrente: ceteræ edd. et ἀμέτρως et absurde ἄλλῃ τοι τὸ πέος. Cf. Vesp. 60. et Suid. in Ἡρακλῆς ξενίζεται. Brunck. Ms. ἀλλ' ἢ τό. Bent. Ἡρακλῆς ξενίζεται. V. Schol. et Suid. Apud Eurip. in Alcest. Hercules hospitio Admeti excipitur, ubi servus, qui ei ministraverat, dicit 747. πολλοὺς μὲν ἤδη, κἀπὸ παντοίας χθονὸς, ξένους μολόντας οἶδ' ἐς Ἀδμήτου δόμους, οἷς δεῖπνα προὔθηκ'· ἀλλὰ τοῦδ' οὔπω ξένου κακίον' ἐς τήνδ' ἑστίαν ἐδεξάμην. deinde post duos versus: — οὔτι σωφρόνως ἐδέξατο τὰ προστυχόντα ξένια, συμφορὰν μαθὼν, ἀλλ' εἴ τι μὴ φέροιμεν, ὤτρυνεν φέρειν. Forte etiam data opera quandoque morabantur, ut magis irritarent Herculem, et forte nonnulli aliquando spem ei fecerunt cœnæ, deinde lupum hiantem deluserunt; unde risus materia comicis fuit Ἡρακλῆς τὸ δεῖπνον ἐξαπατώμενος, ut est Vesp. 60. Sic et iste Cinesias, qui misere exspectat et sperat concubitum, deludetur. Berg. ἀλλ' ἢ τὸ π. Ms. Trin. Dobr.

929. In Mss. duo hi versus personis rectius sic assignantur: ΜΥΡ. ἀνίστασ', ἀναπήδησον. ΚΙΝ. ἤδη πάντ' ἔχω. | ΜΥΡ. ἅπαντα δῆτα; ΚΙΝ. δεῦρό νυν, ὦ χρύσιον. Kust. Μυρ. ἀνίστ. — Κιν. ἤδη Ms. Trin. Dobr. Longe aliter, ac vulgo, personis distributa sunt quæ sequuntur: nempe ut in duobus Reg. binisque aliis Codd. quorum collationes Kust. habuit. Eadem in Aug. lineolis indicata distinctio. *Surge,* ait Myrrhina, *ut cervical tibi subponam.* Verba ἅπαντα δῆτα interrogative cum ironia proferri possunt: *omniane, quæso? me tamen nondum.* Vel affirmative, *omnia sane, ut dicis.* Brunck. ἀνίστασο. Penem alloquitur. Berg.

930. δεῦρό νυν, ὦ χρύσιον. Sic ille in Acharn. 1201. appellat meretriculas: φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω. Berg. Cf. Jacobs. ad Antholog. Palat. t. iii. p. 696. Dind. Μυ. ἅπαντα δ'. Κιν. δεῦρο Ms. Trin. (sed v. not. ad 200.) Dobr.

931. λυόμενον Suid. ed. Ms. στρόφιον. Pors.

933. νὴ Δί' ἀπολοίμην ἆρα. Qui non animadverterunt editores ad metri legem scribendum esse ἆρα, non autem, ut vulgo, ἄρα, næ illi prosodiæ prorsus erant rudes. Scilicet versum dimetientes mediam in σισύραν producebant, quæ corripitur semper. Conc. 347. ἵνα μὴ 'γχέσαιμ' ἐς τὴν σισύραν. φανὴ γὰρ ἦν. 421. χειμῶνος ὄντος τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω. Av. 122. ὥσπερ σισύραν ἐγκατακλιθῆναι μαλθακήν. Vesp. 738. λείχειν, χλαῖναν μαλακὴν, σισύραν. Cf. Toup. ad Suid. iii. 132. Brunck.

934. Lege μὰ τὸν Δί' οὐ δέομ' ἀλλά: vel μὰ Δί' οὐ δέομαι 'γωγ' ἀλλά. Ms. οὐδὲ δέομαι. ἀλλά. Bent. μὰ Δί' οὐ δέομαι 'γωγ'· ἀλλὰ —. Sic ad metri integritatem legendum, ut Thesm. 594. οὐκ οἴομαι 'γωγ', ὦ πολυτιμήτω θεώ. Infra 1114. τάχα δ' εἴσομαι 'γώ. Vulgo claudicante metro οὐ δέομαί γ' ἀλλά. Pejus B. οὐ δέομαι ἀλλά. In A. bona lectio οὐ δέομαι δῆτ'. ἀλλά. Illam tamen sinceriorem puto cujus vestigia servant alii libri. Brunck. Metrum vacillat. Repone οὐ δέομαι γάρ. Eurip. Orest. 212. ὡς ἡδύ μοι προσῆλθες· ἐν δέοντι γάρ. Eadem medicina forsan indiget Av. 821. καλὸν γὰρ ἀτεχνῶς, ut scilicet Epops præcedentis exclamationis rationem reddere censeatur. Pors. οὐδὲ δέομαι. ἀλλὰ Ms. Trin. Dobr.

935. ποήσεις Ms. Trin. Dobr.

936. ἄνθρωπος. Possit aliquis putare hæc a Myrrhina dici, ut ἄνθρωπον de suo viro dicat. Sed qui considerabit Hesych. verba, quibus apud Laconas feminam proprie vocari ἄνθρωπον constat, deinde quæ postea dicuntur ab ipso Cinesia, ut puto, ἐπιτέτριφέ με ἡ γυνὴ, sententiam mutabit, neque Cinesiæ personam Myrrhinæ persona. Fl. Chr. Alciphron. Epist. 19. libr. i. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου. Plura videri possunt in notis meis ad illum auctorem. Berg. ἡ 'νθρωπος. Male vulgo omisso articulo ἄνθρωπος. Schol. ἀντὶ τοῦ ἡ γυνὴ, ἡ ἄνθρωπος εἶπε. Brunck. ἥνθρωπος Toup. in Suid. i. p. 13. Cur. Noviss. in Suid. p. 106. ex Schol. Pors.

939. ἦν τε βούλῃ. Sic bene Regii, ut supra 194. Solœce vulgo βούλει. Brunck. βούλῃ ἦν Ms. Trin. Dobr.

940. Fo. βδεῦ: v. Prolegom. Bent. P. xiii. ed. Kust. in Ἄλλως περὶ κωμῳδίας, ubi legitur in Frob. βδεῦ: at Kust. ζεῦ. Editor not. Bent.

941. πρότεινέ νυν τὴν χεῖρα. Vulgo πρότεινε δή. Regii πρότεινε νῦν. Glossema est δὴ pro νυν enclitico. Brunck. π. νῦν τ. Ms. Trin. Dobr.

943. εἰ μὴ διατριπτικόν. Vel propter moram et tarditatem, qua prudens utitur conjux Myrrhina, unguentum illud vocat διατριπτικὸν, vel quia trita unguenta sunt suaviora. Notandum est autem per unguentum Rhodium allusisse videri comicum ad μόριον τῆς γυναικὸς, quia apud Mitylenæos ῥόδον et ῥοδωνιὰν sic vocent, aliquando τὸ τοῦ ἀνδρὸς, teste Hesych. ut etiam vocatur μύρτος τὸ γυναικεῖον. Fl. Chr. εἰ μὴ διατριπτικόν γε. Sic bene

Schol. et A. Vulgo τε. Copula hic locum non habet. Brunck. γε Ms. Trin. Dobr.

944. τὸ 'Ρόδιον — μύρον. Apparet, Rhodium unguentum vilius fuisse aliis unguentis. V. Eustath. in Od. p. 82. lin. 25. edit. Basil. ubi loci hujus est mentio. Berg.

945. ἀγαθόν· ἔα 'ὔτ', ὦ δαιμονία. Sic emendate scribi debet. Vulgo ἔα αὔτ', quod si plene pronuntietur, et aures ingrato hiatu offendit, et numeros solvit. ἔα αὔτ' pes est bacchius, quem nullibi versus iambicus admittit: duæ voces tanquam una efferuntur εαυτ': et sic versui constat rhythmus. ἐῶ, ἔα apud poetas Atticos sæpe in unam syllabam coalescunt; sed in ἔα ultima, quæ longa est, nunquam eliditur. V. ad Ran. 1243. Brunck. Cf. Wolf. Analecta ii. p. 456. Dind. 'Αγαθόν; ἔα αὔτ', ὦ δαιμονία. — Ληρεῖς ἔχων. Malim ἔα τ', ὦ δαιμονία, i. e. ἔα τοι. [Idem placuit Pors. apud Kidd. ad Dawes. p. 625. Dind.] V. ad Av. 1454. Exempla contractionum harum et similium ἔα 'ὔτ', μὴ 'ὑτοῦ, μὴ 'ὔρω, quæ Dawes. placent ac Brunck. sunt incerta. V. ad Ran. 169. Hotib. Ran. 202. οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Berg.

946. ὁ πρῶτος ἐψήσας. Sic bene ambo Reg. [et Ms. Voss. ap. Bent.] Vulgo πρῶτον. Brunck. πρῶτος Ms. Trin. Dobr.

947. ἀλάβαστον ex B. reponi jubet Brunck. ad Acharn. p. 267. Dind. V. Schol. Berg.

948. ᾧ 'ζυρὰ, pro ὦ οἰζυρά. Ad vulgarem pronuntiandi morem, qui Athenis obtinebat, referendum videtur, quod media hic in οἰζυρὸς corripiatur, quod sane analogiæ repugnat, nec aliorum poetarum exemplis confirmari posse arbitror. Etymol. M. p. 620. l. 3. οἰζυρὸς, τὸ ζυ μακρόν. In Daphnidis et puellæ colloquio inter Theocr. ubi ediderunt, τὰν σαυτῶ φρένα τέρψον· ὀϊζυον· οὐδὲν ἀρέσκει, Scal. ὀϊζυρὸν contra prosodiam reponebat: nec scio an melius locum tueatur ὀϊζυον significatione transitiva. Ut autem ad ᾧ 'ζυρὰ revertar, si unico in hoc loco reperissem, vitii suspectum mihi fuisset: sed recurrit Nub. 655. οὐ γὰρ, ᾧ 'ζυρὲ, | τούτων ἐπιθυμῶ μανθάνειν οὐδέν, quo in loco non magis quam hic variant Codd. Brunck.

950. ὑπολύομαί γ' οὖν. Puto esse calceos demere, ut ὑποδύομαι contra. Facilis lapsus τοῦ Δ et τοῦ Λ, ut ne sequaris edd. quæ habent ὑποδύομαι. Fl. Chr. ὑπολύομαι γοῦν. Sic duo Codd. In A. ἀποδύομαι γοῦν. Supra bis dixit ἐκδύομαι. Supererat ut calceos exueret. Male vulgo divisim γ' οὖν. Brunck. V. supra 155. Dind.

951. Κι. delet Ms. et addit in 952. Bent. Cinesias, vir mollis atque uxorius, quem in spem copiæ ipsi faciendæ femina erexit ea lege, ut pro induciis ineundis dicat in concione, profiteri jussus, id velit necne, ut respondeat βουλεύσομαι? Aures non præbeo: tarda res est consultatio: Glaucon ille (Xenoph. Mem. Soc. iii. 6. 12.), ridicula jussus facere: Σκέψομαι, respondet; Micio Terentianus, Post, inquit, consulam. Idem minus civiliter dixissent Οὐ ποιήσω, non faciam. Quali responso deterritam fuisse feminam a tali viro, non est quod credamus. Reponendum βουλήσομαι, i. e. βούλομαι, sicut Soph. Œd. Tyr. 1056. Œd. Col. 1254. et passim; nec quis obmoveat τὸ ἂν δοκῇ supra 902., siquidem ibi de populi decreto agitur, hic de solius Cinesiæ suffragio. Hotib. ποεῖσθαι — Om. Κιν. Ms. Trin. (sed v. not. ad 200.) Dobr.

952. ἀπολώλεκεν. Deseruit eum mulier atque abiit. Berg. Κιν. ἀπ. Ms. Trin. Dobr.

953. κἀποδείρασα. V. Schol. Forte ut supra 168. κύνα δέρειν δεδαρμένην. Berg. τὰ δ'
τά τ' Ms. Trin. Dobr.

954-958. Stropham efficiunt primam: 959-961. mesodum: 962-966. antistropham primam. Reisig. i. p. 265.

956. Scribendum, πῶς ταυτηνὶ παιδοτροφήσω. Reisig. l. l.

957. τοῦ χηναλώπηξ. Species est avis. Hoc nomine vocatus est Lysistratus, mollis homo, pauper et aleator, ἐν ἀγορᾷ Χολαργέων: nec id solum, sed colax et adulator. Alii Theagenem dicunt. Uter uter fuerit, sive Lysistratus, sive Theagenes, certe artem exercuit lenoniam. Fl. Chr. V. Schol. qui citat Eqq. 1066. ubi v. not. Apparet autem hunc et χηναλώπεκα dictum fuisse et κυναλώπεκα. Sic Socrates jurabat modo μὰ τὸν κύνα, modo τὴν χῆνα. Berg. τοῦ Κυναλώπηξ: Sic ambo Reg. Vulgo χηναλώπηξ. Quis non miretur editores latuisse, versus hos esse anapæsticos, quorum legi illud χηναλώπηξ neutiquam accommodari potest? At Kust. socordiam non video, quomodo excusari queat, qui repertæ in scholiis, quæ ille primus edidit, genuinæ vocis ne meminerit quidem in notis, nedum illam in textum referret. Berg. nota nihil est ineptius. Innuitur Philostratus, famosus illius ætatis leno, cujus meminit comicus etiam Eq. 1069. Brunck. κυναλ. Ms. Trin. Dobr. Lege ex Schol. κυναλώπηξ. Pors.

958. μίσθωσόν μοι κύσθην. V. schol. Berg. μίσθωσόν μοι τὴν τίτθην. Sic omnino legendum, quod e Schol. discere poterant nuperi editores. In B. liquido et emen-

date scriptum τὴν τίτθην. In A. τὴν τίθην. Vulgo barbare τὴν κύστην. Aug. τὴν κύστιν, quod saltem Græcum est. Berg. spreta Schol. lectione, cujus venustatem non adsequebatur, legebat τὴν κύσθην, quæ vox ne Græca quidem est: oportebat τὸν κύσθον: et vertit, *conduc mihi cunnum mercede*. Cui talia placuerint, ille οὔ ποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου. Coriaceum penem erectum manu tenens et ostendens Cinesias, tanquam si puellula esset partu recenti edita, quærit: *Quomodo istum educabo? ubi Cynalopex? loca mihi mercede nutricem.* Intelligebant ex alumni visu spectatores, et ex notissimo lenonis cognomine, quanam nutrice opus esset. Facetum hoc et comicum est: quod antea legebatur, inficetum et absonum. Nominis τίτθη veram scripturam hic locus ostendit: ut mendosa est in A. sic aliis in auctoribus peccatum a librariis, quorum error fraudi fuit Scal. apud Ammon. p. 135. scribere jubenti τιθὴ pro τιτθὴ, cui morem non gessit Valck. noster. Brunck. Ms. et Schol. τίτθην. Bent. τὴν τίθην (sic) "τίτθην Mss. Trin." Dobr. μίσθωσόν μοι τὴν τίτθην. The article is improper here: it interferes with the sense. The verse should certainly be printed thus: μίσθωσόν μοι τίνα τίτθην. μισθῶ | σόν μοί | τῖνᾰ τῖτ | θην. John Seager.

959. Frob. ΧΟ. ΓΥ. Gry. ΧΟ. ΓΕ. Ms. ἔχοι δεινῷ γ'. Bent. ἐν δεινῷ γε. Chorus commiserationem suam ostendit erga Cinesiam. Facete autem imitatur choros tragicorum, qui idem faciunt erga eos, quos vident maximis malis implicitos. Malum, quo Cinesias tenetur, nihil aliud est nisi tentigo penis. Berg. ἔχοι pro ἐν Ms. Trin. Dobr.

962. ποῖος γὰρ ἂν ἢ νέφρος ἀντίσχοι. Aristoph. Avv. dixit ἢ pro ἔα et in hac fabula ἢ δεκέτις supra. Est autem per synæresin vel crasin, ut etiam habes in Vesp. ἆρα δεινὸς ἢ τότε. Sunt autem νέφροι *renes* vel *nefrundines*, εἰς οὓς νείφεται τὸ οὖρον. Sed et νεφροὶ sunt λογισμοὶ, ἐπειδὰν τὰς ὑπογαστρίους ὀρέξεις οἱ νεφροὶ διεγείρουσι: ἐντεῦθεν κινοῦνται τῆς ἐπιθυμίας οἱ λογισμοί. Ceterum ἀντίσχοι est ὑπομεῖναι. Fl. Chr. Om. ἂν Ms. Trin. Dobr.

963. ποία ψυχή. V. Schol. Ceterum hic subauditur ἡ, ut sit ἡ ποία ψυχή. Berg. Alieno loco hic positum mihi videtur nomen ψυχὴ, quod librarius repetiit e 960. τείρει ψυχήν. Ad institutam partium enumerationem non pertinet ψυχή. Scripserat, ni fallor, comicus, ποία ψωλή; ποῖοι δ' ὄρχεις — de his non dicas, ὡς οὐ ξύμφορον. Brunck.

964. ποῖος δ' ἂν ὄρρος. Legerem propter metrum ποῖος δ' ὄρρος. Est autem ὄρρος quæ dicitur τράμις vel ταῦρος, ὁ μεταξὺ τῶν διδύμων. Et κατατεινόμενος est μακρότητα παρέχων. Fl. Chr. ὄρρος. Est pars quædam circa genitalia virorum inter medios testiculos, alias ταῦρος dicta, teste Schol. Ran. 224. ab ista voce ταῦρος est ἀταυρώτη, *virgo intacta*: item mulier a concubitu abstinens, ut supra 217. Berg. ποῖος ἂν ὄρρος. Metrum jugulans particula male vulgo inserta, ποῖος δ' ἂν —. Recte eam omittit B. [et Ms. Voss. ap. Bent.] Brunck. ποῖος ἂν Ms. Trin. Dobr. ποῖον ἂν lege ex Schol. vel dele ἂν, quod verisimilius videtur. Pors.

966. καὶ μὴ κινῶν τοὺς ὄρθρους. Nescio quid sit ὄ. Quid si legas, καὶ μὴ κύνων τοὺς ὄρθρους? quasi producant noctes ista uropygia. Dicitur autem ὄρθρος et ὄρθρον. Revocabo querelam imperitorum antiquam: corruptus est locus, quem sanare non est opis meæ præsentis. Tantum hoc addam, postea huc fortassis respicere, quod ait πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει. Fl. Chr. μὴ βινῶν. Sic ambo Reg. [et Ms. Voss. ap. Bent.]: vulgo κινῶν. Frequens horum verborum permutatio. Quia κινεῖν ad rem Veneream non raro traducitur, eandemque vim significandi habet quam βινεῖν, loco hujus magis notum illud librarii sæpe posuerunt. Brunck. βινῶν Mss. Dobr. τοὺς ὄρθρους. V. Schol. ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς ὄρθροις. Deerit præpositio aliqua, ut κατὰ aut πρός. Arrigunt autem plerumque mane. V. infra 1089. Berg.

967. ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν. Sic distingui oportet. Genitivi pendent a suppresso admirationis adverbio ὦ. Sic Nub. 153. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. Loquendi formam imitantur Latini. Plaut. Most. iii. 3. 9. 'Di immortales, mercimoni lepidi!' Brunck.

967-972. efficiunt stropham: 973-979. antistropham. Lacunam, quæ in stropha est v. 967. Reisig. i. p. 267. sic explendam esse suspicatur: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῶν ῥοπαλισμῶν, | καὶ τῶν δεινῶν ἀντισπασμῶν. Dind.

968. ἐπόησ'. Ms. Trin. Dobr.

970. Ms. ΧΟ. ΓΥ. pro ΚΙ. Bent. Sic Mss. Dobr.

972. δῆτ'. ὦ Ζεῦ, Ζεῦ. Monometer est seu basis. Vulgo contra artem ὦ repetitum. Mox 977. ἐς τὴν γῆν, non εἰς, habent ambo Reg. Lege in schol. ad 973. θωμοὶ δὲ λέγονται οἱ τῶν πυρῶν σωροί. Male excusum πυρσῶν. Hesych. θωμὸς, σωρὸς σταχύων. Brunck. Probari non potest, quod posuit ex conjectura Brunck. ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, nec dixit usquam Aristoph. Ζεῦ sim-

pliciter, nam antiquis in libris legitur ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ. Illud igitur pæne necessarium est, ut sic scribantur versus 971. 972. : ποία γλυκέρα ; | μιαρὰ, μιαρὰ δῆτ', ὦ Ζεῦ. Alterum vero illud ὦ Ζεῦ non delendum, sed retinendum est, ut medium sit inter stropham et antistropham. Reisig. i. p. 267.

972-5. Sic Suid. ed. Ms. θωμ. Pors.

973. ὥσπερ τοὺς θωμοὺς. Acervi sunt lignorum vel spicarum. τυφὼς autem est συστροφὴ ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς. Hæc apud Suid. reperiuntur, non alia mente, quam ut locum hunc exponant. Fl. Chr.

977. ἐς Ms. Trin. Dobr.

979. περὶ τὴν ψωλήν. Perstat in metaphora: nam ψωλὸς est titio vel torris. Huc autem alludit, quum ait ψωλήν. Est etiam ψωλὸς et ἀπεσκολυμμένος, ὁ λιπόδερμος καὶ περιτετμημένος. Fl. Chr.

980. γερωχία. Lege ἁ γερωχία. Teste Hesych. et γερωνία et γεροντία dicitur apud Laconas, qui γεροάκτας vocabant τοὺς δημάρχους. Sed quid sit γερουσία apud Spartanos, testantur et Demosth. εἰς Λεπτίνην et Aristot. libr. ii. Politic. Certe summus magistratus. Fl. Chr. V. Schol. Venit præco Spartanus pacis ineundæ causa, quia nec Spartani amplius possunt durare sine complexu mulierum, quæ jurarunt, se viros non admissuras nisi pace prius facta. Iste præco Dorice hic et in sequentibus loquitur. Habet autem arrectum penem, ut Athenienses inde cognoscant miserabilem statum virorum in Lacedæmone. Penis ille erat tantum artificialis, grandior, ut spectatoribus magis esset conspicuus, et coriaceus, dicebaturque φαλῆς. Omnes autem viri in hac comœdia deinceps introducuntur cum ejusmodi phalete. Huc faciunt quæ Schol. de comico nostro dicit Nub. 542. τοὺς μὲν γὰρ φάλητας εἰσήγαγεν ἐν τῇ Λυσιστράτῃ. V. infra ad 990. et 1075. Berg. Frob. ἐστιν. insere ἁ : Ms. ἀγερ—. Schol. ἡ γερουσία. Bent. γερωσία. Sic bene A. Vulgo γερωχία. Hinc emendari possit Hesych. in γερωνία. Brunck. ταῖ—ἀγερωχία. " ἀγερωχία Mss." Trin. Dobr.

981. ἤτοι πρυτάνεις. Ed. Far. πρυτάνιες, quod et Doricum est, ut debet, et ad metrum hic necessarium. Pro ἤτοι autem lego ἢ τοὶ etiam Dorice. Communi autem dialecto totus versus potest reddi : ἢ οἱ πρυτάνεις· θέλω τι μυθίσαι (sive usitatius μυθήσασθαι) νέον. V. ut Schol. Berg. Lege ἤ τοι πρυτάνεες. Ms. πρυτάνιες. ι Gry. πρυτανίεις. Bent. πρυτάννες—μυσόξαι. Ms. Trin. Dobr. Πρυτάνιες. Sic tres Codd. Vulgo Πρυτάνεις claudicante versu. Tum ambo Reg. μυσίξαι itidem e dialecto, ut supra 94. μύσιδδέ τοι. Vulgo μυθίξαι. Brunck. Quod legitur μυθίξαι mutari debet in μυσίξαι: sed quum præterea *Senatus* ore Laconico non videatur dici potuisse γερωχία, locum, prouti videbatur reficiendus, adscribam : πᾶ τᾶν 'Ασανᾶν ἐντί γ' ἁ Γερωϝία, | ἢ τοὶ Πρυτάνεις ; λῶ τιμυσίξαι νέον. Laconice ἡ γερουσία, secundum usitatam in talibus consuetudinem, dicebatur Γερωΐα, vel, digamma Æolico interposito, Γερωϝία. Eo autem hoc in loco prætulerim Γερωϝία, quoniam edd. exhibent γερωχία. alias placuisset Γερωΐα, quam formam ad Hesych. illustravit Kœn. p. 822. n. 16. hoc ceteris Aristoph. congrueret. V. 1299. ἐκλιπῶα Μῶα· v. 1301. κλεῶα etc. in quibus ου in ω mutato, σ, vocalibus interpositum, fuit ejectum. Valcken. in epist. ad Roëver. p. lxxii. (in Opusculis t. i. p. 387.) Ms. μυσύξαι super υ scripto ι. Bent. μουσίξαι Valck. ad Theoc. Adoniaz. Digress. iv. p. 279. τοι πρυτανίες ed. Venet. probante Berg. Pors.

982. σὺ δ' εἶ τίς ; πότερον ἄνθρ. Metri gratia versum hunc ita scribendum puto : σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος ; V. nos ad Suid. v. Κονίσσαλος. In Ms. Voss. legitur, σὺ δ' εἶ πότερον ἄνθρωπος etc. Recte itidem, quod ad metrum attinet. Kust. Lege τί ; πότερ' ; Ms. σὺ δ' εἶ πότερον. Bent. Om. τις Mss. Dobr. σὺ δ' εἶ πότερον —. Vulgo syllaba redundante, σὺ δ' εἶ τίς ; πότερον —. Illud τις Reg. non agnoscunt. Kust. ad Suid. in Κονίσσαλος versum sic emendabat : σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσσαλος. Poterat etiam sine ullius vocis dispendio, et cum eodem hiatu, σὺ δὲ τίς ; πότερ' εἶ ἄνθρωπος ἢ Κονίσσαλος. Sed sunt hi versus pravi commatis. Scripturam nominis Κονίσσαλος, quam habet Suid. duplici σ, male prætuli. Codd. comici, Hesych. auctor Etymol. M. alteram, quæ impressorum librorum est, unico σ, confirmant. A κονίσω futuro verbi κονίω, cujus penultima longa est, derivatur κονίσαλος, ut ab ἴξω, ἴξαλος. Sic κονίποδες Conc. 848. antepenult. producta, ab eodem futuro κονίσω. De nominis significatione v. Hesych. interpretes ad κονιορτόποδες et seq. aliquot glossas : cf. Eustath. ad Il. Γ. p. 373. Brunck. σὺ δὲ τίς cum Biseto scribi vult Maltby ad Morell. Lex. Prosod. p. 547. Genuinam scripturam σὺ δ' εἶ τί ; πότερον ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος ; restituit Reisig. i. p. 85. Dind. Lege τίς δ' εἶ σύ ; πότερ'. Pors. Antea in schedis, σὺ δὲ τίς ; Dobr. Κονίσαλος. Deos minorum gentium, ut Priapos, sic vocabant ἐκ τοῦ μὴ ὀκνεῖν καὶ ἐπὶ κόνεως μίγνυσθαι. Sane Conissalus et Orthanas dii erant Athenis, quales Priapi

Latinis, de quibus Strabo libr. xiii. Geogr. et Athen. libr. x. meminere. Apud Hesych. mendosos arguo Codd., qui habent ὀρειθανῆς: legendum enim suspicor ὀρθάνης vel ὀρθάνας. Vocem autem κονίσαλον dicit esse saltationem satyricam, atque adeo ἐντεταμένον τὰ αἰδοῖα, ut Orthophallica intelligas. Ibi Hesych. etiam mendosus, ut obiter id doceam, videtur voce Κόννις. Ait enim, Κόννις· ἀλείτις. Nisi insanum in modum fallor, legendum est Κοννᾶς· αὐλητής: ut sit Connas tibicen, de quo Cicero in erudita et verecunda ad Pætum epistola. Initio hujus versus legendum censeo σὺ δὲ τίς; non σὺ δ' εἶ. Fl. Chr.

983. κάρυξ. Sic Regii: vulgo κήρυξ. Suid. κυρσάνιε, νεανία, ἔφηβε, ἢ εὐτελέστατε. κυρσὸς γὰρ, εὐτελὲς λάχανον. κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους. Cf. Hesych. interpretes ad κυρσάνιοι. Brunck. κάρυξ Ms. Trin. Dobr. κυρσάνιε. Sic vocabant Lacedæmonii adolescentes, atque adeo viles homines. Hesych. in ea voce audebo etiam emendare, ac vero emendationem præstare sine superbia tamen, ut ait comicus Afer. Nam pro κυρακίσκους non dubitem reponere μειρακίσκους. Fl. Chr. Hesych. et ab eo, credo, Suid. interpretantur hanc vocem κυρσάνειε, νεανία, ἔφηβε: sed hoc loco non potest id significare, aut mutanda foret persona Probuli, quem alloquitur Laco. Nam quomodo virum ætate provectum sic compellaret? Citavimus supra Thucyd. qui vocat πρεσβυτέρων ἀνδρῶν ἀρχὴν eum magistratum, nec εὐτελέσιν mihi convenire videtur. Suspicor sensum alium, cui subest aliquid turpiculi et facetiarum comicarum. Probulus Laconem conisalum vocavit turpi vocabulo: vicem reddens eum Laco vocat κυρσάνειον. κύρσεον Galenus interpretatur πρωκτόν. Hinc forte formatur ea vox: nam χαυνόπρωκτον intelligi vult Atheniensem vocari a Lacone, quasi κύρσεον ἀνειμένον habentem. Nam quod ad Hesych. et Suid. non aliunde habent eam vocem, quam ex hoc loco, ideo licet eorum conjecturas vel approbare vel rejicere. Palmer. ὦ κυρσάνιε. Id est ὦ νεανία, ὦ ἔφηβε, aut etiam ὦ εὐτελέστατε. Ita Schol. et Suid. V. infra 1250. ναὶ τὼ σιὼ autem est pro νὴ τὼ θεὼ, ut supra 81. et alibi. Berg. Ad Hec. 1161. p. 72. Opusc. p. xciv. Dobr.

984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας γα περὶ διαλλαγᾶν Pors. ad Eurip. p. 103., recte repugnante Reisig. Syntagm. Crit. p. 16. Dind.

985. ὑπὸ μάλης. Vel χλαίνης vel μασχάλης. Ut a maxilla, mala, sic a μασχάλη, μάλη. Fl. Chr.

986. Lege ἐγόγα. Ms. ἐγόνγα. Bent. ἐγόνγα. Sic ambo Reg. In Aug. ἐγόνγε: at infra 990. recte habet ἐγώνγα, ut iterum Regii. Utroque in loco impressi ἐγόγα. Brunck. Hic et infra 990. ἐγῶνγα Ms. Trin. Dobr. ποῖ μεταστρέφει. In Venet. ed. habes hoc loco præpositam Probuli personam. Quod autem ait βουβωνιᾷς, sic in Ran. etiam usus: ὑπαὶ κόπων γὰρ τοὺς νεφροὺς βουβωνιῶ. Paulo post lege per unicum λ σκυτάλα Λακωνικά. Fl. Chr.

987. Ms. δέ: lege δαί. Bent. τί δὲ π. Ms. Trin. Dobr.

988. πάλαι ὄργα. Sic habent libri editi; quod quum corruptum crederet Bisetus, scribendum putabat πάλαι ὀργᾷ, i. e. *jamdudum vehementer concupiscit* (sc. *concubitum*). Sed libenter emendationis hujus ei gratiam facimus. Nam comicum nostrum aliter scripsisse mox dicetur. Ms. Voss. habet παλεός γα, prout etiam legit vetus Schol. ad hunc locum, qui παλεὸς per additionem τοῦ π dictum putat pro ἠλεὸς vel ἀλεὸς i. e. *stultus, vanus*. Lectionem hanc videtur etiam confirmare Suid. qui in collectaneis suis ad hunc, ut puto, locum respiciens, inquit, παλεὸς, ὁ σκώπτης. τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἄφρονος. Ms. Vat. habet παλαιός γα, quæ lectio recte se habet, dummodo secundum dialectum Laconicam (Laco enim hic loquens introducitur) pro σ finali scribatur ρ, ut sit παλαιόρ γα: quæ est ipsissima lectio vulgata, dummodo, quæ male divisa sunt, rite conjungantur. Significat hic autem παλαιὸρ (uti et interdum vulgare παλαιὸς), *stultus, vanus*: quo sensu etiam vox ei gemina ἀρχαῖος interdum apud Græcos accipi notum est. Hesych. παλαίωρ (lege παλαιόρ)· μωρός. Ubi eum ad hunc ipsum locum comici nostri respexisse non dubito. Idem, ἀλαιὸς, παλαιὸς, ἄφρων. Pro τὸ γα est particula expletiva dialecti Doricæ, pro quo secundum dialectum communem dicitur γε. Sic ergo sensus loci hujus clarus erit, dicetque caduceator Lacedæmoniorum, *stultus est, per Castorem, hic homo*. Kust. Frob. πάλαι ὄργα (superscr. ερος). Ms. παλεος (sic) ut Schol. παλεὸς, πλεονάζει, etc. sed lege propius ad receptam lectionem παλαιόρ γα. Hesych. παλαίωρ, μῶρος: lege vel ex ipsa serie παλαιόρ: ρ pro σ terminatio Laconum. Bent. παλεὸς γαν ἢ (superscr. ερὸς) Ms. Trin. Dobr. παλεός γα. In aliis edd. præter Kust. est πάλαι ὄργα· unde itidem bona lectio po-

test concinnari, dummodo ita scribatur, παλαιόρ γα dialecto Laconica pro παλαιός γε. mutatur enim in hac dialecto σ in ρ. Significat autem παλαιόρ etiam *stultum*, uti et vox synonyma ἀρχαῖος quandoque. Berg. παλαιόρ γα. Hoc reponere debuerat Kust. qui perite vidit genuinam eam esse lectionem, cujus elementa omnia repræsentant veteres edd. sed male distincta, πάλαι ὄργα. Nec diversa est in Aug. scriptura. Laconicum est παλαιὸρ pro παλαιός. V. Hesych. interpretem ad v. σιόρ. In A. ut in recentioribus edd. παλεός γα. Vocem παλεὸς adsciverunt forte e Suid., qui eam a Schol. ad hunc locum habet. Hic vero λῆρον ληρεῖ. Pro παλαιόρ γα absurdissime in B. παλεολόγα. V. seq. ὤνθρωπος edidi, addito ex linguæ indole articulo, quod suasit etiam Toup. ad Suid. i. 107. Brunck. V. Opusc. p. 372. Dobr.

990. οὐ τὸν Δία. Pro οὐ μὰ τὸν Δία, Schol. Vel tantum pro μὰ τὸν Δία. Occurrit autem apud Soph. Elec. 1351. aut 1246. ἀλλ' οὐ τὰν Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀδμήταν, τόδε μὲν οὔποτ' ἀξιώσω τρέσαι. Et in Œd. Tyr. 668. aut 674. οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Ἥλιον. Berg. ἔγωγα. Ms. ἐγώνγα quod est magis Doricum vel Laconicum. Kust. μὴ δ' αὖ πλαδδίῃ. Mss. —πλαδδείῃ: et sic Schol. vetus. At altera lectio metro magis convenit. Est autem πλαδδίῃ a verbo Laconico πλαδδίω, quod dictum est pro πλάδδω, idque pro πλάζω vel πελάζω (Lacones enim τὸ ζ vertebant in duplex δδ), *appropinquo, accedo, congredior;* ut Lacon hic dicat, *ne accedas prope*. Forte enim rectius scribetur μὴ δ' αὖ πλαδδίῃς, in persona secunda, vel, si tertia persona retineatur, censendum est, Laconem hæc secum tacitum et submissa voce dicere: *vereor* (scil.) *ne ad me accedat, nervumque meum inflatum contrectet*. V. supra 171. ubi ab eodem themate legitur πλαδδιῶ, sed ubi vel scribendum est πλαδδίῃ, ut hic, vel πλαδδίειν in infinitivo, ut Suid. v. ῥυχάχετον locum illum citans legit. Pro πλαδδιεῖν enim, ut hodie apud eum legitur, mutato tantum accentu scribere præstat πλαδδίειν: nisi forte quis contendere velit descendere hoc a themate πλαδδιέω. Kust. Male vulgo πλαδδίῃ excusum cum ι subscripto. Imperativus est formæ Doricæ πλαδδίη, ut πάθη, ἐρώτη, ἔμβη, ὅρη. V. Kœn. ad Corinth. p. 79. et 105. [230.] Brunck. πλαδδείη Ms. Trin. Dobr. ἔγωγγα Mss. πλαδδείη Schol. Citat Suid. v. μηδ' αὖ. Pors.

991. σκυτάλα Λακωνικά. Notum quid hoc sit alias. Hic autem alluditur ad σκύτινον αἰδοῖον, quod describit comicus in Nub. 538. ubi negat illam comœdiam habere tale quid: οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ. Dicitur autem alias φαλῆς, ut dixi paulo ante ad 979. Berg. Ms. σκύταλη et mox σκυτάλη. Bent.

992. Lege KI. — 993. Ms. ΠΡ. — 996. lege KI. Bent.

993. ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότα με σὺ τἀληθῆ λέγε. Lege εἰδότ' ἐμέ. Pors. Cf. eum ad Med. 1011. ubi in Iph. Aul. 662. numeros restituit. Dobr.

995. ὀρσὰ Λακεδαίμων πᾶα. Idiotismus Laconicus mere Doricus pro ὀρθὰ Λακεδαίμων πᾶσα. Quum vero ait Πελλάνας δὲ δεῖ, fortassis quia tunicæ Pelleneæ laudabiles (ex Pind. Strab. et Hesych.) quæque festis Junoniis ferebantur. Nam postea ait εἰ σωφρονεῖτε, θοιμάτια λήψεσθε. Fl. Chr. ὀρσά. Pro ὀρθή. Schol. Vult autem dicere omnes viros *arrigere*. πᾶα autem pro πᾶσα, et τοὶ pro οἱ. Berg. V. Valck. ad Theoc. Adoniaz. p. 274. c. Dind.

996. ἐστύκαντι. Pro ἐστύκασι. Berg. Πελλάνας. Pro Πελλήνης. Dicit autem Schol. meretricem fuisse hujus nominis. Alias est urbis nomen etiam. Berg.

997. ἀπὸ τοῦ δέ. Pro ἀπὸ τίνος. Schol. Quædam editt. male ἀπό του δέ: non enim est indefinitum, sed interrogativum. Berg. Frob. ἔπεσεν: Scal. ἐπέπεσεν: Ms. ἐνέπεσεν. Bent. ἐνέπεσεν Mss. Dobr.

998. ἀπὸ Πανός; Schol. κατ' ἐρώτησιν. Est autem Pan libidinosus et ἐρωτικός. V. ad 911. Berg. Λαμπιτώ. Lampito Lacedæmonia, Plinio teste, fertur omnium feminarum felicissima, quia fuit regis filia, regis uxor, regis mater. Quod ultimum deest felicitati Margaritæ regis nostri conjugis, quæ si mater esset, et ipsa felicius et nos omnes Galli viveremus. Fl. Chr. Sic vulgo legitur hic versus: ἀπὸ Πανός; Οὔκ, ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἰῶ Λαμπιτώ. Nonne ergo animadverterunt ultimam in ἀρχὰ corripi non posse, ut cum duabus seq. syllabis anapæstum faciat? Præterea quid sibi vult dubitandi verbum οἰῶ? Legendum, Οὐκ· ἀρχὰ μὲν οἷα Λαμπιτώ· *caput quidem huic rei sola Lampito*. Brunck. οὐκ habet Ms. dele tamen. Bent. Laconum lingua dicebatur οἰῶ, testibus Schol. Aristoph. ad Lys. 997. et Suid. apud quem in Med. quidem ed. sic legitur: οἰῶ ἀντὶ τοῦ οἴομαι· ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἷον λαμπιτὰ ἀντὶ τοῦ ὡς οἴομαι ἀρχὴ τῆς μάχης ἡ λαμπιτά. Postea locum correxere, etiam H. Stephanus e vet. Cod. in Thesauro vol. ii. p. 1259. Brunck. horum, ut videtur, auctorum immemor in Aristoph. versu contra omnes libros οἷα pro οἰῶ

scripsit, quum verbum dubitandi οἰῶ hic non aptum putaret. Postea vero in addendis ad 1256. οἰῶ multo aptius, quam οἷα, adhiberi fassus est. Sed numeri laborantes sic corrigendi videntur: ἀπὸ Πανός; οὐκ· ἀλλ' ἄρχε μέν, οἰῶ, Λαμπιτώ. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 46. Ni magnopere fallor, scribendum, οὐκ· ἀλλ' ἄρχεν οἰο Λαμπιτώ, et v. sequente, ἔπειτα τἄλλαι. Elmsl. ad Acharn. p. 239. οἴω Suid. ed. Ms. Λαμπιτώ. sed οἰῶ in v. Pors. οἰῶ cet. ut Kust. Ms. Trin. Dobr.

999. ταὶ κατὰ Σπάρταν. Sic Aug. Vulgo κατὰ τὰν Σπάρταν. Articulus hic non magis necessarius, quam supra 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας. Brunck. ἔπειτ' ἄλ. " κατὰ τὰν Mss." Ms. Trin. Dobr.

1000. ὑσπλάτιδος. Sic vocat βαλβῖδα, ἀφετηρίαν et καμπτῆρα: *carceres* Latini vocant. Fl. Chr. V. ad Acharn. 482. alias et ὕσπληγξ dicitur. Berg. Ms. ἅπερ— ὑσπλάγιδος et in Schol. Bent. ὑσπλαγίδος. Hoc jam reposueram e Piers. ad Mœr. p. 376. emendatione, quæ mihi tunc non minus certa videbatur, quam nunc, postquam eandem scripturam reperi in ambobus Reg. perspicue sic ὑσπλαγίδος, accentu in penultima. Vulgo ὑσπλάτιδος. Cf. not. supra 702. Brunck. ὑσπλαγίδος Trin. et Schol. Dobr. ἀπήλαον. Pro ἀπήλαυνον. Berg. Ms. et Schol. ἀπήλων. Bent. ὑσσάκων. Certum est pudendum muliebre intelligi. Hesych. sic vocat πάσσαλον κερατινόν. Puto ὕσσακον fictam vocem ab ὗς et σάκας, ut superius dixit. Fl. Chr. Valck. ad Theoc. Adoniaz. 281. A. dubitanter proponit conjecturam νυσσάκων. Dind. ἀπήλων τοὺς Ms. Trin. Dobr. ὑσπλάτιδος. Sic Suid. ed. Ms. v. Pors. ὑσπλάγιδος, μογιῶμες, λυχνοφοριῶντες corrigit Pors. e Valck. Piers. et Kœn. scil. Dobr.

1001. Annon scribendum sit νυσσάκων dubitat Valck. ad Theoc. Adoniaz. Digress. iv. p. 281. "ut" scilicet "τὴν νύσσαν, νύσσακα dixisse censeantur." ὑσσάκτων Suid. in v. (ed. Ms. scil. Dobr.) Pors. V. not. ad 200. Dobr.

1002. Lege Κι. πῶς. Bent. μογίομες· ἂν γὰρ τάν. Pro μογοῦμεν· ἀνὰ τήν. De ἂν Schol. τὸ τέλειον ἀνά. Berg. μογιῶμες et v. seq. λυχνοφοριῶντες, idiomata sunt Laconicæ dialecti, a librariis et typographis male habita. Vulgo μογίομες, λυχνοφορίοντες. A communibus verbis μογέω, λυχνοφορέω, Laconica formantur μογιάω, λυκνοφοριάω, ut supra 198. ἐπαινιῶ pro ἐπαινέω. V. laudatum Kœn. ad Corinth. [p. 229.] A dialecto longius adhuc recedit scriptura in A. μογέομες, λυχνοφορέοντες. ᾇπερ edidi ex Aug. in quo veteris scripturæ remanent vestigia, ut et in primariis editt. Hæ αἶπερ habent: ille αἴπερ. In antiquo exemplari ι, quod nunc subscribi solet, ad latus erat positum. Brunck. πῶς οὖν ἔχετε; μογιῶμες. ἂν γὰρ τὰν πόλιν. Sic Brunck. ex conjectura. Vulgo μογίομες, quod verum esse arbitror cum Herman. in litteris nuper ad me datis:—"Scripturam μογίομες, inquit, spero aliquando idonea auctoritate munitum iri. Nunc illud tantum afferam, Laconicum videri ιο pro ου: quod ut in futuris usurpatum est, ita verisimile est ne a præsenti quidem alienum fuisse." Erfurdt. im Königsb. Archiv. iii. p. 430. Cf. Reisig. i. p. 19. Dind. πῶς οὖν ἔχετε; μογιῶμες. ἂν γὰρ τὰν πόλιν. Ita Junt. μογιῶμες et mox λυχνοφοριῶντες Brunck. ex emendatione Kœn. ad Gregor. Dial. Dor. xli. Valck. ad Theoc. p. 280. c. Brevem vocalem servat Elmsl. ad Acharn. 729. ΚΟΣΜΙΟΝΤΕΣ bis (quin et ΟΡΜΙΟΜΕΝΩΝ) e marmoribus Cretensibus exhibet Hessel. in Append. Præf. Inscr. Gudianarum. Sed ΚΟΣΜΕΟΝΤΕΣ Chishul. p. 113. alterum locum detruncans p. 122. Quare hunc locum doctioribus relinquo. Dobr.

1003. αἴπερ λυχνοφορίοντες. Id est ὥσπερ λυχνοφοροῦντες κεκύφασι διὰ τὸν ἄνεμον. Hoc ait quia tenti rigore nervi curvari coguntur. Fl. Chr. Gry. λυχνοφορίοντες. Suid. λαμπρόφοροι ὄντες in ἀποκεκύφαμεν et λαμπρόφοροι. Bent. ἅπερ. Ed. Far. αἶπερ; eadem tamen supra 84., ubi hæc particula Dorica occurrit, ἅπερ. Scribitur autem hæc Dorica particula diversimode in ed. Far. et aliis: nam aliquoties occurrit αἶπερ, αἴπερ, ᾇπερ, ᾗπερ, αἴπερ, ἅπερ. Rectius autem per circumflexum, quia est pro ᾗπερ i. e. ὥσπερ, ut ἅπερ h. l. exponit Schol. Berg. λυχνοφορίοντες. Sic recte Ms. Voss. itemque ed. Paris. At quædam edd. male λυχλοφορίοντες. Suid. legit λαμπροφόροι tam v. ἀποκεκύφαμεν quam v. λαμπροφόροι, sed inepte. Kust. λυχνοφορίοντες ἀποκεκύφαμες. Pro λυχνοφοροῦντες ἀποκεκύφαμεν. Solent autem illi, qui lychnos gerunt in vento, se incurvare, ne exstinguantur. Sic et isti incurvi incedunt, ne, nervo ipsis rigente et prominente, derideantur, a quibus videntur. Hæc præeunte Schol. et Suid. Berg. Reiskio scribendum videtur ἐπικεκύφαμες. Dind. Corrupte Suid. ἀποκεκύφαμεν. Pors.

1004. οὐδὲ τῷ μύρτῳ. Pro οὐδὲ τοῦ μύρτου, i. e. τοῦ γυναικείου μορίου, ut exponit Schol. Berg. θιγῆν. Pro θιγεῖν. At Ms. Voss. habet σίγειν, quod est magis Laconicum. Lacones enim τὸ θ in σ mu-

tabant, veluti dicentes 'Ασᾶναι pro 'Αθῆναι, σιὸς pro θεὸς, etc. Kust. Ms. et Schol. οὔτε—σιγεῖν. Bent. οὔτε σίγειν Trin. et Schol. Dobr. τῷ μύρτῳ σίγειν. Sic A. In B. σιγεῖν. In Aug. vero θιγῆν, quod præferunt etiam vett. edd. Quum verbum θίγω barytonum sit, non credo terminationem infinitivi ειν mutasse Laconas in ην, quod illis solemne est in verbis formæ contractæ, ut supra 171. πλαδδῆν. Brunck. σίγειν probat Valck. ad Theoc. Digress. iv. p. 280. qui et γε mox inserit post πρὶν, et postea legit ποιησούμεσθα. Malim πρὶν ἂν — ποιησώμεσθα. Favet tamen illi aliquatenus Suid. v. μύρτον, qui habet ποιησόμεσθα. τῷ μύρτῳ θίγειν Suid. (scil. Ms. in μύρτον, ubi θίγειν Med. Dobr.) ἅπαντες om. Suid. λόγου Suid. ποττάν. Sic Ms. v. μύρτον. (Ed. Med. ποτὶ τάν. Dobr.) Pors.

1005. ἐῶντι. Pro ἐῶσι. Berg. Malim ἐᾶντι. Elmsl. ad Acharn. p. 240. πρίν γ' ἅπαντες. Sic perspicue tres Codd. Malebat Kœn. [ad Gregor. p. 247.] πρίν γα πάντες. Brunck. πρίν χ' ἅπαντες Elmsl. ad Acharn. p. 71. et ad Eurip. Med. p. 119. Dind. ἐξ ἑνὸς λόγω. Pro ἐξ ἑνὸς λόγου, ut est Plut. 760. Berg.

1006. ποιησόμεσθα. Sic A. In B. prorsus omissum est verbum. Vulgo ποιησόμεσθα. Doricam futuri indicativi formam ποιησούμεσθα reponit Valck. ad Theoc. Idyl. xv. p. 280. ubi hunc locum emendatum proposuit, uti eum exhibuimus. Sed πρὶν cum subjunctivo construitur, ut Conc. 629. 752. sæpius quidem cum particula ἂν: ita ut, si quid mutandum esset, mallem, ἐῶντι, πρίν γ' ἂν πάντες ἐξ ἑνὸς λόγω | σπονδὰς ποιησώμεσθα ποττὰν 'Ελλάδα. Brunck. ποττάν. Pro πρὸς τάν, τὰν pro τήν. Berg.

1007. Lege KI. Bent. Huic versui præfixa pers. in impressis 'Αθηναῖος. Recte in A. Πρόβουλος. Brunck. τουτὶ τί τὸ πρᾶγμα. Legendum puto τουτὶ τὸ πρᾶγμα: nam τὸ τί imprudenti exscriptori fluxit ex syllaba præcedente. In illo autem versu αὐτοκράτορας existimo legendum προπέμπειν, non simpliciter πέμπειν: et in versu πωτάομαι vel πάντα est pro πάντῃ, vel legendum κράτιστα πάντα γὰρ λέγεις. Fl. Chr.

1009. ἀλλ' ὡς τάχιστα φράσον περὶ τῶν διαλλαγῶν. Sic optime A. In B. reclamante metro, φράζε περὶ τῶν —. Vulgo φράζε περὶ διαλλαγῶν. Supra 984. ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν. Brunck. Vulgatam scripturam recte revocarunt Elmsl. ad Acharn. p. 73. Reisig. i. p. 209. Dind. π. τῶν δι. Ms. Trin. Dobr.

1010. αὐτοκράτορας πρέσβεις. Av. 1549. etiam legati dicuntur αὐτοκράτορες. Berg. πέμπειν ἐνθαδί. Metri gratia legendum est ἀποπέμπειν ἐνθαδί, ut recte habent Mss. Kust. πρέσβεις ἀποπέμπειν. Perperam in A. et cum ruina metra πρέσβεις πέμπειν. Cf. not. ad 408. Brunck.

1013. πωτάομαι. Pro πωτάσομαι. Comm. πωτήσομαι, pro quo et ποτήσομαι. Berg. πάντα. Pro πάντῃ sive πάντῃ. Nam accusativus πάντα hic in metro stare non potest. Berg. Lege παντᾶ: v. 180. — ibid. Ms. et Schol. ποτάομαι. Bent. F. ποτιδέχομαι, accepto, laudo, συναινῶ consilium. Reisk. ποτάομαι Ms. Trin. Dobr. πόρδαλις Suid. Ms. παρδ. Pors.

1014. Ab hoc v. usque ad 1035. si duos primos mulierum chori excipias, sunt versus omnes asynarteti e dimetro trochaico, et dimetro pæonico, constante ex pæone primo et cretico, seu dimetro iambico brachycatal. cujus primus pes semper est dactylus. Versus 1016. 1017. 1035. et sequentes tetrametri sunt trochaici. Hoc præstruendum, ut depravati versus ad metri normam exigi queant. Brunck. Citat hunc locum Suid. v. οὐδέν ἐστι. Kust.

1016. Hic et sequens versus in impressis metro soluti sunt. In priore σὺ ante ξυνίεις inserendum. [Vidit hoc etiam Bent.] Carere quidem sententia potest pronomine, sed illud abesse metri non patitur ratio, cujus ignorantia librarium in fraudem egit. Alter vulgo sic legitur: ἐξὸν, ὦ πόνηρε σὺ, βεβαίαν νῦν μ' ἔχειν φίλην: quæ vocum collocatio metrum prorsus perimit. In A. σοι βεβαίαν μ' ἔχειν φίλην. Sic etiam B. nisi quod σὺ pro σοι habet. In Aug. et in Junt. σὺ βεβαίαν μ' ἔχειν. Vides voculam νῦν, quæ in recentioribus edd. est, a nullo veterum librorum agnosci. Bene sit tamen illi, qui eam inseruit. σοι Cod. A. firmatum, repositum jam fuerat in minoribus edd. Batavis, forte Fl. Chr. suasu, qui sic legendum esse viderat. Inde facile versus in integrum restituitur, repositis in suam sedem singulis vocibus: ἐξὸν, ὦ πόνηρε, σοι μ' ἔχειν βεβαίαν νῦν φίλην. Brunck. Scribendum, ταῦτα μέντοι σὺ ξυνιεῖσ', εἶτα πολεμεῖς ἐμοί, | ἐξὸν ὦ πονηρέ σοι βέβαιά γ' ἐμ' ἔχειν φίλην; Herman. Elem. Doctr. Metr. p. 606. ξυνιεῖς. Accentu mutato scribe ξυνίεις. Schæfer. Melet. Crit. p. 86. Cf. Pors. apud Maltby ad Morel. Lex. Prosod. p. 292. Kidd. ad Dawes. p. 503. Dind.

1017. ὦ πονηρὲ σύ. Malim σοι: sed ἔχειν legendum esset, ut et legitur in Venet. ed. Paulo post lego νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι, et mox pro τότ' ἀπέδυν legerem τόδ'. Fl. Chr. σοὶ φίλην βεβαίαν νῦν μ'

ἔχειν. Bent. Reisig. i. p. 207. corrigit, ἐξὸν ὦ πόνηρ' ἐρᾶν βέβαιον ἔμ' ἔχων φίλην; Dind. Ms. Trin. νῦν. om. versus præced. habet ut Kust. Dobr.

1018. οὐδεπώποτε. Reisk.

anni xix., quæ subsecuta est cladem in Sicilia acceptam, ut idem Thucyd. libr. viii. Et de Echinunte quidem nihil Thucyd. nominatim; tamen ad idem tempus referri debet Echinuntis occupatio, et intelligi fuisse fructum ejus expeditionis, quam in Œtæos et Meliensis sinus habitatores fecerat Agis; et ex hoc loco complementum fieri potest historiæ Thucyd. qui de Echinunte tacuit. Unum me torsit hoc loco, quod nullam mentionem faciat de Decelia, quæ illos ita male vexabat. Sed eum scrupulum posterior exemit cogitatio. Nam ea potissimum loca repetunt Athenienses, quæ erant ad maris imperium opportuna, quippe id affectantes: Decelia vero pace facta prorsus inutilis fuisset Lacedæmoniis; erat enim munimentum tantum, non civitas, idque mediterraneum. Ceterum doctissimus Biset. in hoc loco, puto, lapsus est, dum hanc Echinuntem, de qua comicus hoc loco, putat fuisse in Acarnania. Fuit quidem ejus nominis locus in Acarnania, de quo Plinius et Stephanus; sed de illo loco parum celebri non agitur hic, sed de urbe sita ad Meliensem sinum, opportuna ad totum illud littus retinendum. Pejus tamen errat in explicatione vocis Μηλιᾶ, ubi sic commentatur: Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. Nam Μηλιᾶ contractum est a Μηλιέα a recto Μηλιεὺς, non a Μῆλος, quæ insula antea a Nicia vastata fuerat et erat in Atheniensium potestate. Ideo de ea hoc loco non fit mentio, sed de Meliensi sinu, qui et a quibusdam Μαλιακὸς, ab aliis etiam Λαμιακὸς vocatus ab urbe Lamia vicina; sed Atheniensibus et Thucyd. semper Μηλιεὺς κόλπος dictus est, quem sequitur ubique Polyb. Palmer.

1171. πάντα γ' ὦ Α. Male vulgo sine elisione γε ὦ. Brunck. λυσσάνιε. Suid. μαινόμενε, ut sit a λύσσα, *rabies*. Berg. λυσσάνιε. Scribendum [cum Bent.] λισσάνιε, et verti debuit, *o dulcissime*. V. Hesych. [et quem Bent. addit, Photium] in hac voce. Brunck.

1172. Lege περὶ τοῖν σκελοῖν. Bent.

1173. γεωργεῖν γυμνός. Virg. 'Nudus ara, sere nudus.' Berg.

1174. κοπραγωγῆν γᾷ [sic]. Pro κοπραγωγεῖν γε. Alias vitiose scribitur γᾷ, ut vel ex metro apparet. πρῷ autem sive potius πρῴ est pro πρωΐ. Vidit hæc et Biset. Berg. Al. γᾶ πρῷ. Bent. In Aug. et in Junt. sic legitur hic versus: ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γᾷ πρῶτα ναὶ τὼ σιώ. Hancque lectionem retinent vett. edd. omnes. Quæ in recentioribus obtinet, sciolo nescio cui, syllabas numeranti, debetur: ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γᾷ πρῷ ναὶ τὼ σιώ. Profecto malus ille fuit versuum artifex. Proclive erat emendare, ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γα πρῶτα ναὶ σιώ. γα Dorica particula pro γε. ναὶ σιὼ sine articulo in hac fabula 81. 90. Brunck. πρῶτα. Scribe e dialecto πρᾶτα, ut Acharn. 743. Id. Censeo scripsisse Aristoph. ἐγὼ δὲ κοπραγωγῆν γα λῶ ναὶ τὼ σιώ. Mirifice in his descripta Spartiatarum est in agris colendis opella. Sed nonnulli videntur Laconis sententiam parum perspexisse. Male Brunck. Berglerum sequutus, quum Attici verba, ἐγὼ γεωργεῖν γυμνὸς ἀποδὺς βούλομαι, transtulisset, *jam exuta veste nudus arare volo*, Lacedæmonii illa sic vertit: *at pol ego stercus convehere quam primum.* Quid? ergo Lacedæmonios cives, qui cultionem agrorum indignam libero homine haberent atque servis committerent, convehere stercus velle, negotium longe vilissimum omnium? Immo aptissime Spartiates Attico serere jam atque arare cupienti se respondet *certe stercorare* velle agros. Scilicet non plaustris cophinisque stercore convehendo, sed κοπραγωγῷ γαστέρι, ut ventris onus agens sub dio in agris deponeret. Tantum est laboris, quod profitetur ad agros colendos se collaturum. Reisig. Syntagm. Crit. p. 17. 18.

1178. ἐστύκαμες. Ed. Far. ἐστύκαμεν, quod hic rectius; loquitur enim Atheniensis. Berg. ἐστύκαμεν. Perperam vulgo ἐστύκαμες, tanquam si loqueretur Laco. Brunck.

1181. ἁμοῖσι. Pro ἡμετέροισι. Berg.

1182. καλῶς λέγεται. Legendum λέγετε, ut sit pes tribrachys, æquiparans iambum. Quum autem ait ἐν ταῖσι κίσταις, puto allusionem fieri ad κύστιν. Fl. Chr.

1187. ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος. Eurip. Med. 105. ἴτε νῦν, χωρεῖθ' ὡς τάχος εἴσω. Alias ὡς τάχιστα, ut mox apud comicum et ὅσον τάχος, quod occurrit et apud nostrum in Thesm. 734. Eurip. Androm. 1066. οὐχ ὅσον τάχος χωρήσεταί τις Πυθικὴν πρὸς ἑστίαν; et ὅσον τάχιστα. Rheso 672. ἀλλ' ὅσον τάχιστ' ἐχρῆν φεύγειν. Quandoque omittitur ὡς vel ὅσον. Rheso 986. χωρεῖτε, συμμάχους δ' ὁπλίζεσθαι τάχος ἄνωχθε. Æsch. Eumenid. 179. ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος χωρεῖτε. occurrit et alibi apud eundem. Berg.

1189. στρ. 1203. ἀντιστρ. Bent.

1189-1215. V. supra 1043. Dind.

1190. Lege ΧΟ. ΓΥ. Bent. χρυσίων. Sincerum esse arbitror χρυσίδων. Brunck. Legendum metri causa ὅσ' ἐστί μοι et φέρειν παισίν. Articulos perperam addere solent monachi. V. ad 782. seqq. Versus

quoque harum stropharum male digeruntur in vulgatis; sed ejusmodi vitia corrigere longum est. Hotib. Lege ἐστ' et 1192. πᾶσι et 1200. κἄθ' ἄτ'. Bent.

1192. Hic et sequens versiculus sic melius distinguentur: πᾶσι παρέχειν φέρειν | τοῖς παισὶν, ὁπόταν τε θυγάτηρ. Prior est dimeter pæonicus; alter dimeter iambicus. Brunck.

1194. ὁπόταν κανηφορῇ. Solœce vulgo κανηφορεῖ. Brunck. κανηφορῇ. Supra 647. Berg.

1199. τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Melius Venet. ed. τύπους ἀνασπάσαι, id est *signa revellere et dissolvere*. Fl. Chr. τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Sic habent edd. Paris. et Genev. At ed. Venet. τοὺς τύπους ἀνασπάσαι, quam lectionem Fl. Chr. alteri præfert. Sed quo minus ei assentiamur, intercedunt veteres grammatici, qui ex hoc loco Aristoph. notant, ῥύπον ab Atticis dictum fuisse τὸν κηρὸν [τὸν] εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι ἐπιτήδειον, i. e. *ceram sigillatoriam*, sive *signando aptam*. V. omnino Polluc. libr. x. sect. 59. et Hesych. v. ῥύπος. Kust. At ed. Venet. Far. τύπους, id est *signa*, quod etiam usurpatur in hac re. Eurip. Hippol. 862. τύποι σφενδόνης χρυσηλάτου. Julian. Epist. 8. ὀλίγῃ σφραγῖδι μεγάλου χαρακτῆρος τύπον ἀνεμαξάμην. Schol. ad Vesp. 583. τῷ κογχυλίῳ τῷ ἐπικειμένῳ ταῖς σφραγῖσι τοῦ μὴ ἀφανίζεσθαι τοὺς τύπους αὐτῆς. Berg. Pollux x. 59. Οὐ μὴν ἀγνοητέον, ὅτι τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι κηρὸν οἱ παλαιοὶ ῥύπον ὠνόμαζον καὶ ῥύπους, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης· Καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι, τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Hujus observationis si meminisset Flor. mendosam Venet. ed. lectionem τοὺς τύπους præferendam non duxisset. Hesych.: ῥύπος. ῥύπον Ἀττικοὶ, τὸν εἰς τὰς σφραγῖδας κηρὸν λέγουσι. Brunck.

1200. Metrum poscit χ' ἅττ' ἂν ἔνδον ᾖ φορεῖν. Cf. antistrophicum 1213. Hotib. Cf. Reisig. i. p. 213. Dind.

1201. Numeris caret hic versus, cui contribuenda est præcedentis ultima syllaba, ad hunc modum: ὄψεται δ' οὐδὲν, σκοπῶν, εἰ μὴ | τὶς ὑμῶν ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει. Jam pro versu nullo habes trimetrum pæonicum. Brunck.

1207. ἄρτος ἀπὸ χοίνικος. Sic nos Gallofranci dicimus *un pain d'un boisseau*. Chœnix sextarii mensura est demensum diurnum; propterea dictum ἡμεροτρόφιον. Apud Hesych. habes ἀπὸ μέρους τροφή: non dubitem emendare ἡμέρας τροφή. Quod autem panem νεανίαν vocat, puto esse νεανικὸν, et sic grandem ut saturare valeat νεανίαν, atque, ut ait Theocr. ἄνδρα φυτοσκάφον. Fl. Chr.

1211. τοὺς κορύκους. κώρυκος vel κωρύκιον calathus est plectilis, quo panis conditur, ut inde vernacule dixerimus *panier*. σάκος autem vel σάκκος similis fere θυλάκῳ. Fl. Chr. Suid. in σάκους: lege σάκκους. Bent.

1212. ὁ Μανῆς. Manes pro servo, ut habes in ludo cottaborum, de quibus nos abunde in Irena. At εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα dictum ex proverbio, *cave canem*. Fl. Chr. Scribe οὑμὸς αὐτοῖς. Herman. de metris p. 117. [Eodem modo Bent.] Legendum ὁ Μανῆς δ' αὐτὸς 'οὑμὸς ἐμβαλεῖ, ipse meus servus infundet saccis. Ita sæpius erratur: v. ad Ran. 326. seqq. Vulgatum αὐτοῖς versum jugulat. Transpositione, quæ ratio est G. Hermanni, in hujusmodi quidem locis cur minus utendum arbitrer, significavi ad 281. Hotib. ὁ 'μὸς αὐτοῖς Pors.

1215. εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Cf. Plauti interpretes ad Most. iii. 2. 162. Brunck.

1216. Lege vel παραχωρεῖν οὐ θέλεις [ita Scal. et Tyrwhitt. in not. Mss.] vel θύραν σύ· ΘΕ. παραχωρ—. Bent. Unicus est in tota hac fabula locus, qui mihi adhuc negotium facessat, et quem nescio an recte constituerim. Aliter vulgo divisæ personis loquendi vices. Prodeunt in scenam homines aliquot otiosi et circumforanei, qui convivio interesse cupientes, a servo janitore ostium sibi aperiri flagitant: horum unus ait ἄνοιγε τὴν θύραν. Hæc verba et quæ sequuntur ad finem quinti versus vulgo tribuuntur famulo, quod absurdum est. Brunck. ΘΕΡ. ἄνοιγε τὴν θύραν. ΧΟΡ. ΓΥΝ. οὐ παραχωρεῖν θέλεις; | ΘΕΡ. ὑμεῖς — — τὸ χωρίον. | ΧΟΡ. ΓΥΝ. οὐκ ἂν ποιήσαιμ'. ΘΕΡ. εἰ—ταλαιπωρήσομεν. | ΧΟΡ. ΓΥΝ. χἠμεῖς—ξυνταλαιπωρήσομεν. Censor ed. Brunck. in Biblioth. Gotting. vett. litt. et art. i. p. 156. qui in reliquis Brunck. sequitur, nisi quod 1244. choro mulierum tribuit. Dind. I think it should be thus disposed: Circumforaneus I. ἄνοιγε τὴν θύραν. Famulus. οὐ παραχωρεῖν θέλεις; | ὑμεῖς τί κάθησθε; μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι | ὑμᾶς κατακαύσω; φορτικὸν τὸ χωρίον | οὐκ ἂν ποιήσαιμ'. (By admitting such persons.) Circumforaneus I. εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν, | ὑμῖν χαρίζεσθαι, ταλαιπωρήσομεν. (He offers his assistance.) Circumforaneus II. χ' ἡμεῖς γε μετὰ σοῦ ξυνταλαιπωρήσομεν. John Seager in Classical Journal iii. p. 498. 499. ἄνοιγε. Hæc aliquis dicit ad servum janitorem ingredi cupiens ad convivium: cum quo plures etiam adsunt. Berg. L. παραχωρεῖν οὐ θέλεις; Pors.

1217. ὑμεῖς τί κάθησθε. Servus, qui

est janitor, quosdam vocat, ut sibi sint adjutores in abigendis iis, qui intrare volunt. Berg.

1219. οὐκ ἂν ποιήσαιμι. Hæc illi dicunt quos janitor vocabat. Berg.

1220. προσταλαιπωρήσομεν. Ut constet pedibus suis versus senarius, lego ταλαιπωρήσομεν. Fl. Chr. ὑμῖν χαρίζεσθαι, ταλαιπωρήσομεν. Vulgo redundante syllaba προσταλαιπωρήσομεν. Pejus in Aug. προσταλαιπωρήσαιμεν. Qui sæpe e compositis simplicia faciebant librarii, ut observatum ad 408. iidem præpositiones temere addebant verbis, si quod forte compositum eorum memoriæ observabatur, de sensu parum solliciti, quid autem metri leges admitterent aut repudiarent, nihil pensi habentes. Sic in Eurip. Hippol. 31. ἐγκαθείσατο pro καθείσατο intruserunt. Brunck. Lege χαρίσασθαι. Bent. χαρίσασθαι Taylor. ad Lys. p. 491. Pors.

1222. κωκύσεσθε. Sic bene Aug. [et Bent. coll. 361. et 449.] Vulgo titubante metro κωκύσετε. Brunck.

1225. Atheniensis e convivio egrediens narrat, quales se ibi gesserint Lacedæmonii et Athenienses. Berg.

1226. χαρίεντες. Alexis apud Athen. p. 235. τηνικάδε χαρίεις τ' εἰμί, καὶ ποιέω πολὺν γέλωτα, καὶ τὸν ἑστιῶντ' ἐπαινέω. Berg.

1228. Deest in Venet. ed. hic apposita chori persona et continuatur oratio ab Atheniensi. Fl. Chr. ὅτιὴ νήφοντες. [Sic Bent.] Male vulgo cum versus ruina ὅτι νήφοντες. Brunck. ὅτι νήφοντες. ὁτιή. Pors.

1230. μεθύοντες. Quasi consilia ebriorum sint meliora, ut Persæ putabant. V. ad Eqq. 88. Eccl. tamen 139. consilia ebriorum dicit esse παραπεπληγμένα. Berg. Lege αἰεί. Bent. μεθύοντες αἰεί. Vulgo ἀεί. V. quæ notavi ad Æsch. Pers. 174. et Eurip. Phœn. 84. Mihimet ipsi constare volui. Sed si quis istud αἰεὶ e scenicis exsulare juberet, illi non refragarer.—πανταχοῖ. Vulgo minus bene πανταχοῦ. Hæc accurate distinxit Phot. cujus observationem e Lex. Ms. protulit Hesychii interpres ad πανταχῶς. Πανταχῇ, πάντα τρόπον. καὶ πανταχοῦ ἐν παντὶ τόπῳ· καὶ πανταχόθι. πανταχοῖ δὲ καὶ πανταχόσε, εἰς πάντα τόπον. Sæpe confusa a librariis ista adverbia. Av. 165. ubi vulgo legitur, μὴ περιπέτεσθε πανταχῇ κεχηνότες, membr. habent πανταχοῦ: at vero legendum πανταχοῖ. Brunck.

1237. ᾄδοι Τελαμῶνος. *Canere de Telamone* proverbium est relatum ab Eustath. in Bœotia, et recensuit Erasmus. Sed de Clitagora, quæ fuit poetria Lesbia, certum est hoc nomine melos vocatum quoddam, cujus initium fuerit, Κλειταγόρα, ut illius παῖ Τελαμῶνος, de quo in Vesp. diximus. Fl. Chr. Intelligit scolion, carmen conviviale de Ajace Telamonis filio, cujus initium refert Schol. exstat autem apud Athen. p. 695. inter plura scolia, παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητά, λέγουσί σ' [sic] ἐς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν κ' Ἀχιλλέα. Berg. Telamon est nomen scolii. V. Toup. Cur. Posterior. in Theoc. xv. 98. Antiphanes apud Athen. xi. 15. p. 503. Ε. ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων Τούτων περάνῃς. τὸν Τελαμῶνα, μηδὲ τὸν Παιῶνα, μηδ' Ἁρμόδιον, ubi vulgo male legitur τόν τε Τελαμῶνα. Pors. Κλειταγόρας ᾄδειν δέον. Clitagora fuit poetria: v. ad Vesp. 1238. Apparet autem pro scoliis cantari solita in conviviis ejus carmina, quorum materiam verosimile est non fuisse de bello et viris bellicosis. Berg.

1238. ἐπῃνέσαμεν ἄν. *Laudabamus*, inquit, *etsi quis absurda caneret in nostro convivio; tam pacifici eramus.* Est autem absurdum in convivio, quod propter pacem modo initam erat institutum, cantare carmina de bello, aut bellicosis viris; quale est illud de Telamonis filio; et non potius carmen aliquod Clitagoræ feminæ a bello abhorrentis. Unde Pac. 1270. quum puer instante jam convivio caneret de armatis juvenibus, alter eum objurgans dicit, παῦσαι ὁπλοτέρους ᾄδων, καὶ ταῦτ', ὦ τρισκακόδαιμον, εἰρήνης γ' οὔσης· ἀμαθές γ' εἶ καὶ κατάρατον. Berg.

1239. In Venet. ed. tres hos versus sequentes famulus vel θεράπων pronunciat. Fl. Chr. Hunc versum et sequentes duos servus, ὁ θεράπων, pronunciat in ed. Far. Recte quidem, quod ad priores duos attinet; loquitur enim ille servus janitor de iis, qui ingredi ad convivium volebant. V. supra ad 1216. Sed tertium versum illi debent pronuntiare, qui ingredi volebant. Berg.

1242. Lege Πουλυχαρίδα. Bent. Ista Legatus dicit puero tibicini, qui eum e convivio exeuntem comitatus fuerat; unde liquet vocem πολυχαρίδας non esse nomen proprium, sed blandam compellationem, qua utebantur Lacones. Nimis ineptum est, quod hoc nomine Atheniensem virum induxi. Reponenda sunt omnino personarum nomina ad eum quem dixi modum in nota ad 1086. Brunck.

1243. διποδιάξω. διποδία vel διποδισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως (male apud Suid. δισποδια). Erat autem saltatio, in qua junctis pedibus labore et conatu magno picas imitabantur. Sunt vero φυσαλίδες αὐλοί. Fl. Chr. Suid. διοποδιάξω et mox κάεἰσω deir καὶ in διοποδία: lege κὰς pro καί.

Bent. Laconicæ saltationis genus erat, ut observatum Meursio in Orchestra, Διποδία, Διποδισμός. Brunck. διποδιάζω γε. Scribe e dialecto γα. Id. δισποδιάζω Suid. ed. Med. v. Pors. κάϊσω κακόν. Est locus corruptus, qui in Ms. Vat. rectius, ut puto, sic legitur, καὶ κινήσω καλόν. Kust. κάείσω. Hoc ex emendatione est nescio cujus, sed bona. Sic jam legebat Meurs. loco citato. Aug. et vett. edd. κάϊσω. Notissima phrasis est ᾄδειν εἴς τινα, nec loci sensus de quopiam alio verbo cogitare sinit. Ambo Reg. dant καὶ κινήσω καλὸν, quam lectionem in Vat. etiam Ms. repertam probat Kust. posthabita metri lege, quæ illam respuit. V. enim qui versum illum dimetiare: ἵν' εγω | διποδι | αξω | γε και κι | νησω | καλον. Præterea quid significat κινήσω καλὸν εἰς τοὺς 'Αθηναίους? hujus similes aliquot Kust. not. non fuerunt, ut Lysistratæ nostræ consilium, πολλαῖσιν ἀγρυπνίαισιν ἐῤῥιπτασμέναι. Suspicari quis possit voces illas καὶ κινήσω glossema esse, olimque scriptum fuisse κάϊξω pro καὶ ἀΐξω. Sed hoc si metro satisfacit, probabili sensu cassum esse. Id.

1244. ἐς τὼς 'Ασαναίως. Pro ἐς τοὺς 'Αθηναίους. Berg. κῆς ἡμᾶς. Regii καὶ ἐς ἡμᾶς, unde Doricum κῆς facile erat eruere. Vulgo titubante versu καὶ ἡμᾶς. Brunck. Lege κἀς ἡμᾶς, propter metrum. V. Valck. ad Theoc. falso inscriptum Idyl. xxx. 44. p. 166. ubi idem mendum exemit. Pors.

1245. λαβὲ δὴ σὺ τὰς — Sic bene A. In B. λαβὲ δὴ τὰς —. Vulgo λαβὲ δῆτα τὰς—[V. Reisig. i. p. 210.] Hesych. φυσαλλίδες, φυσητήρια, αὐλοί. Eundem ad modum scripta est hæc vox in A. duplici λ: in duobus aliis unico, ut apud Suid. Pessima est veterum editionum scriptura φυσσαλίδας. In φυσᾷν prima longa est. Brunck. Ms. Vat. φυσαλλίδας. Kust.

1246. ὡς ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὁρῶν ὀρχουμένους. [Sic Bent.] Vulgo fœdissima metri corruptela legitur, ὡς ἥδομαί γ' ὁρῶν ὑμᾶς ὀρχουμένους, quod tamen concoxerunt interpretes. In duobus Reg. ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὀρχουμένους, omisso ὁρῶν, quod versus integritati adeo necessarium est, ut dubitari non possit, quin a poeta sit: et hoc habet Aug. sed sede sua, ut vulgo, motum. Alias salva sententia abesse posset. Quin scita est phrasis ἥδομαι ὑμᾶς ὀρχουμένους, cujus tamen elegantiam non credo librariis ita placuisse, ut ejus specie ducti ὁρῶν consulto omiserint. V. Musgrav. ad Eurip. Suppl. 328. et Valck. ad Hippol. 1339. Brunck.

1247. et sqq. ὅρμαον | ὅρμαον | τοῖς κυρσανίαις | ὦ Μναμοσύνα | τὰν τεὰν (5) | μῶαν, ἅ- | τις οἶδ' ἄμμ' | 'Ασαναί- | ως τ', ὅκα | τοὶ μὲν ἐπ' (10) | 'Αρταμιτίῳ πρό- | κρουον θείκελοι ποτ- | τὰ κᾶλα, τὼς | Μήδως τ' ἐνικ- | άσαμεν· ἄμμε δ' αὖ Λε- (15) | ωνίδας ἆγεν, ἅπερ | τὼς κάπρως θήγ- | οντας ὅσδῳ | τὸν ὀδόντ- | α· πολὺς δ' (20) | ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἤνσ- | ει, πολὺς δ' ἅμα κατὰ σκελοῖν· | ἦν δὲ τἄνδρες | οὐκ ἐλάσσως | τᾶς ψάμμω (25) | τοὶ Πέρσαι· | 'Αγρότερ' Ἄρταμι σηρ- | οκτόνε δεῦρο μόλ', ὦ, | ποττὰς σπονδὰς, ὡς συνέχης πόλυν [sic] | ἄμμε χρόνον· νῦν κἂν φιλίᾳ γ' ἀὲς (30) | εὔπορος εἴης ταῖς | συνθήκαις, καὶ τᾶν | αἱμυλᾶν ἀλ- | ωπέκων παυ- | σαίμεθ'· ὦ, (35) | δεῦρ' ἴθ', ὦ | σιὰ κυναγ- | ὲ παρσένε. V. 2. ὅρμαον reduplicavi. V. 3. Redde τοῖς κυρσανίαις—juvenibus. Intelligere nequeo τὼς κυρσανίους. V. 5. Inepte Brunck. e Ms. τάν τ' ἐμὰν μῶαν. Memoriæ dicuntur filiæ esse Musæ. V. 14. Pro ἐνίκων dedi ἐνικάσαμεν ob scolion apud Athen. xv. p. 694. d. sic legendum: 'Ενικάσαμεν, ὡς ἐβουλόμεσθ—α, νίκην ἔδοσαν θεοὶ φέροντ—ες παρὰ, Πανδρόσου λέ—ῳ φιλίαν, 'Αθανᾶν, ubi vulgatur ὡς φίλην: at per λέω Πανδρόσου intellige *plebem Atticam*, sic appellatam a Pandroso, filia Cecropis. V. 18. Vulgo θήγοντας οἴω: Brunck. οἴω temere rejecit. Ipse erui ὅσδῳ, etenim apris est proprium dentes arbore exacuere. V. Æsopi Fab. clxxxv. Ὗς ἄγριος ἑστὼς παρά τι δένδρον τοὺς ὀδόντας ἠκόνα. Neque hic est unicus locus, ubi ὅσδος corrumpitur. In Theoc. Idyll. xix. 29. legitur Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα 'Ελένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν Πιείρᾳ μεγάλα ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ. At Mss. ἀνέδραμε κόσμος. Tu lege Πιείρᾳ τ' ἐλάτας ἅτ' ἀνέδραμεν ὄσδος ἀρούρᾳ, collato Idyll. xxiv. 101. νέον φύτον ὡς ἐν ἀλῳᾷ 'Ετρέφετ': et Homerico ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος, et Eurip. Hec. 20. Τροφαῖσιν ὥς τις πτόρθος ηὐξόμην. Illa ἐλάτη est *pinus* arbor. V. 22. Vulgo πολὺς θ' ἅμα καὶ κατὰ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο. At ἵετο est e gl. ἤνσει, mox Ms. καὶ κατῶν. Sed aliud hic aliquid legebat Hesych. 'Αφρὸς κυρίως θάλλον καὶ ἀφρῶδες δὲ διαχώρημα ὡς 'Αριστοφάνης. Πολὺς δέμας κατὰ τήν. Ita Ms. teste Schowio. Emendat Kust. θαλάσσιον — πολὺς δ' ἅμα κατὰ τοῖν (σκελοῖν). At τοῖν metrum respuit, neque articulus adesse poterat propter locutionem similem apud scholia pleniora in Rav. quam in Cod. Voss. sic 'Αφρός· πολὺς δ' (lege γὰρ) ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα, (Cod. Voss. τὸ στόμα) καὶ (lege ὡς) Σοφοκλῆς. Αἰσχύλος δέ. 'Αφρὸς βροτείας (Voss. βορῆς) ἐῤῥυηκότα στόμα. Lege 'Αφρὸς δὲ βροτόεις ἐῤῥύη κατὰ στόμα: qui versus Æsch. fuit dictus de Oreste

furibundo. Cf. Orest. 220. στόματος ἀφρώδη πέλανον. Quod ad βροτόεις, ea vox restituitur Æsch. Suppl. 892. in Class. Journ. No. vi. p. 417. : quod ad ἐῤῥύη, cf. illa Xenoph. κατάπλεον αἵματος· ἐῤῥύη γὰρ—ἐκ τῆς ῥινὸς et Ἐῤῥύη ἐκ τοῦ σώματος αἷμα: quod ad κατὰ στόμα cf. Med. 1174. διὰ στόμα Χωροῦντα λευκὸν ἀφρόν: ubi Ald. κατὰ στόμα. V. 28. Vulgo μόλε δεῦρο παρσένε σιὰ, et in 36. δεῦρ' ἴθι δεῦρ' ὦ κυναγέ. Transposui σιά: cui, olim omissæ, additur παρσένε a librario, indicandi causa, quem in locum reponi debeat. G. Burges in Classical Journal xxx. p. 289-291. Thiersch. in Jacob. Florilegio poetico p. 347-349. hoc carmen sic descripsit: Ὅρμαον | τὼς κυρσανίως, ὦ Μναμόνα, | τάν τ' ἐμὰν Μῶαν, ἅτις | οἶδεν ἄμμε τώς τ' Ἀσαναίως· | ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ | πρόκροον θείκελοι ποττὰ κᾶλα, | τὼς Μήδως τ' ἐνίκων. | Ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας | ἆγεν ᾇπερ τὼς κάπρως | θάγοντας τὸν ὀδόντα· πολὺς δ' | ἀμφὶ τὰς γέννας ἀφρὸς ἤνσει, | ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως | τᾶς ψάμμας, τοὶ Πέρσαι. | Ἀγρότερ' Ἄρτεμι σηροκτόνε, | μόλε δεῦρο παρσένε σιὰ | ποττὰς σπονδάς, | ὡς συνέχῃς πολὺν ἄμμε χρόνον. | Νῦν δ' αὖ φιλία | αἰὲς εὔπορος εἴη | ταῖς συνθήκαις, καὶ τᾶν | αἱμυλᾶν ἀλωπέκων παυσαίμεθα· | ὦ δεῦτ', ἴθι δεῦρ' | ὦ κυναγὲ παρσένε. Reisig. in Syntagm. Crit. p. 43. α'. ὅρμαον | β'. τὼς κυρσανίως ὦ Μναμόνα | τὰν τεὰν Μῶαν, ἅ- | τ' οἶδεν ἀμὲ τώς τ' Ἀσαναίως· | β'. ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ | πρόκροον θείκελοι | πὸτ τὰ πολλὰ κᾶλα, τὼς Μήδως | α'. τ' ἐνίκων· | Α'. ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας | Α'. ἆγεν ᾇπερ τὼς κάπρως | (ἐπῳδός.) θάγοντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα. | Β'. πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γέννας ἀφρὸς ἤνσει, | Β'. πολὺς δ' ἅμα κὰτ τῶν σκελῶν ἵετο. | (ἐπῳδός.) ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως | τᾶς ψάμμας, τοὶ Πέρσαι.

1247. ὅρμαον. Fortassis pro ὅρμα οὖν. Quod autem ait Μναμόνα, nescio quid sit, nisi quod scribit Hesych. Μνανδοι, μοῦσαι, μνηστῆρες. Idem μῶαν esse ait ᾠδὴν ποιάν. Sed et pro οἶδεν legerem ᾄδεν. Fl. Chr. ὅρμαον. Pro ὅρμασον, et hoc pro ὅρμησον. Canit autem Dorice. Berg. ὅρμαον, Μῶα, et supra 995. πᾶα, pro ὅρμασον, Μῶσα, πᾶσα, idiomata sunt Laconicæ dialecti, de quibus v. Valck. in Theocr. p. 274. Brunck.

1248. τὼς κυρσανίως. Pro τοὺς κυρσανίους, id est ἐφήβους. V. Schol. et supra 982. Berg. Μναμόνα. Ms. Vat. μναμοσύνα, quod in textum recepimus. Kust. Lege μναμόσυνα. V. Schol. Bent. ὦ Μναμοσύνα. Sic Regii. Aug. et vett. edd. ὦ μναμόνα. Brunck.

1249. τὰν τεὰν Μῶαν. Pro τὴν τεὴν (i. e. τὴν σὴν) Μοῦσαν, ἥτις. Berg. τάν τ' ἐμὰν Μῶαν. Sic bene Regii: vulgo τὰν τεάν. Brunck.

1250. ἀμὲ τώς τ' Ἀσαναίως. Pro ἡμᾶς τούς τ' Ἀθηναίους. Berg. ἄμμε. Sic scriptum in A. Vulgo ἀμέ. Brunck.

1251. ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ. Pro ὅτε οἱ μὲν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Berg. ἐπ' Ἀρταμιτίῳ. Artemisium promontorium Eubœæ. Philistus vocat Ἀρτεμίτιον. Fl. Chr.

1252. πρόκροον. Forte pro προέκρουον, ut et Biset. putat. Forte προκρούειν ut προκόπτειν. θείκελοι autem pro θεοείκελοι. Berg. πρόκροον θείκελοι ποττὰ κᾶλα, in naves Persarum. Sic in utroque Reg. scriptum: male vulgo καλά. πρόκροον autem e dialecto est pro προὔκρουον. Brunck. θείκελοι. Pro θεοείκελοι, ut puto. Nam Hercules in bello ad Thermopylas Leonida duce dicitur ἀποθεωθῆναι. Fl. Chr.

1253. ποττά. Pro πρὸς τά. τὼς Μήδως autem pro τοὺς Μήδους. Berg. ποττὰ καλά. An πότνα καλὰ, ut ad deam referatur? an ποττὰ καλὰ ad res egregias et pulcra facinora, πρὸς τὰ καλὰ ἔργα? an potius κᾶλα sunt ligna, ut per ea naves intelligantur secundum responsum oraculi, quod ligneos muros jubebat ædificare? μᾶλλον τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. Fl. Chr.

1254. ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας. Pro ἡμᾶς δ' αὖ Λεωνίδας. V. Herod. in Polymnia. Berg.

1255. ἆγεν. Forte ἆγεν pro ἦγεν, pro quo usitatum ἤγαγεν. Berg. αἶπερ. Ed. Far. αἶπερ· eadem tamen supra 1000. ubi hæc particula Dorica occurrit, habet αἶπερ, uti et infra 1312. V. ibi not. τὼς κάπρως autem pro τοὺς κάπρους. Berg. V. Reisig. Syntag. Crit. cap. iii. κάπρως θάγοντας. Sic etiam de apro Philippus dixit in libro iv. Florilegii epigrammatarii: θηκτὸν ὀδόντα βρύχοντα. Nisi mea me fallit conjectura, quæ pro θνητὸν reposuit θηκτὸν in epigrammate Philippi. Fl. Chr.

1256. θαγόντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα. θαγόντας aor. 2. a θήγω: potest etiam legi θάγοντας in præsenti, pro θήγοντας. Ceterum comicus videtur imitatus locum Eurip. Phœn. 1390. Huc pertinet illud Ran. 823. θήγοντος ὀδόντα ἀντιτέχνου. Virgil. iii. Georg.—'dentesque Sabellicus exacuit sus.' οἰῶ autem est *puto;* sed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus. Berg. Vulgo θάγοντας οἰῶτα, ὀδόντα, ad quæ Berg. sic commentatur: 'οἰῶ autem est *puto;* sed hoc loco abundat, ut aliquoties in antecedentibus.' Abundat quidem, sed ita absurde, ut plane ejiciendum sit, librarioque reddendum, qui

illud infercit. Brunck. Nulla profecto erat causa, cur insertum, idque eleganter, in hoc versu verbum οἴω ejicerem; abundat hic, ut 156. Nec deerunt fortasse, quibus minus probabitur, idem verbum οἴω in 998. mutatum a me fuisse in οἶα: meque etiam nunc conjecturæ istius pœnitet, quæ me primum melioris sensus specie deluserat. Non satis adtenderam ad venustum usum verborum dubitandi, οἶμαι, δοκέω, νομίζω, ἐοικέναι, quæ apud quosvis scriptores, præsertim vero Atticos, sic adhibentur, etiam quum quis de re certa, et quam maxime compertam habet, loquitur. οἶμαι centies ita apud comicum occurrit. Verbi δοκέω frequentissimus est Xenophonti usus. V. Hutchins. ad K. Π. præf. ultima verba: ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ ᾐσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι. Et tribus istis exemplis verbi οἴω mediæ sententiæ interjecti, quæ Laconum sermo in hac fabula exhibet, pronum est colligere fuisse hunc idiotismum illis perquam familiarem. Id.

1257. ἀμφὶ τὰς γέννας ἀφρός. V. locum modo ex Eurip. adductum. Pro γέννας autem ed. Far. γένας. Berg. ἤνσει. Pro ἤνθει, ab ἀνθῶ. Id.

1258. Vulgo πολύς θ' ἅμα καὶ κατὰ τῶν σκελῶν ἀφρὸς ἵετο. Uterque Reg. πολὺς δ'—. Tum A. καὶ κατῶν, mendose pro καττῶν. Nomen ἀφρὸς, e superiori versu male repetitum, glossema est, quod expungi debuit. Brunck.

1260. ἦν γὰρ τ' ὥνδρες οὐκ ἐλάσσως. Pro ἦσαν γὰρ θ' οἱ ἄνδρες οὐκ ἐλάσσους. Berg. ἦν. Pro ἦσαν. Sic apud Soph. Trach. p. 349. ed. Henr. Steph. [v. 527.] ἦν δ' ἀμφίπληκτοι κλίμακες, pro ἦσαν. V. ibi Schol. Kust.

1261. τᾶς ψάμμας τοί. Pro τῆς ψάμμης. (sive τῆς ψάμμου οἱ. Berg.) Erant, inquit, Persæ (Medos vocat Thucyd. sed Medorum nomine Persæ innuuntur vel teste Horatio: 'neu sinas Medos,' etc.) innumerabiles instar arenæ. ψάμμην enim puto esse ψάμμον, vel ψάμαθον: alias significat ἄλφιτα. Hoc autem loco ἦν positum puto pro ἦσαν. Fl. Chr.

1262. ἀγρότερ' Ἄρτεμι. Thesm. 120. Ἄρτεμιν ἀγροτέραν. Berg. ἀγρότερ' Ἄρταμι. Male vulgo Ἄρτεμι. Ut supra 1251. Ἀρταμιτίῳ scriptum e dialecto, pro Ἀρτεμισίῳ, ita hic scribi debuit Ἄρταμι pro Ἄρτεμι. V. Kœn. ad Corinth. p. 139. [305.] Brunck. Ἄρτεμι σηροκτόνε. Pro θηροκτόνε. Eurip. Iph. Aul. 1570. ὦ θηροκτόν' Ἄρτεμι παῖ Διός. Berg.

1263. παρσένε σιά. Pro παρθένε θεά. Berg.

1264. ποττάς. Pro πρὸς τάς. Berg.

1265. ἀμέ. Pro ἡμᾶς. Berg.

1267. αἰές. Pro αἰὲν i. e. ἀεί. Berg. φιλία τ' αἰὲς Schæfer. ad Bucol. p. 232. Dind.

1268. ταῖς συνθήκαις. Sic Regii. Vulgo ταῖσιν. Brunck.

1269. τᾶν αἱμυλᾶν. Pro τῶν αἱμυλῶν ab αἱμύλη, sive τῶν αἱμύλων ab αἱμύλος. Berg.

1274. τάσδε τε ὑμεῖς. Id est καὶ ὑμεῖς Ἀθηναῖοι τάσδε. Male vulgo τὰς δέ τε. In Regiis scriptum τασδεί. Brunck.

1276. ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς. Nomen συμφορᾶς est τῶν μέσων. Sic Alcæus dixit πῖν' ἐπὶ συμφορᾷ, id est ἀγαθῇ τύχῃ. Æsch. etiam Agam. dixit συμφορᾶς χάριν, id est εὐτυχίας. Fl. Chr. Eurip. Alcest. 1155. χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖσι συμφοραῖσιν ἱστάναι. Berg.

1277. Ms. εὐλαβώμεθα. Bent. ὀρχησάμενοι θεοῖσιν· *postquam in honorem deorum saltaveritis.* De hac loquendi formula videndus Valck. ad Eurip. Phœn. p. 582. ὀρχήσασθαι θεοῖσιν plane eodem modo dictum, quo τοῖς θεοῖς πιεῖν dixit Anacreon, Od. xxxi. Brunck.

1279. et sqq. πρόσαγε χόρον [sic] | ἄγε Χάριτας, | ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν | ἐπὶ δὲ δίδυμον ἀγέχορ· | ον Ἰήϊον (5) | ἐπὶ δ' εὔφρονα | Νύσιον, ὃς μετὰ Μαινάσιν | Βάκχιος ὄμμασι δαίεται | διὰ πυρὶ | φλεγόμενος, (10) | ἐπί τε πότνιαν | ἄλοχον ὀλβίαν, | εἶτα δὲ δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν | ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος, ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις, | ὡς ἐπὶ νίκῃ εὐοὶ (15) | εὐοὶ εὐοὶ εὐοὶ | ἀλαλαλαὶ ἰὴ παιήων αἴρεσθ' ἄνω· | σὺ δὲ, Λάκων, πρόφαινε μοῦσαν ὀπὶ νέᾳ νέαν. V. 2. Vulgo ἔπαγε. At sæpe sic usurpatur simplex post compositum. Cf. Bacch. 1054. Κάτηγεν ἦγεν. Alcest. 411. ὑπάκουσον ἄκουσον. Med. 1247. κατίδετ' ἴδετε. V. 14. Inepte vulgo ἡσυχίας — μεγαλόφρονος. Dedi, quod ipse comicus præcipit Av. 1321. ἀγανόφρονος Ἡσυχίας: v. et Ibyci fragmentum apud Athen. xiii. p. 564. Εὐρύαλε γλυκεί — ων Χαρίτων θάλος Καλλικόμων (τε κορ—ων) μελέδημα, σέ γ' Ἁ Κύπρις ἅτ' ἀγανοβλέφαρος Πειθ—ὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν: sic enim ille locus scribi debet: cf. quoque Cratini verba apud Lex. Bekker. p. 335. ἀγονόφρονες ἡδυλόγοι σοφίαι. Hanc conjecturam iratus video mihi præripuisse Reisig. in Conject. p. 165. V. 18. Pro ἐπὶ dedi ὀπί: vocem ipsam usurpat Homer. et ὀπὸς comicus in Thesm. 127. G. Burges in Classical Journal xxx. p. 291. Thiersch. in Jacob. Florilegio poetico p. 349. 350. hoc carmen sic descripsit: πρόσαγε χορόν· ἔπαγε Χάριτας, ἐπὶ δὲ καὶ | κάλεσον Ἄρτεμιν, | ἐπὶ δὲ Δίδυμον ἀγέχορον, ἰήϊον | εὔφρον', ἐπὶ δὲ

Νύσιον, | ὃς μετὰ Μαινάσιν ὄμμασι δαίεται, | Δία δὲ πυρὶ φλεγόμενον | ἐπὶ δὲ πότνιαν ἄλοχον ὀλβίαν, | εἶτα δὲ δαίμονας, | οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ' οὐκ ἐπι- | λήσμοσιν ἡσυχί- | ας περὶ τῆς μεγαλήτορος, ἣν ἐποί- | ησε θεὰ Κύπρις, | Ἀλαλαί, | ἰὴ παιήων αἴρεσθ' ἄνω | ἰαίως ἐπὶ νίκῃ ἰαὶ | εὐοὶ εὐοὶ, εὐαὶ εὐαὶ | Λάκων πρόφαινε δὴ σὺ Μοῦσαν | ἐπὶ νέᾳ νέαν. Dind. Hic versus et sequentes vulgo Lysistratæ continuantur. In Regiis adscripta chori persona. Brunck.

1281. Δίδυμον ἄγε χορόν. Scribendum ἀγέχορον, si per Δίδυμον intelligitur Apollo, qui ita dici potest, vel quia uno partu est editus cum Diana, ut recte Biset.: vel quia in Didymis, loco quodam Mileti, est oraculum Apollinis, unde etiam Διδυμαῖος dicitur; v. Schol. Potest autem et ἄγε χορὸν scribi et sic verti: *adduc et geminum chorum.* V. Schol. Sed prior expositio magis placet. Berg. δίδυμον ἀγέχορον. Vulgo ἄγε χορόν. Pejus Regii ἄγετε χορόν. Facilem certamque emendationem præcepit Berg. Brunck. ἀγέχορον ἰκίον. Ed. Venet. habet οἰκεῖον, male, ut arbitror. Nam ἰκίον videtur esse ab insula, quæ Ἶκος dicitur, una ex Cycladibus: deinde metrum videtur postulare pedem pyrrhichium. ἐπιδενύσιον autem mutarem libenter et dividerem in tria ἐπὶ δὲ Νύσιον. Quod vero ait μετὰ Μαινάσι, nullus est error; nam præpositio hæc etiam dativis jungitur; ut Homer. μετὰ τοῖσιν ἔβη. Sed mox pro Διάτε legerem Δία τε, ut ad Jovem referatur. Fl. Chr. Frob. ἴκιον. Scal. ἰήϊον. Ms. ἴδιον. Bent. ἰήϊον. Est epitheton Apollinis; Vesp. 870. ἰήϊε Παιάν. Ed. Far. pro ἰήϊον habet οἰκεῖον, quod non placet. Berg.

1282. Νύσιον. Bacchi epitheton a loco. Berg.

1285. Frob. διάτε. Scal. διά τε. ut Ms. Bent.

1287. οἷς ἐπὶ μάρτυσι χρησόμεθ' —. Tmesis pro οἷς μάρτυσι ἐπιχρησόμεθα. Sic divisim scriptum in Regiis. Vulgo οἷς ἐπιμάρτυσι, quod minus placet, maxime ob sequens epitheton ἐπιλήσμοσιν. Brunck.

1289. ἡσυχίας πέρι τῆς μεγαλόφρονος. In Avv. 1321. τῆς ἀγανόφρονος ἡσυχίας. Berg. ἀγανόφρονος Reisig. i. p. 165. Dind.

1291. ἀλαλαὶ ἰὴ Παιήων. Ita et Avv. 1761. Berg. Choro tribuit Suid. v. ἀλαλαὶ (ἀλαλαλαὶ ed. Med.) Pors.

1296. ἐπὶ νέα. Verti quasi esset ἐπὶ νέᾳ. Schol. tamen ἐπὶ νέα in accusativo pl. neutrius generis videtur legisse, qui exponit, ἐπὶ νεώτερα πράγματα νέαν μοῦσαν; sed hoc non satis placet. Berg.

1297-1322. Ταΰγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶα, | μῶα μόλ', ἰὼ, Λάκαινα, πρεπτὸν ἁμὶν | κλεῶα τὸν Ἀμ- | ύκλαισι σιὸν, | χαλκίοικον Ἀσάναν, (5) | Τυνδαρίδας τ' ἀγασὼς, | τοὶ παρ' Εὐρώτ- | αν σιάδδον- | ται· μόλ', ἔμβας, ὢ, | εἶα κοῦφα πάλλ- (10) | ω', ὡς Σπάρταν | ὑμνείωμες, | τᾷ σιῶν χόροι [sic] μέλ- | οντι καὶ ποδῶν κτύπ- | ος, ὅτε πῶλοι καὶ κῶραι (15) | παρὰ τὸν Εὐρώταν ἀμπάλλ- | οντι πυκνὰν ποδοῖν ἀνκόνισιν | τάν τε κόμαν σείονθ' ὥστε Βακχᾶν | θυρσαδδωᾶν | καὶ παιδδωᾶν, (20) | ἁγῆται δ' | ἁ Λατοῦς | ἁγνὰ χοραγ- | ὸς εὐπρεπής· | ἀλλ' ἄγετε κόμαν παραμπυ- (25) | κίδδε χερὶ, ποδοῖν τε πάδη, | ᾇ τις ἔλαφος, πεδοῖ, κρότ- | ον δ' ἅμα πόη 'ν χορείᾳ | φυλέτᾳ, καὶ, | τῶν σιῶν τὰν (30) | κράτισταν [sic], χαλκίοικ- | ον ὕμνη πάμμαχον. V. 8. Vulgo ψιάδδοντι, quod nemo intellexit. Dedi σιάδδονται, i. e. θειάζονται. Etenim Tyndaridæ post mortem sunt Diis adscripti. V. 9. Vice μάλ' ἔμβα reposui μόλ' ἔμβας. Etenim mentione facta Amyclarum, facete comicus appellat, quasi personam, illud calceamenti genus, quod fieri solet Amyclis, teste Hesych. Λακωνικαὶ, ὑποδήματα, ἃ καλεῖται Ἀμυκλάδες. V. 15. Vulgo ἅτε vel ᾇτε. Redde ὅτε, *quando.* V. 17. Exstat vel ἀγκονεύουσαι vel ἀγκονέουσαι. Dedi ἀνκόνισιν, i. e. ἀνακόνισιν. Agnoscit H. Steph. Ὑποκόνισις, apud Theophrastum. Patet igitur et aliud compositum bene Græcum esse dictum. V. 18. Ita Kœn. ad Greg. p. 79. pro ταὶ δὲ κόμαι σείοντ'. V. 22. Ita Berg. pro Λήδας. Non Ledæ, sed Latonæ filia choros ducebat. V. 25. Vulgo ποδοῖν τε πάδδη πάδδη. Ms. et Junt. πάδη. Hoc probum, et ex altero effice πεδοῖ. Certe in tali re mentio terræ est usitata. Horat. 'nunc pede libero Pulsanda tellus,' ad Alcæi exemplar νῦν χθόνα πρὸς βίαν παίην: iterum Latinus, 'Gaudet invisam pepulisse terram Ter pede fossor.' Aliis fortasse displicebit ποδοῖν τε. Ii legere poterunt πόδικρα πάδη: advocato Hesych. ποδίκρα, ὄρχησις πρὸς πόδα γιγνομένη. Λάκωνες, et collato Lys. 82. καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι. V. 28. e. χορωφελέταν, quod intelligi nequit, erui χορείᾳ φυλέτᾳ. Hesych. Φυλέτης, ἐκ τῆς (αὐτῆς) φυλῆς ὃ ἐστιν ὁμόψυχος. V. 32. ὕμνη pro ὕμνει, ut πόη pro πόει. G. Burges in Classical Journal xxx. p. 291. 292. (α'.) Ταΰγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶα | (α'.) Μῶα μόλ' ἐμὰ Λάκαινα πρεπτὸν ἆμιν | (β'.) κλεῶα τὸν Ἀμύκλαισιν Ἀπόλλω | (β'.) σιὸν καὶ χαλκίοικον Ἀσάναν, | (γ'.) Τυνδαρίδας τ' ἀγασὼς, (5) | τοὶ δὴ πὰρ τὸν Εὐρώταν ψιάδδοντι. | (δ'.) εἶα μάλ' ἔμβη, εἶα, | (δ'.) ὢ 'ϊα κοῦφα πάλλων· | (ε'.) ὡς Σπάρταν ὑμνιῶμες, | (ε'.) τᾷ σιῶν

χοροὶ μέλοντι, | (γ′) *τᾷ τε ποδῶν κτύπος, ᾇ* | *πῶλοι ταὶ δὲ κώραι· πὰρ τὸν Εὐρώταν* | (ϛ′.) *ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν* | *ἀγκονιῶαι, ταὶ δὲ κόμαι* | (ζ′.) *σείονθ᾽, ᾇπερ τᾶν Βακχᾶν* | *θυρσαδδρᾶν καὶ παιδδοᾶν.* | (ζ′.) *ἁγῆται δ᾽ ἁ Λήδας παῖς* | *ἁγνὰ χοραγὸς εὐπρεπής.* | (η′.) *ἀλλ᾽ ἄγε κόμαν παραμπύκιδδε,* (η′.) *τᾷ χειρὶ τοῖν ποδοῖν τε πάδη,* | (ϛ′.) *πάδη ᾇτ᾽ ἔλαφος, κρότον* | *δ᾽ ἅμα ποίη χορωφελέταν.* | (*ἐπῳδός.*) *καὶ τὰν σιὰν δ᾽ αὖ τὰν κρατί-* | *σταν χαλκίοικον ὕ-* | *μνη τὰν πάμμαχον.* Schema systematis antea prorsus confusi et obscuri hoc est:

α′. α′. β′. β′.

γ′. δ′. δ′. ε′. ε′. γ′. ϛ′. ζ′. ζ′. η′. η′. ϛ′.

ἐπῳδός.

Reisig. Syntagm. Crit. p. 13. V. Herman. in Diariis Lipsiens. a. 1818. fol, 121. Dind. Thiersch. in Jacob. Florilegio poetico p. 352. hoc carmen sic descripsit: *Ταΰγετον* | *αὖτ᾽ ἐραννὸν ἐκλιπῶα Μῶα* | *μόλε Λάκαινα, πρεπτὸν ἁμὶν* | *κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιὸν* | *καὶ Χαλκίοικον Ἀσάναν,* | *Τυνδαρίδας τ᾽ ἀγασώς,* | *τοὶ δὴ παρ᾽ Εὐρώταν ψιάδδοντι.* | *εἶα μάλ᾽ ἔμβη,* | *ὠΐα κοῦφα πάλλων,* | *ὡς Σπάρταν ὑμνείωμες* | *τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι* | *καὶ ποδῶν κτύπος. ἇτε πῶλοι* | *αἱ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν* | *ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονίωαι,* | *ταὶ δὲ κόμαι σείονται* | *ᾇπερ Βακχᾶν θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν.* | *ἁγῆται δ᾽ ἁ Λατοῦς παῖς* | *ἁγνὰ χοραγὸς εὐπρεπής,* | *ἀλλ᾽ ἄγε κόμαν παραμπύκιδδε,* | *χερὶ ποδοῖν τε πάδη* | *ᾇ τις ἔλαφος· κρότον δ᾽ ἅμα ποί-* | *η χορωφελέταν* | *καὶ τᾶν σιᾶν δ᾽ αὖ τὰν κρατίσταν* | *Χαλκίοικον ὕμνη* | *τὰν πάμμαχον.*

1297. *ἐραννὸν ἐκλιπῶα Μῶα.* Pro *ἐρατεινὸν ἐκλιποῦσα Μοῦσα.* Vox *ἐραννὸς* et apud alios occurrit. Berg.

1298. *πρεπτὸν ἁμὶν κλεῶνα.* Mostella et imagines *πρεπτὰ* vocat Hesych. et hic delubrum esse Apollinis puto. At *κλεῶνα* mendosum suspicor. In ed. Venet. legitur *κλεῶα*, melius meo quidem judicio, ut sit pro *κλείουσα.* Idem grammaticus exponit *ψιαδεῖν, παίζειν*, quod alii dicunt *ἐψιάειν*, vel *ἐψιάσθαι.* Fl. Chr. *πρεπτόν.* Formatum a *πρέπω· ἁμὶν* autem pro *ἡμῖν.* Berg. *ἇμιν* Hermann. de emend. rat. Gr. Gr. p. 81. Dind.

1299. *κλεῶα.* Pro *κλείουσα*, a *κλέος.* *σιὸν* autem pro *θεόν.* Berg. Ms. et Gry. *κλεῶα.* Bent. *κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις σιόν* — *κλεῶα, ἐκλιπῶα*, pro *κλεῶσα, ἐκλιπῶσα*, eaque pro communibus *κλέουσα, ἐκλιποῦσα.* V. supra ad 1247. Vulgo legitur *κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω σιόν.* Nomen *Ἀπόλλω* glossema est, et ejici debuit, quod jam monuit Valck. loco laudato. Dativus *Ἀμύκλαις* vel est pro genitivo *Ἀμυκλῶν*, [sed v. Schæfer. ad Bos. Ellips. p. 698. Dind.] quod schema breviter observavi ad Apollonium iii. 862. *χθονίην, ἠέροισιν ἄνασσαν*: vel potius pendet a suppressa præpositione *ἐν*, cujus frequens ellipsis. Sic Acharn. 697. *ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν*; | *εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ᾽ ἦμεν, ἐδιώκομεν.* Brunck. Delet *Ἀπόλλω* ut Schol. Valck. ad Theoc. Adoniaz. Digress. iv. p. 275. Pors.

1300. *Χαλκίοικον.* Ita dicta fuit Minerva apud Spartanos, vel quod æreum ei esset ibi templum, vel quod a Chalcidensibus conditum. V. Suid. in *Χαλκίοικος.* *Ἀσάναν* autem pro *Ἀθήνην.* Berg. *Χαλκίοικον.* Minervæ cognomen apud Spartanos, de cujus ratione v. Meurs. Misc. Lac. i. 3. Brunck.

1301. *Τυνδαρίδας τ᾽ ἀγασώς.* Pro *Τυνδαρίδας τε ἀγαθούς.* Sunt autem Castor et Pollux. Berg.

1302. *ψιάδδοντι.* Pro *ψιάζουσι* a *ψιὰ*, quod est *χαρὰ*, teste Suid. *ἐψιᾶσθαι* etiam est *ludere.* Berg. *ψιάδοντι* Scal. et Ms. Bent.

1303. *εἶα μάλα ἐμβηώϊα κοῦφα πάλλων.* Puta *εἶα paleas* esse et *aceres*, et *ἐμβηώϊα altum petentes*, quod ait propter pugilum et equorum certamina, in quibus multus in cœlum attollitur pulvis. Nam antiquos dixisse *ὤϊα*, quæ nunc *ὑπερῷα*, scripsit Clearchus in Amatoriis, ut recenset Athen. Unde Helena, quæ in altis ædibus educata fuit, credita est ex ovo genita olorino, vel anserino potius, ut est apud eundem Dipnosophistam. Dixit autem *πάλλων* per enallagen numeri; nam debuit *πάλλοντες.* Legerem autem *μέλοντι*, non *μέλλόντι.* *Cui*, inquit, *curæ chori deorum.* At vero *πῶλοι κόραι* sunt *παρθένοι*, alias *ἑταῖραι*, quas *ἀγκονευούσας* ait, id est *ἐγκονέούσας*, verbo ficto a labore per pulverem. Nam vetus poeta inter exercitia Laconum ait, *Eurotas, pulvis, labor.* Ab eo verbo *ἄγκονος* est *δοῦλος* et *ὑπηρέτης*, et fortassis *ancillari* inde; quanquam alii *ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος.* Fl. Chr. *ἔμβη.* Sic recte Aug. V. supra ad 990. Vulgo *εἶα μάλα ἔμβα.* Brunck. Ab Kust. primum vulgarem formam reperio *ἔμβα* illatam tacite. Reisig. in Syntagm. Crit. p. 18.

1304. *ὤϊα κοῦφα πάλλων.* Aug. et vett. edd. *ὠΐα.* Kust. mutationis non reddita ratione, *ὦ εἶα*, quod e scripto libro habuisse videtur: sic enim duos versiculos exhibent Reg.: *εἶα μάλα, ἔμβα εἶα. ὦ εἶα. κοῦφα πάλλων.* *ὤϊα* tam neutro genere

effertur, quam feminino ὦται, quam vocem Hesych. exponit, ὦται, ἄκραι, ἔσχατα, μηλωταί, λέγναι. Brunck. Quam e vett. edd. revocavi lectionem, vereor ut exemplis adstrui possit. τὰ ὤϊα vox nihili esse videtur, cujus frustra patrocinium susceperim. Sincerum est ἃ εἶα, quod tuentur ambo Regii, quodque tam frequens est apud comicum. κουφὰ neutrum plurale adverbii præstat usum: πάλλων activum participium neutraliter adhibetur, ut mox infra ἀμπάλλοντι. Nihil hic erat impediti. Id. V. Reisig. in Syntagm. Crit. p. 18. 19. Dind.

1305. ὡς Σπάρταν ὑμνιῶμες. Vulgo ἃ Σπάρταν ὑμνείωμες. Bene uterque Reg. ὡς. Tum B. ὑμνίωμες, servato dialecti idiomate, de quo supra ad 1002. Scribi debuit ὑμνιῶμες.—ὡς perinde ac ὅπως, ut, causam finalem significans, raro apud comicum occurrit sine particula ἄν. Ter in hac fabula sic nudum reperitur, hic et 183. 1265. ubique in Laconum ore. Tragici ὡς et ὅπως sine ἂν sæpissime adhibent. Verum ubi ὅπως non *causam finalem* significat, sed *modum rationemque agendi*, et per *quomodo* verti potest, ut supra 289. nunquam, nisi solœce, cum aoristo primo subjunctivi construitur, sed cum futuro indicativi. Solœcum est, quod vulgo apud Soph. legitur Aj. 556. δεῖ σ' ὅπως πατρὸς | δείξῃς ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου 'τράφης. legendum est δείξεις. Pendent ista ὅπως δείξεις a verbo suppresso ὁρᾶν, vel simili. δεῖ σε ὁρᾶν ὅπως δείξεις. Miræ imperitiæ sunt, quæ Parisinus Professor ad hunc locum nuper commentatus est, diversas significationes particulæ ὅπως confundens, et exempla advocans, quæ nihil ad rem faciunt. Brunck.

1306. τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι. Pro τῇ (quod pro ᾗ) θεῶν χοροὶ μέλουσι. Berg.

1308. Scal. τοί τε πῶλοι καί: frustra. Ms. ut editum. Hesych. πῶλοι, παρθένοι. Bent. ᾇτε πῶλοι δ' αἱ κόραι. Sic optime Regii, nisi quod scriptura ἅτε pro ᾇτε exhibet, librarii errore. Versus hic est trochaicus. Absurde vulgo αἵ τε πῶλοι ταὶ κόραι—αἵτε conjunctim excusum in Junt. depravatum est ex Dorico ᾇτε. Brunck.

1309. πάρ. Pro παρά. Berg.

1310. ἀμπάλλοντι. Pro ἀμπάλλουσι. V. ad Ran. 1400. Berg.

1311. ἀγκονεύουσαι. Id est ἐγκονοῦσαι. Berg. ἐγκονιῶσαι. Sic e dialecto scribendum. Quod vulgo habetur ἀγκονεύουσαι, vel quod est in B. ἀγκονέουσαι, nauci non sunt. Bene quidem animadvertit Berg. nihil aliud vulgato significari posse, quam ἐγκονοῦσαι: sed lectionis monstrum procurandum erat. V. modo Hesych. interpretem ad ἀγκόνους. Brunck.

1312. Pro communi πηδάω Dorienses παδῶ pronunciarunt. Demta litera superflua conveniet Aristophanis chorus Laconicus Lys. 1314. ταὶ δὲ κόμαι σείοντ' (i. e. σείονται) ᾇπερ Βακχᾶν θυρσαδδωᾶν καὶ ΠΑΔΩΑΝ, aut, quod magis arridet, τὰν δὲ κόμαν σείοντ' (i. e. σείοντι, Dorice pro σείουσι) ᾇπερ Βάκχαι, θυρσαδδῶαι καὶ ΠΑΔΩΑΙ, *crinem rotant* (ταὶ κόραι vs. 1310.) *instar Baccharum, thyrsos gerentes et salientes*; ut ipsæ puellæ τὰν κόμαν σείειν dicantur, velut Bacchæ, quas *movere* et *rotare crines* Latini dicunt: v. elegantissimæ vir doctrinæ Jan. Brookhous. ad Tibull. ii. 5. 66. πάδδῃ in eodem choro quoque litera liberandum est 1317. (πᾶ δῆ habent nonnullæ edd.) ut πάδη imperativus sit Laconicus et vere Doricus a πηδάω, vel παδάω, qualis ἐρώτη ab ἐρωτάω in Acharn. 800. ὅρη ab ὁράω apud Theoc. Id. viii. 50. xv. 2. et 12. Kœn. ad Greg. Cor. p. 184. 185. Dind.

1312. αἶπερ. Pro ᾗπερ. V. 1255. Βακχᾶν pro Βακχῶν. Berg. σείονθ' ᾇπερ. Male vulgo σείοντ'. A prima ed. in reliquas omnes transiit hæc menda. Regii literam aspiratam habent, sed male ἅπερ. Aug. αἶπερ, ut supra 1308. αἶτε. Brunck. V. Reisig. in Syntagm. Crit. p. 15. Dind.

1313. θυρσαδδοᾶν καὶ παδδοᾶν. Nescio quid sit παδδοᾶν, nisi *Padusas* intelligat Bacchas, id est saltantes. Est quidem πάδος arbor vel frutex, de quo Theophr. libr. iv. cap. 1. Histor. Plin. lib. iii. cap. 16. *Pades* ait. Quam esse aliam putem arborem? Nam illam Theophrasti Padum, *Putier* vel *obier* sunt qui esse velint. Sed et πηδὸς est remus et lignum teres, qui fortassis fuit pro hasta Mænadibus thyrsigeris. Fl. Chr. θυρσαδδωᾶν καὶ παδδωᾶν. Pro θυρσαζουσῶν καὶ παιζουσῶν, ut ipse ait Schol. Berg. θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν, id est θυρσαζουσῶν καὶ παιζουσῶν. V. supra ad 1164. Vulgo legitur καὶ παδδωᾶν. Quod reposui liquido exhibent duo Reg. quorum auctoritatem secutus sum. Doctorum virorum de hoc loco conjecturas v. apud Valck. in Theoc. p. 275. Brunck. παδδωᾶν. Hæc vox negotium facessivit interpretibus. Biset. putat hoc Dorice dictum esse pro communi πηδωσῶν, a πηδᾶν, *saltare*: sed in quo fallitur; nam τὸ δ hac ratione geminari non posset. Quare scribendum est, unico tantum ι addito, παιδδωᾶν, pro παιζουσῶν: nam Lacones, ut notum est, τὸ ζ vertebant in duplex δδ, et τὸ σ in medio elidebant, itemque diphthongum ου mutabant in ω, ut dicentes e. g. Μῶα pro Μοῦσα. Τὸ παί-

ζειν autem signate dici de illis qui choreas agitabant, de quibus toto hoc loco agitur, alibi in notis hisce amplius demonstravimus. Kust. .κ' εὐαδδωᾶν Valck. et Hering. apud Valck. ad Theoc. Adoniaz. Digressiv. p. 275. Pors.

1314. ἁγῆται. Pro ἡγεῖται. Ed. Fur. hic habet ἀγῆται, quod magis est Doricum, ut patet ex Ἀγησίλαος. Berg. ἁ Λήδας παῖς. Helena est. Sed mallem ἁ Λατοῦς παῖς, Latonæ filia, ut intelligatur Diana. Berg.

1316. παραμπυκίδδετε. Pro παραμπυκίζετε, ab ἄμπυξ redimiculum. Berg. Lego παραμπυκίδδεται, id est παραπλέκεται τὰς τρίχας. Fl. Chr. ἀλλ' ἄγε κόμαν παραμπύκιδδέ τε. Unus versus est in utroque Reg. male vulgo in duos digestus. Trimeter est pæonicus. Hoc primum. Deinde male vulgo ἀλλά γε et παραμπυκίδδετε in plurali, quum sit singularis : καὶ κόμαν παραμπύκιζε χερὶ, καὶ πῆδα ποδοῖν — singularis est imperativi πάδη, ut παραμπύκιδδε. Brunck. Scribe, ne litera mutata quidem aut transposita, ἀλλ' ἄγε, κόμαν Παραμπύκιδδέ τε Χειρὶ, ποδοῖν τε πάδη, Αἴ τις ἔλαφος. Ed. Kust. πάδδη, πάδδη. ἀλλ' ἄγε pro ἀλλά γε recte restituit Casaub. Alexidi apud Athen. iv. 21. p. 170. Frustra παραμπυκίδδομαι commemorat Valck. ad Theocr. Adoniaz. iv. Digress. p. 289. quæ forma hic non exstat. παραμπυκίζεται Suid. ed. Ms. in v. Phot. Pors.

1317. χερί. Sic Regii. Vulgo χειρί. Iidem bis perperam πάδδη, quod ut in πάδη mutandum, sic bene vulgatum παδδωᾶν 1313. mutari poterat in παδωᾶν. Hic Aug. bene πάδη : perperam Juntina πᾶ δή. Brunck. πᾶ δὴ αἴτις ἔλαφος. Puto uno verbo παδῇ esse πηδᾷ. At αἴτις est ὥσπερ τις, ut apud Laconas dicitur, et antea habes non semel. Quid sit autem χορωφελέτας nondum scire potui. Fl. Chr. Locus hic varie scribitur. Ms. Vat. habet πάδδη, πάδδη, iterata voce. [V. 1317. Berg.] Puto rectum esse πάδη, per simplex δ, pro πῆδα, i. e. salta, quod etiam Biset. suspicatus est. Kust. Ms. πάδη. Bent.

1318. αἴ τις. Pro ἥ τις, id est ὥσπερ τις. Berg. ᾇ τις ἔλαφος. κρότον δ' ἅμα ποί- | η χορωφελέταν. Sic distincti hi versus in utroque Reg. bene. In Aug. male in tres digesti : αἴ τις ἔλαφος | κρότον δ' ἅμα πό- | η χορωφελέταν. Sed vides tamen alteram syllabam verbi ποίη ultimo versui contributam esse. Prior versus est trimeter pæonicus catal. alter trochaicus monometer hypercatal. Brunck. L. ποίει. Pors.

1319. Scal. χοροφελ— et Ms. Bent.

1320. κρατίσταν. Ms. Vat. hic addit καὶ Ἀθηνᾶν. At Laconice dicendum erat Ἀσανᾶν. Kust. Vulgo καὶ τὰν σιὼ δ' αὐτὰν κρατίσταν. In duobus Reg. est δ' αὖ τὰν, unde veram restitui lectionem : καὶ τᾶν σιᾶν δ' αὖ τὰν κρατίσταν. [Sic Kœn. ad Greg. p. 237.] Brunck.

1321. Χαλκίοικον. Minerva Spartana sic dicta vel ab æreis ædibus, vel quia Chalcidenses condidit in Eubœa. Sed et Χαλκίναος vocata est. Apud Arnob. Christianum de gentilitate scriptorem habes Chalcidicum bis deformatum in Chalciœcum. Sed sane apparet vel ex Homero Chalcidica dicta deorum aulas et domicilia et ὑπερῷα, non a Chalcide, sed ab ære sic dicta, ut dixit idem princeps poeta χαλκοβατὲς δῶ. Ausonius ex eo dixit Chalcidicum ædificium cœleste. Cujus vocis etiam Victruvius meminit, ubi nollem a doctissimo Philandro mutari in Causidicam. Fl. Chr. De Minerva Spartana, Χαλκίοικος dicta, abunde jam dixerunt alii. V. præter alios Meurs. Miscell. Lacon. lib. i. cap. 3. Kust. Has notas in Lysistratam raptim tantum concinnavimus, et quidem intra sesquidiei spatium, quas proinde æqui bonique lector consulet. Quædam, fateor, a nobis prætermissa sunt loca, partim obscura, partim etiam corrupta, quæ opem nostram efflagitare videbantur : sed quo minus plura adderemus, temporis angustia obstitit. Kust.

2

LONDINI : EXCUDEBAT A. J. VALPY, A. M.



